493½. 4—

EX BIBLIOTHECA SOBOLEWSKIANA




Division

Serie

No. 3962

pa; 408
Tiss. 1160
16. 80/r.—



John Carter Brown.

Dupl

Ternaux No. 483.

[illegible]

Gloriosus

Franciscus

Redivivus.

P. Mariano

Ingolstadt

1625



GLORIOSVS

FRANCISCVS REDIVIVVS

SIVE

CHRONICA OBSERVANTIÆ STRICTIORIS, REPARATÆ, REDVCTÆ, AC REFORMATÆ;

eiuſdemq́ue per Chriſtianos Orbes, non ſolùm, ſed & Americam, Peru, Chinas, Iapones, Chichemecas, Zatachecas; Indos Orientis, & occidui ſolis, Turcas, & Barbaras gentes, diffuſæ, & Euangelio fructificantis.

Diſtincta VI. Libris, & 28. figuris æneis ornata.

Cum Facultate Superiorum.

JNGOLSTADII,

Ex officina VVILHELMI EDERI, Anno 1625.

Ex Conventu Monacensi Ord: Frum Erem: S. Augustini MDCXXXVII

SERENISSIMIS PRINCIPIBVS SACRI ROMANI IMPERII ARCHIDAPIFERO ELECTORI, DNO. DOMINO MAXIMILIANO:

ET

ELISABETHÆ E DVCALI PROSAPIA LOTHARINGIÆ:

VTRIVSQVE

Humillimæ gra-
Patrum Boia-
Reformato-
Teſtimoni-
poſu-
Serenitatum

VTRIVSQVE BAVARIÆ
DVCIBVS &c. CONIVGIBVS
PIENTISSIMIS: SERAPHICI OR-
DINIS ZELANTISSIMIS MECOENATI-
BVS: PARENTIBVS. S: ECCLESIÆ ROMA-
næ, Sacræque eiuſdem Aquilæ Baſibus: Re-
ligioſorum ordinum, ad meliorem
frugem, columnis opta-
tiſſimis.

titudinis ergò,
riæ Cuſtodiæ
rum nomine,
um perenne
it
Suarum

Humillimus Seruus
F. MARIANVS.
STRICT. OBS.



B. P. Petrus de Alcantara.



Portatores noui ac Veteris Orbis.



B. F. Saluator ab Horta.



B. P. Joan. Bapt. Commissarius.

MIRABILIA SERAPHICA NOVI, AC VETERIS ORBIS.

id eſt,

GESTA GENVINÆ FAMILIÆ FRANCISCAnæ, Reformatæ. Et Beatorum Zelotum in eâ, iam indè à centum Annis, & aliquot luſtris, argumētoſâ veritate, deducta, & debitè cenſurata.

F. F. ac Patribus Cuſtodiæ Seraphicæ Boiariæ Ditionis cooperatoribus.

Authore & compilatore R. P. Mariano.



B. F. Paschalis Baylon.



Vasti Mexici Apostolus B. P. Martinus à Valentia.



Indomitorum Chichimecarum Conuersor P. Franc Laurenty

Hæc Sedes debetur Humili Francisco.



Currus Dei decem millibus multiplex



Benedicti uos à Domino

Benedicat Vos Anima mea



Trahe nos post te, curremus

PLATO, diuinus ille, inter Gentiles, non vulgaritèr æſtimatus (*Sereniſsime Princeps Elector*) vbi pro ſingulis, quæ ſupernè poſſedederat, Dei donis, illi grates habuiſſet, inter cætera ſuæ ſorti congratulabatur, quod à Dijs (ſic ait) non brutum, ſed rationalis factura prodijſſet: & quod temporibus Socratis lucis vſuram meruiſſet: Nàm priore munere, quòd, ens entium (*Deum*) comprehendere poſſet, exultabat: poſteriori verò dono, lætabatur, quod ſub Duce Sapiētiæ (qualis erat Socrates) id quod à Dijs Naturæ lumen acceperat, poliri magis, exacui, ac nobilius limari, inque melius proficere valeret. Adeò vt eſſe quidem mutuaretur à Deo; ſed felicius eſſe à Socrate ſortiretur; cui coætaneum eſſe, vni ſum̄æ, comparabat inter mortales, proſperitati. Ego autem non Plato, ſed pauper, non diuinus,

ſed Minor, non glorians per humanæ ſapientiæ verba, ſed per Timorem, non per ſapientiam entium, ſed Chriſtum, & hũc crucifixũ ſcientiũ; lætor inquam & ſuperexulto gaudio maiori Iure ac merito (illo docto Platone) quod à magno Deo noſtro acceperim quidem vt eſſem, ſed magis vt in Chriſti notitiâ beatiùs eſſem, naturâ quidem filius iræ, ſed gratiâ proles adoptionis: Naturâ cœcutiens in vanâ ſciẽtiâ, ſed gratiâ illuminatus in ſapientia Chriſti: Naturâ vacuus, non habens meam Iuſtitiam: gratiâ exuberans in plenitudine Chriſti, *quem quidem noſſe* (teſte verbo Dei) *conſummata eſt Iuſtitia.* Gaudeo rurſùm & exulto, non de Socrate, & æuo tanti Sapientis, cuius tandèm in Chriſto ſapientia deuorata eſt, & ſtultitia comprobata. Sed de tempore Sereniſſimæ Celſitudinis Veſtræ, Principis (Sapientiâ fori ac poli) commendatiſſimi; nam, ſi Plato ille non tanti penſi faceret omnia, quæ à Dijs accepiſſet, niſi & Socratis æuo felicius vteretur: profectò ego me donorum plenitudine necdum frui cognoſcerem, niſi ſub vmbrà, ætate, & liberalitate, Celſitudinis Veſtræ, & mundo viuere,

uere, & mundo mori, & Chriſto viuere, & mendicum agere, ſub gratioſo Ducali impendio toties immeritus) valuiſſem. Ideoque, hoc vnum reor, in huius mortalitatis incolatu, proſperitatis optatæ complementum. Nec ego ſolus, ſed mecum aſtipulabitur, omnis Chriſtianæ Reipublicæ ſtatus, & clerus, & populus, & lætabunda mater Eccleſia, cum Sacro Imperio Romano; Religiones quoque diuerſorum ordinum, ipſe comprimis Seraphicus Pater cum copioſa prole: omnis itèm ætas, omnis ſexus: Ipſa æmulorum tacita Inuidia: ipſa inimicorum publica ſtrages: Ipſa luctuoſa Temporum coniunctura: ipſa felix occaſio: ipſa Fortuna Chriſtiana: ipſa gratia Saluatoris, cōpaciſcuntur in hoc vnū, quòd medio viro ſapiente excelſoque Principe, deceat impleſſe ruinas, & rem Romanā vtriuſque fori, penè penitus collapſam, reſtituiſſe, redintegraſſe, ampliaſſe.

Vtiquè Felicitas Chriſtiana cum ſeptem filijs ſuis, id eſt, Fortunatus Imperij ſtatus cū Septem Viris, meliori connubio, & copulâ ſanctiori ad pacem publicam, gaudere, triumphare, ac iubilare (potiori Iure) non potuit,

tuit, quàm ſi Heroi (cui Iubilandi & Iubilæi ineſſet materia propria, & cælo donata) iungeretur. Qui nempè fulgeret, vbiq; ſpectaculum Deo, & hominibus. *Primò, Conſilij Rectitudine.* II. *Clementiæ mititate.* III. *Conſtantiæ firmitudine.* IV. *Humilitatis Encomio.* V. *Hæreditario quodam iure pietatis.* VI. *Reſpectu mirabili.* VII. *Religioſitatis affectu.* VIII. *Iuſtitia diſtributiua.* IX. *Integritate morum.* X. *Sanctimonia vitæ.* XI. *Solertia Regiminis.* XII. *Timore Domini.* XIII. *Magnanimitate fidei.* XIV. *Miſericordia charitatis.* XV. *Maturitate Concluſionum.* XVI. *Reſolutionis promptitudine.* XVII. *Acceleratione Executionis.* XVIII. *Applauſu expeditionis.* XIX. *Auctoritate Iuſsionis.* XX. *Auxilio miſerorum.* XXI. *Nobilitate Originis.* XXII. *Nominis amplitudine.* XXIII. *Deliberationum circumſpectione.* XXIV. *Dexteritate procedendi.* XXV. *Experientia rerum.* XXVI. *Euidentia virtutum.* XXVII. *Eleemoſynæ ſupererogatione.* XXVIII. *Liberalitate meritorum.* XXIX. *Longanimitate Vindictæ.* XXX. *Bonitate naturæ.* XXXI. *Pietate ac cultu Sanctorum.* XXXII. *Paſsionis Chriſti amore.* XXXIII. *Prouidentia Temporum.* XXXIV. *Prudentia Actionum.* XXXV. *Præſentia in periculis.*

XXXVI.

XXXVI. *Patiẽtia in arduis.* XXXVII. *OEconomiæ induſtria.* XXXVIII. *Orationũ frequentia.* XXXIX. *Obediẽtia Sedis Romanæ.* XL. *Obſeruatione Imperatorũ.* XLI. *Politia Catholica.* XLII. *Gratioſa grauitate.* XLIII. *Veritate verborũ.* XLIV. *Vigilantia cauſarũ.* XLV. *Felici Regimine.* XLVI. *Benedictione cœleſti.* XLVII. *Ydea exẽplari.* XLVIII. *Zelo diſciplinæ.* XLIX. *Arte.* L. *& Marte,* Siue togâ & militia: Huic inquã Heroi meritiſſimâ laude, deberetur Corolla Victoriæ, & coronis Triũphi, ac gloriæ: huic iure cederet Fortuna Chriſtiana, & ſancta Felicitas, vtráq; ſanè thoro condigno, tanti Magnatis maritanda. Poſui igitur arcum Triumphalem in frontiſpicio operis huius, Sereniſſimæ Amplitudini Veſtræ, cui Iubilæum illud numericum, & Deus, & natura, & experientia, & ſequentium ſeries, abſque vlla adulatione, repoſuit. Inſuper, in eminenti quidem figuræ loco, duæ corollæ inter ſe conſertæ videntur: Quarum altera, ex lauro, glorioſum augmentum Reipublicæ Catholicæ, tanquam ab Auguſto quodam Imperatore bellorum, partum, ſignificat: Altera verò ex contextu ſpinarum Ardua geſtorum Celſitudinis Veſtræ deſignat,

ſed imò innuit ardorem eius, cum Chriſtó patiendi, ideoq́ue, voculam adiecimus illi coronæ (compaſſionis) ſicut & priori addidimus verbum, (congloriationis) vt ſenſus eſſet, Serenitatem Veſtram vtrumq́ue omnino, promeritam coronæ decorem, ſed alterâ quaſi ad alteram promerendam immediante, ſecundum legitimum ſcripturæ ordinem, *Si enim compatimur & glorificabimur.* Infra duplicatum illud victoriæ ſertum, locata ſunt Arma B. Franciſci, cancellatæ videlicet, ac ſauciæ manus, quaſi ſubminiculum corollarum in vertice micantium. His voluimus dicere, Celſitudinem Veſtram Ducali ſuo, quo in Seraphicum Patrem inclinatur affectu, manutenendam in partâ gloriâ, fauore Seraphico: non quod vaticinemur, ſed confidentia magnâ nitamur Diui Franciſci mirabilium operum, & virtute acceptarum promiſſionum eius ê cælo. Proindè Cingulum ſocialis confidentiæ ſubiecimus, id quod, diuaricatis manibus ſupradictis quidèm innectitur, ſed altrinſecùs ad latera porrigitur, hinc ad Leonem (qui eſt Bauariæ Scutum) illinc ad Fortunam ſeu felicitatem

Chri-

Chriſtianam, quæ cum Leone, vnam eandemq́ue chordam ex manibus colligatis deductam, attingit, quaſi ſancto fædere & vnione inter ſeſe ligati; rurſùm tàm Leo, quàm Fortuna ad nodum nexumq́ue funiculi ſancti ſuperiùs, armorum inſignia portẽdit, Leo quidem gladium; Fortuna, verò tres Aues; vt innuatur, ius gladij (Bauarię diſtrictus) colligationi Sanctorum confidere, quare adagium apponitur ibi (*Non timebit*) Scriptura Teſte, *Leo fortiſsimus Beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum.* Prouerbium autem Fortunæ, inſinuatur; *Teſtimonium fidele charitatis*) quaſi, vinculum connubij contracti cum leone, velit exprimere: quod ſanè infrà diſertis vocibus illis exponitur: (*Quod Deus coniunxit Homo non ſeparet*) hoc, eodem ſenſu eſſet aſtruere, felicitatem cum Leone, indiuiduo charitatis vinculo necti, neq; eam, niſi morte diſſolui; *Fortis enim eſt vt mors dilectio*; & tandem ænigma hoc totum patefieri incipit, deſinitq́ue in Sereniſſimas Bauariæ & Lotharingiæ Domos, quarum illa Germana, Celſitudinis Veſtræ, columnam vnam locat à dextris, in eius medio, *Imperiale decus*, cum

Armis Aquilæ Romanæ; ſuprà, verbũ (Fortitudo) cum prædicto leone; infrà, Scutum Serenitatis ſuæ, fundatum verbis, *Sapientia, & Conſilio*, & iterùm, *Arte & Marte*, vndè ſenſus apertus eſt, Celſitudinem Serenitatis Veſtræ, eiuſque Ducalem Domum, & ſtabilijſſe, & modò ſtabilire Imperium Romanũ, *fortitudine, conſilio, Sapientia, arte, & Marte*. Iam è Regione, procera ſurgit altera columna, Fortunâ ſuprapoſitâ. (quam Chriſtianã felicitatem nuncupauimus,) quæ cum ex Lotharingiæ Ducalibus armis, fundum habeat, oſtendit *Bonis auibus* (quas trinas in Scuto gerit) ſecundante *Fide, & conſtantia*; *Gloriam Ieruſalem*: Armaque in medio columnæ à magnatibus illius inclitæ domus, accedente *Zelo* ſuo, occupata fuiſſe, & longæuis temporibus feliciter obtenta, ideoque Fortunam in culmine locauimus, vt indè conſtaret, quam diuino Iudicio Fortunata Eliſabetha Princeps Lotharingica, Electori feliciſſimo connubio obtigerit, tanquàm Fortuna Leoni, & Auguſtiſſimo Duci Chriſtiana Felicitas; Ad latera columnarum, duos, qui eas complectuntur, Regios Dinaſtas collocauimus. Al-

terum

terum Sanctiſſimum Henricum Imperatorem Bauarum; Alterum feliciſſimum Hieroſolimorum occupatorem, ac Regem de re Chriſtiana meritiſſimum, Godefridum Lotharingum: qui, columnarum amplexu innuunt, aſſiſtentiæ ſuæ promptitudinem, quodque confirmarint columnas & Leonis, & Chriſtianæ felicitatis. Porrò inferiori loco Seraphicus Pater, duabus ſententijs, altera (*ſub vmbra alarum tuarum*) alterâ (*Amanti nil difficile*) quaſi commendatitijs votis vtrimque vtriuſque Sereniſſimæ domus Scutum, manibus ſignatis, attingit, tanquam depoſiti & concrediti ſibi Theſauri, & amantiſſimi pignoris, ſollicitudinem gerens: vt ſub vmbrâ ſuâ protegantur, à quibus tantum ametur, quos & redamet ipſe: & ideò fidelitatis quâdam pactâ viciſſitudine, nil fiat Amanti difficilè, aut protegi, aut protegere, cum Seraphico vtrinque moueantur amore; Indè rationem facilé reddimus Tituli totius operis intra eaſdem columnas incluſi, Qui eſt (*Franciſcus Rediuiuus*) Quoniam amor & deſiderium Franciſcanæ Familiæ, reparãdæ, & ſuis primæuis reducendæ veſtigijs, Sereni-

tatem vtrámque Veſtram, multorum Annorum piâ curâ commouit, induxit, euicit; vt tandem (quia amanti nil difficile) in Ditionibus ſuis, exemplari & laudabili animarum profectu, Franciſcus reuixerit. Hoc modo (ſublato iam ænígmate) Facie ad faciem contemplari licet, quodnam fælix illud connubium? quis ille fauſtus Hymenæus? quis potens ille Leo? fortis de Tribu Iuda, id eſt primus in auito fidelium cætu? Quænàm Sancta Felicitas illa? & Fortuna Chriſtiana? Nempè Serenitatum Veſtrarum typus, & figura verbis adumbrata fuit: adornauit Thalamum ſuum filia Sion, quæ eſt ex ſtirpe, & Regno Hieruſalem; Fortuna & Felicitas factum eſt agnomen eius, ſtetit ſtabitque in columna Zeli, immobilis (ſecundo Deo) iuncta eſt Leoni, in fædere ſancto; Leo locutus eſt victoriam, felix Eliſabeth & fortunata, ſociata eſt victori, Duci mirifico Electori, incomparabili Triumphatori: Felicitas victori ceſſit prædeſtinatione diuina, Victor conduxit felicitatem, conditione iugali, ſola morte ſoluendam. Viuat victor fælix, viuat fortuna victoris, ſtet ſolido victoria

Deo;

Deo; ſit longæua Electoris Felicitas, cui ad librum ſextum, humili dicatione, Sanctum & Seraphicum Gynæceum Beatarum mulierum poſuimus. Iam porrò ad Celſitudinis Veſtræ Serenitatem (Iubilæum illud mirabilium Quinquaginta factorum, ipſâ veritatis luce patentium) approperātes, dicimus. Celſitudinem Veſtram ea *Conſilij Rectitudine* hactenus floruiſſe, quæ nunquam in latus læuum reciderit, ſed eius directione, alia quæ labaſcere ceperant, alia quæ nutarēt, alia quæ corruiſſent, reparata, fixaque conſtiterint. Et, ſi conſilium malum conſultori peſſimū, dici conſueuit, Conſilium bonum Conſultori vtiq; optimū erit: quæ laus indeleta manet Serenitati Veſtræ & terris, & aſtris. II. *Clementiæ mititas*, quanta in Ser.tate V.ra conſpecta fuerit, eorum eſt fateri, quos aut ſententia, aut facti euidentia reos hinc indè complures ſtatuerat, quos vel bonis vel honore, vel vtriſq; caducos, Clementia gremio mititatis excepit; illâ firmauit Thronum ſuum, ſiquidem *miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur Clementia Thronus eius*: III. *Conſtantiæ verò firmitudine, Celſitudinem Veſtram* continuo

nuo floruiſſe, cui incognitum putemus? cum nec inimicorum minis (quaſi tota in eam cō-ſpirantium malignorum turba vindictam coniuraſſet) neque ſubdolis Hæreticorum cuniculis, & perſonatis fraudibus, vllo vnquam tempore ceſſerit, vel, latum vnguem à conſilij rectitudine declinarit; quo palam commonſtrauit, *Fortem & tenacem propoſiti virum; quem, ſi fractus illabatur orbis, impauidum feriant ruinæ.* IV. Et inter immenſa illa gratiarum donaria, placere eam, *Humilitatis Encomio* ſingulari, ac raro; mirum quidem, ſed vulgato iam vſu compertum eſt. V. ac proindè velut *Hæreditario* quodam *Pietatis Iure*, Parentum ac Proauorum, genuinis deuotionibus inſtat, & quia *Pietas, promiſsionem habet vitæ quæ nunc eſt, ac futuræ*, ipſa Celſitudo Veſtra non degeneri pede, ſuos imitata, etiamnum æmulo incremento videtur excellere, & creſcere eundo. VI. Vndè *Reſpectu mirabili* cùm apud omnes Potentatus orbis Chriſtiani recolitur, tùm apud apertos inimicos (licet extorta reuerentia) ſuſpicitur. VII. Accedit iſtis, *Religioſitatis affectus*, quæ C. V. non duntaxat communis orthodoxæ

Reli-

Religionis propugnatorem facit, ſed votiuorum omnium patrem, ac pientiſſimum defenſorem; Zelotem ſecundum cor Dei, meliorum chariſmatum æmulatorem, formæque bonæ ac Regularis diſciplinæ reparatorem. VIII. Eãdem propenſionem experitur & ipſa publicè, *Iuſtitia diſtributiua*, quam, quo genio ſancto, qua mẽſura, quo pondere, quo numero, qua conditione, tempore, loco, circumſtantia, oportunitate (cum ſubiectorum gaudio) ſine querelâ, diſpertiatur: plena ſunt omnium ora, vel eorum quoque, quibus proceſſuũ iniquorum malè cecidit alea, & definitiua ſententia. IX. Quare, *Integritatem morum*, *Celſitudinis Veſtræ*, non eſt tam malè ſanus, qui cauilletur, nec tam proiectus, qui calumnietur, vbi totus mundus aſſerit conuerſationis integritatem; niſi quos conuictâ ſcientiâ, & conſcientiâ mordente, petulanti impoſtura adhuc malignari delectet. X. Quinimò *Sanctimonia Vitæ* illius, ſufficiat elingues reddere, quotquot auſint mutire contra eandem Veſtram Celſitudinem, ſanctimoniam dico, quæ quaſi alterius Henrici Bauari Sanctiſſimi exemplo, Aulam Celſ.nis

 Veſtræ

Veſtræ inhabitat, vt pro mandato Pauli, non modò ea abſint quæ *bonos mores corrumpant colloquia praua*, ſed & omnis ſpecies mali procul exulet, ſicut decet ſanctos; quemadmodùm ſi Veſtalium pudicitia aut ſacrarum Deo Virginum contubernia colerentur. aula Dauidis Regis, nullatenus compatiebatur loquentes ſuperbiam (*non habitauit, inquit, mecum qui loquitur ſuperbiam.*) Quanto ſanctior Aula *Serenitatis Veſtræ*? quæ nullum penitùs vitioſæ carnis admittit obliquū? XI. Et quoniam eâ præcellit Sanctimonia vitæ, donauit Deus Celſitudinē Veſtram nobiliſſimâ dote, quæ hanc priorem conſequitur, Nempè *Solertia Regiminis*, quâ, nùm ſecundum in orbe numeret, ego non video: Nā ſi alijs competat; ſolertia non erit, aut non tanta; Sola ars ſolertem in Regimine reddit eum, qui tot virtutum comitibus enitere ſolus præſumat, vt longum inſtruat Iubilæum. XII. Et vbi, *Timorem Dei*, tam ingentem reperiemus, atque in conductu, & aula, & officijs Celſitudinis Veſtræ? vndè nec mirum videri debeat, omnes ibidem fructus Timoris comperiri, quos Serenitati Veſtræ in fine

chro-

chronicorum, hic adiecimus, imò tanquam proprios, omniq́ue iure debitos, ſacrauimus, dicauimus. XIII. Indè pronaſcitur *Magnanimitas* illa *Fidei*, quâ Serenitas Veſtra vnum ſolúmque Deum timens, fidem auitam, imperterritis auſis, inter nocturnos vanóſque timores hoſtium, propugnat, Deo hoc illi inſinuante per ſapientem Sirach. *Qui timet Deum, inquit, cui aſſimulabitur? Timor Domini ſuper omnia ſe ſuperpoſuit; initium eſt dilectionis eius, fidei autem donum agglutiandum eſt illi.* XIV *Miſericordiam* autem *charitatis*, vel potiùs miſericordiæ viſcera, in Celſitudine Veſtra quot Xenodochia pauperum? & hoſpitalium copiæ? & miſerabilium alimoniæ, conteſtantur? Satis eſſet ad emolliendum Deum, vna iſtarum pietatum memoria. XV. Ideóque in vicem benè meritæ remunerationis, exornauit Deus Celſitudinem Veſtram *Maturitate concluſionum*, vt nil, niſi quod maturato iudicio, & Dei præiudicio, tanquam aureâ flaueſcente præmeditatione, & canâ ſapientiâ, in deciſionibus omnibus, maximè negotijs arduis ponderoſi momenti, cum omnium admiratione procedat. XVI. Hanc

maturitatem à tergo conſequitur. *Reſolutionis promptitudo*, tanquam appendix diuinæ beneficentiæ: Quæ quidem in *Celſitudinis Veſtræ* geſtis, & actis adeò concinnata, breuis, ſuccincta, penetrans, faciliſq; colligitur, vt certo certius appareat, non fuiſſe abſq; Numine, quod euentu ſequente ſemper optato, reſolutũ fuerit. XVII. Hinc eſt altera, extrema illa, Rei agendæ, neceſſaria manus, *Acceleratio exſecutionis*, quæ conſilia probat, & conſulta coronat; quam Heroicam gratiam *Celſitudinis Veſtræ*, iam aliquot actibus Deo gratiſſimis, Germania didicit. XVIII. Nec ibi terminus hæret, Sed & *Applauſus expeditionũ*, in actibus priuatis & publicis, Serenitati Veſtræ, ab vniuerſâ propè terrà, vniſonâ laude, & Voce communi populi (quæ Dei eſt) accinitur: Vt Proceres Imperij, & Iudices, & legumlatores, & qui dominantur in plebe, in præpatulo habeant, quod in cauſis pauperum, Iuſtitiæ, & æquitatis, præciſa moroſitate, ſanctiùs æmulentur, & teneant ſequendo. XIX. & quamuis expeditionum felicitati, ſubindè obſiſtere poſſit, vel nequitia, vel incuria; & hanc & iſtam de medio tulit *Celſitu-*

dinis

dinis Veſtræ Iuſsionis Authoritas, quâ tantum reputationis obtinuit, vt verbum illius, ceù diuinum oraculum, aut arma cæleſtia, imperij vim, animis, corporibuſq; inferre videatur. XX. De *Auxilio miſerorũ* quo promicuit hactenus Serenitas Veſtræ, quid attinet dicere? quàm id, quod exulum multorum Principũ, Comitum, Baronum, Nobilium eorumque Agentium, & cauſidicorum (aſſiſtentia nempè, ſubſidium, & alimoniæ à Celſitudine Veſtrâ profectæ) loquũtur: qui omnes & ſinguli, ope & interuẽtione Veſtrę Serenitatis adiuti, vel Dominijs ſuis reparati, vel melioribus annis, rebuſque redditi, reſpirarunt. XXI. De *Nobilitate Originis*, ceſſet inuidia, & comparatio, cum C. V. tàm Regum, quàm Cæſarum, añoſâ vetuſtate reſplẽdeat. XXII. Nec illi ideò potiùs ſublimis illa ſuccreuit *Nominis Amplitudo*, quã, quod excelſo genere in vnâ virtutum Nobilitate, neminem cenſeatur habere ſecundum. XXIII. Quod ſanè nomen ampliſſimum incrementũ ſingulare ſumit apud omnes, ab illa ſtupendâ, *Celſitudinis Veſtræ deliberationum circumſpectione*, quàm linceis enim oculis, ipſa, rebus ſuis, &

communis neceſſitatis Archiuis intermoratur? & ponderat? & librat omnia? tanquam iudicium Domini, & vices illius exercitura? XXIV. *Dexteritas* verò *procedendi Celſitudinis Veſtræ* niſi propè miraculum ſit à Deo, & miniſterium ſingularis Angeli ſancti conducentis; certè non eſt in humanis actibus facilè, inter alios ſimilia contueri. XXV. Cui dexteritati manum porrigit *Experientia rerũ,* quæ comparata, cultáque varijs Hiſtoriarum lectionibus; frequentijs comitiorum, & dietarum Illuſtrium, & propriæ Indolis ſagacitate, quidquid ferè in conſuetudinem rerum forenſium obuenit, ipſa iam *Serenitas Veſtra,* quadam notitiâ prægustauit. XXVI. Ex eo Theſauro prodire debuit *Virtutum euidentia.* Nihil enim communius eſt experientiſſimo rerum, quàm inter variantes occurſus, ad medium virtutis componere ſe, & quanto magis exuberet experientia, tanto amplius placeat virtutum euidentia. XXVII. Et illa virtutum euidentia, ſedem regalem poſuit, *In Eleemoſynæ ſupererogatione*, quoniam ibi ſacculos recondit, qui non veteraſcunt, abſcondendo eleemoſynam in ſinu pauperis, vt

ris, vt & in altero ſeculo ſeruet, quod euidenter appareat. Quantos verò ſupererogationum eiuſmodi Theſauros, Celſitudo Veſtra abſconderit in Franciſcanorũ, aliorúmque pauperum vſus? Liber monimenti (quẽ *Malachiæ* 3. ſcripſit Dominus) olim exarabit. XXVIII. Quemadmodum *Liberalitas meritorum*, ſiue profuſa in benè meritos compenſatio, apud Sereniſſimam Celſitudinem Veſtram memoriale perpetuum locare mereretur. XXIX. Et cùm omnibus iſtis ornamentis emineat, tamen adeò ſacra pollet *Longanimitate vindictæ*, prorſùs, ac ſi fellis amaritudine carens, priuatis inimicitijs, & iniurijs obuiare non debeat; & quotiquíque Ducalem illam longanimitatem experti nõ fuêre? XXX. Id totum à *Bonitate naturæ* proueniens, oſtendit quàm ſit propinqua Celſitudo Veſtra commercio ſanctorum, quibus proprium eſt benefactis, prodeſſe; malefactis non laceſſere: ſicut Regium eſt benefacere, & malè audire. XXXI. ijs omnibus, recto ordine, contigua eſt *Pietas & cultus ſanctorum*, in quos (maximè in beatam Deiparam Virginem) cum tantis honoribus

ribus efferbuerit Serenitas Veſtra (vt alia loca taceamus) ſatis eſt ampliſſimam Boiariam loqui, quæ ſanctorum reliquijs, ædiculis, & Ducali faſtu, Celſitudinis Veſtræ in Diuos reuerentiam abundanter effatur: Certè nec ingrati fuêre Sancti, qui in ſtrage illa Pragenſi (ſub octaua Sanctorum omniũ) cum Celſitudine Veſtra, aduerſus hoſtem ſtetêre, fudêre illum campo, & proſtrauêre: creditũ eſt ſanctis porrò per Celſitudinem Veſtram miracula facientibus, etiam ab ijs, qui omninò noluiſſent; maximè cum illo inſtrumento, & collega, & anteſignano, vſi ſint Diui (Amici Dei) cuius Serenitatis vultũ, præcõfuſione ſui, ſuperba Hæreſis ſuſtinere non poſſet. XXXII. Quæ tanto magis erubeſcere debuit, quanto Celſitudo Veſtra maiori *Paſſionis Christi* teneretur *Amore*, qui vt meretur congaudere cum Chriſto, ſic & continuò proſperatur in hoſtes. Vt dubitare nõ liceat, tot annuales memorias Chriſti patientis, tot impenſas de ſeptennio in ſeptennium profundi ſolitas in Architragœdiam Crucifixi, Polo nouum aditum feciſſe Veſtræ Serenitati, ad miſericordiam obtinendam & gratiã in au-

in auxilio oportuno; illæ ſunt armatæ preces, quæ ſuccum diuini roris violentèr emũgunt. XXXIII. Iſtis accedit Beneficium nouum Celſitudinis Veſtræ ſingulare munus à Deo, quæ eſt *Prouidentia Temporum*, vt longê futuros euentus, caſúſque, & malignantium conſilia cum ſtratagematis ſuis, præuenire conſuêrit, ſapientiâ quadam admirabili, quæ, ſapiẽtem aliâs, in pręteritorum ſpeculo, futurorum contingentiam poſſibilem præmonet. XXXIV. Huic adſtipulatur egregiè *Prudentia Actionum*, quam apud Celſitudinem Veſtram, eo vigore poſſideri non dubito, vt in rebus geſtis, non occurrat audire verbum doloris, id eſt facti pœnituiſſe, aut contra ſapientis encomium, infelix gemere verbum, (*non putaſſe*) XXXV. Et quid aliud obuenire queat, Principi, in gratiam Patriæ cõmunis & auitæ Religionis toti impenſo? & ſuæ quaſi prodigo ſalutis, quàm *Præſentia in periculis* animoſè concurrendi? Notũ eſt quo loco inter Bohemici conflictus ſtragem, non obſtantibus apertis furentium tormentorũ fulminibus, Celſitudo Veſtra ſolo clypeo cõfidentiæ, & implorato nomine Ieſu protec-

ta, media hæſerit, & diſcriminata certando, hoſtem perruperit. XXXVI. Quantâ verò in ijs fortitudine, & *Patientia in arduis*, opus fuerit? ipſæ diurnæ moleſtiæ, variarum Regionum ad obedientiam Cæſaris adductarum inſidiæ; & machinationes occultæ: Itinerum, quamuis artificioſiſſimè traiectorum, incommoda; dietæ famelicæ, & nocturnæ vigiliæ, cubationes ingratæ, inediæ & penuriæ, denique quidquid vel gregario militi moleſtiam faceſſere potuiſſet, nobis ſilentibus, teſtimonia propalabunt. XXXVII. *Oeconomia* verò *Induſtriam* Serenitatis Veſtrę: & aulæ, & armaria, & libraria, & publica annona, & viridaria, & loca territorij Ducalis vniuerſa, tâm ſubiecti quã exteri admirãtur: vndè cum familiæ ſuæ ſubiectorúmque optatiſſimam curam gerat, quomodò Eccleſię Dei & Imperij ruentis (diuina diſpoſitione) ſollicitudinem ac ſubleuandi Prouinciam non obtinuiſſet? profectò, erit Celſitudinis Veſtræ Oeconomiæ ratio, cùm exemplum rei domeſticæ continendæ, & ampliandæ: tùm inſtinctus & medium, magnatibus alijs, inter ſubiectos cum amore, & honore, & cæ-

leſti

ſti affluentia commorandi. XXXVIII. Sed quid adeò mirabile in Celſitudine Veſtra, atque inter tot tantarumque occupationum diſtractiones, cæleſtis illa *Orationum frequentia?* Precum inquam domeſticarum, & publicarum exercitia? & earum continuata magno feruore præſidia? Quarum vt ipſa promotrix, ita & exemplari præſentiâ ſuâ, deuotionem ducibili, fideliqúe populo cauſans, vim facere cœlo videtur, neqúe inanes aſcendunt precarij iactus & ſupplicationes, quin duplicata votorum mercede refundãtur. XXXIX. Ad fauorem illum cæleſtem non parum facit Serenitatis Veſtræ in ſedem Apoſtolicã Obſeruantia ſpecialis: *Obedientia* enim *Romanæ Sedis*, cui apud Deum non patrocinabitur? qui alioquin Viro Obedienti, pretium ſubmiſſionis, repromiſit victoriam? Nec minor demiſſio Celſitudinis Veſtræ comparet in *Obſeruantia Imperatorum* tanquam Magiſtratuũ poſitorum à Deo, quo ſanè reſpectu, non dubium eſt, Serenitatem Veſtram præ cæteris omnibus, plurium gratiarum donarijs ſupernè cumulatam, in rebelliones filiorum Belial, & contumaciam

refractariorum Imperij, tantum potuiſſe, præualuiſſe, ſuperaſſe. Et poteſtates ſummas in ſolio (tanquam alterum Ioſue) obtemperandi virtute continuiſſe. XLI. Hanc præfulgidam lauream, adhuc altius ornat *Politia Catholica* eiuſdem Celſitudinis Veſtrę, quâ (ſi veritas aperiri debet, extra iactantiam) Nulli Regno aut Reipublicæ, quantumuis Orthodoxæ & accuratiſſimæ, cedit. Quinimò Politiæ illius zelo, elegantiâ, ornatu, ordinatione, ad ipſum Romanum apicem vel proximè accedit, vt reuera neſciri contingat, vter ſtatus alteri (demptis Infulis mitriſque) Orthodoxâ politiâ præferatur. XLII. Delectat item, in vniuerſum omnes, mixta illa *Gratioſa grauitate* modeſtia, quam ſingularem Celſitudini Veſtræ muſarum charites indidiſſe videntur, quâ re animati ſubditi, confidentiæ ſtimulo, vitã facilè pro eiuſmodi magnate profunderent. XLIII. Quibus ſi connectimus *Verborum veritatem*, repromiſſorum ſtabilitatem, fidelitatem contractuum: nihil eſt quod coram Iudice Deo, magis confundat hæreticorum perfidiam, nihil quod æque Celſitudinis Veſtræ cõmendet ſince-

ſinceritatem, & Iuſtiſſimæ cauſæ ſuæ amplificet æquitatem. XLIV. Idem facilè Iudiciũ eſt, de *Vigilantia cauſarum*, quam in Celſitudine Veſtra communis rumor extollit: quãtis enim conatibus, & oculatis reuiſionibus ipſa coràm inuigilat? quantis pernoctantis lucernæ diſquiſitionibus inſtat, vt maturentur Iudicia, ne lites perpetuæ fiant, & ne coloratis effugijs Iuſtitia proteletur? vt omnia ad amuſſim, ſecundum actorum puritatem decidantur, & cuique ſuum æquiſſima conſcientiæ lance tribuatur? XLV. Proindè mirum non eſt Celſitudinem Veſtram tàm *Felici* gaudere *Regimine*, vt, cum parentibus auos, totamque Glorioſam proſapiam ſuam gubernandi virtute colluſtret: & licet crepet infernalis inuidia, tamen per longum latumque orbem Serenitas Veſtra communiter audit, & benè audit, à fauſto, fortunato, & felici Regimine. XLVI. Quod cum ab eo, *à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum eſt*, poſſideat Celſitudo Veſtra, placuit adhuc magno Deo (cuius gratiæ donando magis fluunt) obuallare Serenitatem Veſtrã *Benedictione cæleſti*, quâ, Boiaria illius, cum

 Ducali

Ducali reſidentiâ, circũſepta videtur hacte-
nus ab incurſu malorum; bella in alijs Chri-
ſtianis oris tumultuata ſunt: infirmitates, &
iræ de cœlo alibi graſſatæ. Annona difficilis
alias terras tremefecit: Boiaria in medio Na-
tionum periclitantium hærens, tanquam a-
ger plenus cui benedixit Dominus, maledic-
tioni ſubducta, cum bene merito Principe,
floruit exercitio pietatis, legum, iuſtitiæ, cõ-
merciorum, commeatuũ, negotiorum fori,
polique, vt & ipſa præſidio eſſe valuerit ſu-
perabundantia gratiæ, ijs, quibus arma & in-
edia, cuncta concluſerant. Tametſi verò in
eam, non raræ impreſſiones hoſtium tentatæ
ſint; nihilominus induſtria, ſolertia, conſilio,
præſentiâ, alijſque Serenitatis Veſtræ præ-
miſſis virtutibus, vt primùm natæ, ſimul &
ſopitæ diſſolutæque fuêre. XLVII. Hæc eſt
illa, *Ydea exemplaris*, (boni imò & optimi
Principis, Orthodoxi magnatis, Catholici
Ducis, defenſoris Imperij, Sedis Romanæ Ex-
altatoris: Victoris feliciſſimi: pientiſſimi Tri-
umphatoris: Iuſtiſſimi Rectoris: Oecono-
nimi incomparabilis: humillimi Potentatus:
Clementiſſimi Patris Patriæ: ſpectatiſſimi
Elec-

Electoris, quam ideã Celſitudo Veſtra omnium temporum futuræ poſteritati mirandam expoſuit: præſentibus verò ſeculis, ipſâ operum ſuorum luce (quamuis illa iactantiam oderit, & excellentiam virtutum malit abſcondi) vbique promicuit. Vt & priorũ æuorum laudatis heroibus, certamen occultum præeminentiæ liquerit. XLVIII. Nec vlli fortè ſequentur *Zelum Diſciplinæ*, quo Celſitudo Veſtra conuerſari recolitur; vt moralitatum omnium typus appareat, & tantum abſit vt in aulis Ducalib⁹ ſuis vel minima difformitatis oriatur occaſio, vt potius ex ijs, confuſiones, indecentiæ, & obliquitates quorumcunque ſtatuum, in ordinem (ſancto quodam pudore) reducantur: adeò ſunt ei regulata, ponderata, cenſurata, limata, & defecata omnia, quò, merito, Ducis ad exemplum Boiaria tota componatur & orbis. Orbem dixi, nec enim angulis latere debet vnius Prouinciæ, quod, ad publicum bonum alibi, imitatione colendum, Celſitudini Veſtræ concredidit altiſſimus. atque vtinam vnus iſte Zelus, alijs pullularet in gentibus, iam pridem cauſa, & meritis aduerſarios

rios ſuppeditaſſemus. XLIX. Verùm videtur ſagaciſſimus Deus ſtimulum æmulationis in Celſitudine Veſtra primoribus Chriſtianis *Arte*: & L. *Marte*, propoſuiſſe, vt quilibet, quod virtutum pelagus, admiratur in vno; credat obtentu non eſſe impoſſibile, conanti, & merenti, *Arte & marte*, id eſt, ſtudio, & opere. Quanquam ſi Iubilæum ipſum meritorum Celſitudinis Veſtrę attentiùs rimamur: vix erunt qui numeroſam excellentiam adæquare conabuntur. multi qui inani inuidia æmulabuntur, non imitaturi. Rari qui vnum de numero Trophæum adſequentur. Nulli qui totum ab omni parte conantes ſuperabunt. *Arte* enim *& Marte*, id eſt toga eſt, militiâ, Celſitudo Veſtra decus æternum emeruit, quæ & ipſa, vt literaturâ ſolidata, ſic & Palladis ornamenta, publicis Catholicisque Academijs honorat; Amica ſapientum, & mecænas doctorum, quorum multitudo ſanitas eſt orbis terræ (ſapientis Iudicio) neque ipſa defecit bono *Marte*, quemadmodum ipſorum hoſtiũ experientia docuit, & ſuperioribus enucleatum eſt. Togâ itaque & militiâ, in vtrumque

para-

parata Celſitudo Veſtra armorum & pacis honore refulget, vt omni iure, merito, ac debito, cæleſtique præſagiente iudicio, Connubio Chriſtianæ felicitatis addicta Celſitudo Veſtra, gloriam, victoriam, trophæum, ac triumphum, cæteraſque magnorum laureas cum aureolis, ſuo virtutum præcellentiũ iubilæo meruerit: proindè, ſi ex vaticinio Seraphici Patris, & ſanctorum Minoritarum, Franciſcus Rediuiuus, in fine ſeculorum, id eſt primæua Regulæ puritas redintegranda ſperatur: Quis dubitet ea nos ſecula conſecutos? quibus Religionem Chriſti, ſcholam Euangelicam, Seraphicam Regulam, reflorere, & priſtinæ dignitati reſtitui conſpicitur? Tanto quidem felicius, quanto Illuſtriori Inſtrumento Celſitudinis Veſtræ ſubnixa, reducta, defenſa: & (quod in altero ſeculo, neruoſa prece, ac interuentione compenſans Franciſcus æmulabitur) continuo Ducalium gratiarum, donorum, fauorum, ſumptuum, largitionum impẽdio ſteterit: Quibus omninò Reformatorum collectio, vt, in Spiritu indefeſſâ gratiarum actione tenetur, ſic, & in tremendo Re-

demptionis Sacramento aſſiduis pro Celſitudine Veſtra memorijs aſtringitur; perpetuà nihilominus eidem rerum, domorumque ac corporum ſuorum ſubmiſſione deuota. Cui amplius ego (quamuis infimus omnium) iam olim in ſeculo receptis Ducalibus, ijſque multùm amplis Celſitudinis Veſtræ prouiſionum ſtipendijs, nulla vnquàm ratione promeritis, debuiſſem vel alterum me; niſi clementia & liberalitas Serenitatis Veſtræ gratuita mallet ſuâ ſponte mereri, & venturi ſeculi retributione gaudere. Fiat ſaltem, annuente Deo, vt ij, quorum reſpectu, eximijs ijs beneficiis vixi, Serenitati Veſtræ gratitudinis ſuæ vice reſpondeant: Equidem nullum aliud gratæ recognitionis teſtimonium reperire poſſum & ſatago, quàm vt eidem Celſitudinis Veſtræ Reformationis introductæ pientiſſimum opus, memoriâ publicâ, (ad perpetuum Sereniſſimæ domus encomium, meritumque laudabile) proſtare deſiderem; cui Chronica iſta, humillima demiſſione, iure quidem, merito, obligatione debita, internoque rationis dictamine di-

ne dico, dedico, conſecro, quam Deus turbato præſenti Iubilæo, intuitu Iubilæi virtutum ſuarum benemerito, totidem benedictionibus impleat, quot meritis iam enumeratis emicuit: Quibus Eccleſiæ mę-renti, & ancipiti Imperio, noua iubilandi occaſione, conſultum, & ſolidâ prouiſum felicitate, lætemur. Ingolſtadij Idibus Aprilis, Anno 1625.

Celſitudinis Veſtræ Electoralis,

Humillimus mendicus Minorita

F. MARIANVS.

OPERIS EXPLANATIO AD LECTOREM.

DEVS *Altiſsimus, cuius cum ſimplicibus conuerſatio, in ſacris Elogijs repromittitur, vbi* Gen. 25. cap. *cõmendârat ſimplicitatem Iacob Patriarchæ.* Iacob, *ait,* Vir ſimplex erat, & habitabat in tabernaculis: *perrexit Amator ſimplicium, commercium cum ſimplice quærere, quod optauerat, & præmium ſimplicitatis egregium ſecum ferens, repromiſsiones inauditas, nouaſq; cœpit exponere, & longiùs effundere in gremium ſimplicis Amici ſui Iacob. Nam reuelans ſe de nocte, eidemq; apparens, Gen. 28.* Dilataberis (*inquit*) ad orientem, & ad occidentem, ad ſeptentrionem, & meridiem, & benedicentur in ſemine tuo omnes tribus terræ, & ero tecum vbicunque ambulaueris. *Quaſi diceret, hoc, tua ſimplicitas digna fauore fuit: fauore dilatationis, benedictionis, præſentiæ Maieſtatis, quæ verba, ſine calum-*

calumnia, iniuria, & inuidia in Patriarcham mendicorum B. Franciſcum, appoſita commodatione tranſſumi licebit, quippè qui ob eximiam Columbinæ ſimplicitatis virtutem, ſapientiam Dei Chriſtũ, ad commercium arcani colloquij, & Archiuorum vitæ reſerationem, ſignaculorumq́ Redemptionis, id eſt, ſanctorum vulnerum imprimendam cõmunionem attraxerit. quam benedictionem, altera ſignata, nec minor excepit (*illa iam dicta*) Dilataberis ad orientem *&c. Cuius dilatationis, iàm demùm manifeſta veſtigia, quibuſcunq́ in partibus orbis, noſtro quidem æuo reperiuntur; atq́ ideò in culmine poſterioris tituli, in præcedentibus efformati, Seraphicum Patrem cum ſuis aliquot, (portitores ſeu portatores noui ac veteris orbis nuncupatos deſignauimus) quod nimirum iſtorum opera, per quatuor angulos mundi Sponſa S. Spiritus Eccleſia, velut humeris ſupportetur: ad latera hìnc & indè Angeli duo ſituantur, eorum dexter indigetãs Seraphicum Crucifixum, minatur degeneri multitudini, translationem gloriæ paternæ, his verbis*; aufferetur à vobis regnum Dei: *Cui replicat alter è diametro Angelus*, & dabitur genti facienti, fructum eius; *interim porrecto digito monſtrat globum ſpheræ* (*cui innititur*) *inſcriptum varijs*

 reperti

reperti orbis ditionibus: quaſi innuat, illis in partibus (translatione facta & commigratione Minorum) prouentum alterum tantum, quantus in prioribus Europæis fuerit, obtinendum: Poſt ea, nonnullos ſtrictioris Obſeruantiæ Beatos poſuimus, miraculis quidem illos primores, & potiores; Quorũ infimi duo, ſed loco proximi Diuo Franciſco, ſinguli cateruam Neophytorum ſuorum Seraphico Patriarchæ deducunt: & eorum alter B. Martinus à Valentia, currum Domini trahens, ſub pedibus terit adagium (currus Dei decem millibus multiplex *) manu verò ſchedam gerente, & ad B. Franciſcum extenta, fatetur, cuius beneficio (nempè Beati Seraphici Patris) copioſam illam gentium multitudinem, adduxerit, ait enim,* (Ecce pater quos dediſti mihi) *quaſi rotunda confeßione deſignans, Franciſco impetrante, eos, quos Euangelio ceperit, lucrifeciſſe. Alter ex oppoſito, Domitor indomitorum Chichemecarum, Franciſcus Laurentij, & ipſe ingenuè confeſſus, cuius promeritis inhumanã illã barbariem traxerit, dicterio ad Beatum Franciſcum porrecto fatetur* (nemo venit ad me Pater, niſi tu traxeris eum.) *ſub pedibus eius voluntaria ſonat gentilium ſequela.* (Trahe me poſt te, curremus) *in medio autem Seraphicus Patriarcha,*

velut

velut alter Iacob, cancellatis manibus, exultans, benedicit vtriq; Benedicat (*inquit*) vos anima mea. *Ipſe verò ſignatus Pater, ſtramineo ſolio ſedens (pro dignitate amantiſsimæ peupertatis) infra ſub pedibus, capita Hæreſeon, Turcarum, & Gentium terit; hos enim per amplitudinem familiæ ſuæ deuicit, & ex parte deiecit. Suprà, Conopæũ gerit, non auri cælatura coruſcum, ſed paſsionis Domini inſtrumentis inſigne: vt ediſſerat, quibus armis in hoſtem præualuerit: quibuſq́ Caractheribus ſchola præfulgeat literata Minorum. Et quia totũ illius ſchema, mera videtur humilitatis profeſsio, attribuitur illi diuino elogio ad verticem Conopæi ſententia, quæ iam (deciduo facto ſuperbo lucifero) humillimo Franciſco ſeruata fuit, nimirùm* (Hæc ſedes debetur Humili Franciſco) *quæ quidem ima in terris, vilipendio paupertatis; atqui prima ſit in cœlis, ſolio Seraphicæ ſublimitatis.*

Dilatatus igitur eſt Columbina ſimplicitate Franciſcus, & quatuor orbis plagas diuino repromiſſo incoluit; vbi licet, velut antiquior phænix veteraſcere, putatus eſt, reuixit tamen ligno Crucis & flamma Crucifixi, vt modò plumeſcentium eius pullorum iuuenta, elegantiori quadam renouata forma, cum pio parente rediuiua reſurgat. Videmus

demus namq́ lætiores ſegetes Eccleſiæ minorum, temporibus iſtis efflorescere, quàm cum pacatioribus ſeculis vteretur: adeò, vt verè formatam œconomiam Seraphicam referant, vel ipſæ quoq́ non raræ viragines, quæ ad tertium ordinem. B. Franciſci, velut vltimo totius ſacræ familiæ loco ſubſederunt: Reformationem re demonſtrant: more ſancto confirmant; Timore Domini ſepiunt, non loquendo commendant: Res ipſis antiqua colitur, in diſciplinæ rigore: mos patrius agitur in paupertatis amore: os, vſu vetuſto, clauſuram accipit in taciturnitatis honore: Timor Domini poſſeſſionē vallauit deuotionis, in feruore ſpiritus, & virtutis ardore. Et quid aliud eſt Reformatio? quàm vocationis primæuæ realis reductio? Moris Regularis genuina reſtitutio? oris Religioſi modeſta formatio? Profeſſionis primæ timorata renouatio? Profectò ſicubi generalia illa defuerint, non illa prioris formæ reductio, ſed deſtructio, non Reformatio, ſed deformàtio; non renouatio ſed denudatio: non reſtitutio, ſed deſtitutio: non reparatio, ſed deprauatio: non redintegratio, ſed ſpoliatio: non defæcatio ſed conſpurcatio: non reualidatio ſed inuerſio, dicenda ſit: quando nec re, nec more, nec ore, nec Timore inſtituti ſui puritati reſpōdeat.

Ex

ex aduerſo verò, vbi, vbi, hoc re agitur: Hoc more tenetur: hoc ore probatur: hoc Timore ſeruatur; quod origo vocationis induxit: quod puri maiorũ mores coluere: quod ore Sanctorum & exemplo firmatum eſt: quod timorati omnes ad amuſsim tenuêre: Ibi, & Reformatio, & Renouatio, & Reparatio, & Reductio, & Reſtitutio, & Defecatio, & Reualidatio puriſsimæ vocationis, id eſt, primæui inſtituti genuina forma, facies, dignitas, laus, & meritum, & ſolida requiſitorum ad ſalutem, ſumma indiſputabilis eſt: nec refert ad eum caſum, qua domo, quo loco, quo ordine, veri iſti Iſraelitæ, per vaſtam latitudinem Eccleſiæ Minorum, conuerſentur, dùm re, dùm more, dùm ore, dùm Timore, à primi Spiritus feruore degenerando non exorbitent; Quo genere aſſertionis, occurrimus ijs, qui nobis obiecturi ſunt, cur inter latitudinem Reformationis comprehenderimus Tertiarias aliquot Sanctimoniales? nõ aliâ de causâ, nimirùm, quàm quod eæ, Regulæ puritate, morumq́ candore, & auſteritate vitæ, ipſius Seraphici Patris deſiderium exæquantes, miraculorum turba claruerint; quæ omnes, re, formam primam (quamuis non expreſſo vbiq́ nomine) comprehenderunt.

Hoc ipſo argumento, illos quoq́ nobis aſſerimus,

qui in Obſeruantia (cui omnes profeßione iurati ſumus) ſelectiori viuendi modo, maiori Zelo, parſimonia, ac deuotionis ſpiritu degentes, tandem vel laudabili fine, vel etiam Sanctorum Albo vulgati ſunt: neq; enim eſt memoria vnius ſancti in Obſeruantia noſtra Beati, & Canonizati, qui non ſelectiori vita, rigore & auſteritate, & diſciplina regulari, abſtractus à modo communi, animoq; ſeorſum collectus, ſanctimoniæ palmam acceperit: Quid igitur intereſſe dico, inter bonam Obſeruantiam, & Reformationem? vtiq; nihil. Nil refert ergò, vbicunq; ſiue bonam formam, ſiue Reformatam excoluerimus? in ſubſtantia quidem nihil, at in circumſtantia plurimùm intereſt per omnem modum (vti ampliori quadam Apologia dicturi ſumus) videtur enim Deus ſigillatim Reformationibus in ordine noſtro ſurgentibus, miraculorum virtutem indidiſſe: Quod conſideranti, hac via facilè palam fiet: Ecce enim, quo tempore bonorum Patrum priuilegÿs Gaudentium, rigor antiquari cœpit, aduenientibus Obſeruantiæ patribus, priorum iſtorum miracula paßim deſiêre: ſimiliter ſancta Obſeruantia aliquatenus declinante, inductis Reformationibus, digitus Dei apud illos reſedit, quemadmodum oculari mirabilium deductione in Beatis

noſtris

noſtris Chronica illa conuincunt. Interim nullum præiudicium bonæ Obſeruantiæ texitur, nam qui boni filij, illa bona matre coruſcant, & miraculis, (licet iam fortè rarioribus) agunt, ad Reformationem pertinent, id eſt, veriſsimam formam: ſiquidem illi reformantes ſe ſpiritu mentis ſuæ, veſtigijs ſanctorum noſtratum omnium inſtare notantur, vt ſanctificant, & ad hoc, ſanè coguntur, tàm ſanctimonia exquiſitioris conuerſationis, quàm conditionibus cæteris, quas ad ſanctos ſupra collegimus: Igitur particularis, hinc indè miraculorũ operatio apud Obſeruantiam, & alios ordines Seraphici Patris inueniri poteſt, ſed non aliundè, quàm ex vita, & moribus reformatis, diſciplinaq́ regulari hominum bene formatorum emanans; hoc pacto benè formati, Reformati ſunt: Vndè ſequitur adhùc, generalem miraculorum operationem apud Reformatos re, more, ore, Timore, cæteriſq́ (quæ diximus) reſidere; Iam de mirabilium pluralitate, Reformatæ Obſeruantiæ, ſolùm & vnum certamen eſt, cum venerandis patribus Cappucinis: certè ſtrictior Obſeruantia in pluribus Regnis ac Prouincijs, de facto, prodigioſis Beatis adhuc viuentibus claret, quorum vno cum Beatitudinis Laurea decedente, bini triniq́ ſurculi eiuſdem valoris ac-

creſcunt, vt quaſi (diuino fauore) Reformatio permaneat in obſeruantiæ veteris, veraq; miraculorum generali poſſeßione. Quantis autem annis Regulæ puritas ſteterit ſub nomine Sanctæ Obſeruantiæ; & è contra, quantis durauerit annis, imò exceſſerit, ſub nomine Obſeruantiæ Reformatæ, in Apologia, ſuo tempore demonſtrabitur: vbi quorumuis obiectis obuiabimus, quinimò nouorum argumentorum contra nos vrgentium, & cogitatu poßibilium, magnam copiam porrigemus, ſed & momento veritatis eluemus. Addemus & alia, quæ de Prioritate conuerſionis Indorum, inter Religioſos, æmulum hactenus certamen habuere. Modò ſupereſt aliquot præoccupare querulantium difficultates in Chronicis noſtris. Enimuerò aliqui ſubmurmurando muſſitabunt, Cur ex Gonzaga, non pauca ſumpſerimus & ſtilo ſubindè noſtro colorantes, tanquam propriam mercem noſtram venditemus? Hoc enim eſſe, plumis alienis ornatum procedere.

Reſpondeo, bona fide me Gonzagam applicuiſſe, & multum mereri debere, quod à mendis plurimis, & à latinitatis obliquitate, (quæ neſcio quorum errore immerſerant) noſtro qualicunq; ſtylo repurgatum, & veritati priori ſartum tectumq; vendicaue-

cauerimus, qua in re, maiuſculè detriti ſumus (viribus noſtris vacillantibus) quàm in reliqua vniuerſi operis expeditione: nec furtim aliquid ſubduximus, ſed mutuum fatemur, imò (bona pace dictũ) iam noſtrum eſt, quod laborum, & correctionum, & ſtyli noſtri lima, non amplius alienum eſt. Itaque non mouebit cornicula riſum, furtiuis nudata coloribus: *ſed crepans inuidia, vſuram nobis licitam bono iure, in mutuo literario, non praripiet; vſuram dico, bonum nomen & Titulum ex re fideliter vſurpata. Obÿcientibus autem, quod loca nonnulla Obſeruantium, noſtris commiſcuerimus; dicimus, vitam eorum exemplarem, & exactam ad amuſsim Regula conuerſationem, non minus meruiſſe.*

Aliis qui nobis errores cum mendis (qua ſub pralo irrepſerunt) obgannient, replicabimus triplici modo. Primò non eſſe tantos numero, quin facilimè à quouis, Indice (quem ad calcem ſubmiſimus) monſtrante, reparari queant: adde quod nec eo pondere ac momento ingraueſcant, quin à ſenſato attentoq; Lectore colligi, ſupponi, & ſubrogari poſsint.

Secundò, non eſſe mirum, in opellam noſtram irrepſiſſe, quod in oculatiorum virorum, & maio-

rum conatuum opera, pluribus imò & grauioribus næuis irrrepſit: & quis adeò lynceus eſt, qui calculo graphyæ, notam non ſubierit?

Tertiò, reſpondebimus, nos pluſculum adhuc præſtitiſſe opinari, quàm bonorum opinio à valetudinis noſtræ, tenuitate aut præſumere, aut ſperare potuerit: & vtcunq; admittantur excuſationes noſtræ, ſatis eſt omni Iure, per luculentum Indicem in paucis erratis, lectorem, & emptorem, indemnes reddidiſſe.

At grandior nobis & grauior difficultas opponetur. Cur nimirùm Beatos plurimos ex ſtrictiori obſeruantia, non prius exſpectato, vel conſulto Iudicio Matris Eccleſiæ, corollis & aureolis Sāctorum, in vertice, paſſim per figuras illas Chronicorum ornauerimus? Cum vnius ſolius Apoſtolicæ Sedis authoritas habeat, vt Sanctorum & Beatorum albo ingerat illos, qui merentur: & copiam cum licentia publica faciat, eos, quos cenſuerit, figuris & Iconibus vulgò coronatos efformandi & exornandi. Videmur enim hac via, inconſulto capite Eccleſiæ (contra fas & æquum, ius, & bonos mores) proprio libitu, ac mera ſponte, imò ingenti præſumptione, falcem mittere in meſſem alienam, reluctante ſtatus noſtri

profeſ-

profeſſione, quâ præ cæteris ordinum aliorum Inſtitutis, Sedi Apoſtolicæ obligati ſubiectique tenemur; id quod abſque nota leuitatis, vel ſaltem occulta ſuſpicione,& ſuperbiæ elatione,non potuerit, nec debuerit vlla ratione tentari.

Reſpondemus Beatos quos circumfulgente corona poſuimus, propè omnes vel martyrio, vel miraculis (notoriè) claruiſſe, vndè quia communi iure, cingendus habetur pro cincto, cenſuimus, beatificandos à ſede Apoſtolica, iam (pia quadam affectione) haberi pro Beatis, ideoq; præſumpta & præſuppoſita Sedis Authoritate, vulgauimus eos more Sanctorum, ſed pictura, non aſſertione verborum; neq; ſanctos ediximus, ſed ſubiectam materiam Sanctitatis extulimus: & communi populo congratulandi anſam electis Dei, Religioſis autem eos imitandi, normam & exemplar ingeßimus. Abſit vero vt Sanctiſſimæ Sedi *Romanæ, tanquam fidelium omnium Matri, Gentium Magiſtræ, Cathedræ Petri, Scholæ IESV Chriſti: Oraculo Spiritus Sancti: Sponſæ Dei viuentis: Concilio Trinitatis: Sanctorum Collegio: Ciuitati primitiuorum: Contubernio Angelorum: Armario Deiparentis: Firmamento fidei: Columnæ veritatis: Præiudicio errorũ: Exterminio Diaboli: & Petræ Salu-*

Salutis. Abſit inquam à cogitationibus noſtris, vt inconſulta illius Sedis Authoritate & elogio, quod illa non ſtatuerit, ſtatuamus; quin potius omnium virium humillima ſubiectione, optamus colligere cum ea, ne diſpergamus: ſub vmbra illius tegi, ne pereamus: pabulo illius vti, vt roboremur: eius inſtructione duci, ne aberremus; fauore & gratia illius regi, vt ſaluemur: adeò vt per ſubiectionem Franciſcanam, filialem, iuratam, ſpecialem, Regularem, debitam, & auitam, in gremio illius & viuere & mori deſideremus; hac ſpe gaudentes & voto exultantes, eius arbitrio, definitioni, ſententia, iudicio, ratificationi, mandato, iuſsioni, imperio, regimini, correctioni, diſpoſitioni, non ſolùm Chronica illa praſentia, ſed & omnes actus noſtros, cum extremo ſupremoq́ halitu noſtro, ardentiſsimis præcordijs ſubmittimus, ſubdimus, ſubijcimus, ſupponimus, ad ſubſellia dignitatis eius, vel ſolum nutum illius, reuerentiali Obſeruantia praſtolantes, vt in lumine eius videamus lumen, quod Chriſtus eſt, cuius tandem perfectam diem cum Abraham videntes, perpetuò gaudere poſsimus.

Quod ſi inſtiteris, proteſtationem illam tanquam actui contrariam, non ſubſiſtere; quando quidem ipſo Canonum Iure. cap. cum ex eo, &

cap.

cap. audiuimus de Reliquijs & venerat: Sanctor: *à Papa Innocentio IV. per expreſſum inhibeatur, citrà iudicium & definitionem Eccleſiæ, quemcunq; etiamſi miraculis effulgeat, pro Beato colendum, aut publicæ venerationi exponendum eſſe.*

Reſpondetur, Sanctiſsimum Vicarium Chriſti, in textibus allegatis loqui de ſcandaloſa temeritate quorundam, qui hominem temulentum inter pocula occiſum, vulgò velut Beatum inuocando colebant. Huic ſtolidæ leuitati, & præſumptioni proprij iudicij, Pontifex legem poſuit, ne abſq; Sedis Apoſtolicæ Iudicio, maximè in turpiſsimo caſu, ſupra ius & vocationem ſuam decernerent.

Deindè clarum eſt, ibi Summum Antiſtitem, contra certam determinationem *aliquot friuolorum hominum loqui, qui* priuata ſententia ſua *de Beatitudine occiſi* peoclamata, *Sedis ſanctæ concluſionem aut vilipendebant, aut exquirere non curabant, quorum ipſi nobis (teſte Deo) nihil conſcij ſumus: Adde, quod citatis locis, Caput Eccleſiæ ex occaſione abuſuum proceſſerit: Erant quippè, qui* priuata licentia *Sanctorum aliquot, reliquias vanum exponentes, confundebant Eccleſiam, horũ itaq; audaciam retundit: non quod Apoſtolica Sedes, pios priuatos cultus, eorum, qui euidenti ſancti-*

 monia

monia vixerunt, & miraculis obierunt, interdictos voluerit: Nam tota ferè Eccleſia, iſtis præludiis ab antiquo ad Canonizationem ſanctorum deuenit, cum ex fama publica, & voce communi, ac miraculis, votiſq; ſanitatum vulgo erectis, non leue argumentum, & adiumentum, ad vlteriorem inquiſitionem aſſumere conſueuerit: Itaque temerariæ, *prohibentur* aſſertiones, non autem piæ deuotiones, *taxantur* priuatæ ſententiæ, non ſimplices reuerentiæ: certæ definitiones, non humiles ſubmiſſiones: *Nos autem ſupradicta deuotione, reuerentia, & humili ſubmiſſione Beatorum noſtrorum & Beandorum Primati Eccleſiæ libentiſſima ſponte ſubiacemus.*

Ceteris qui alia molientur in nos, cauillis & iniurijs, Apologiam benignam repromittimus.

Interim ſupplices Deo facti, & virgini Matri, & Franciſco Rediuiuo, vti maleuolis linguis, non alia pœna, quàm Conuerſionis benedictionibus inſtent: ego iam in flagella paratus, linguæ flabella didici non vereri: vos ergò proles cum Matre, Deus cum Deipara, & tu vtriuſq; Secretarie Franciſce, vos inquam, Hic confundite, *vt ibi honoretis.* Hic cruciate, *vt ibi ſocietis*: nam ſi ſocij paſſionum, vtique & conſolationũ erimus. Hic humi-

liate,

liate, *vt ibi, exaltetis*. Hic reijcite, *vt ibi recipiatis*. Hic reprobate, *vt ibi approbetis*. Hic indignamini, *vt ibi condignemini*. Hic iraſcamini, *vt ibi placemini*. Hic ſecate & vrite, *vt ibi parcatis*. Hic tẽtate, *vt ibi coronetis*. Hic mortificate, *vt ibi viuificetis*. Hic anguſtiate, *vt ibi dilatetis*. Hic negate, *vt ibi concedatis*. Hic deſpicite, *vt ibi attendatis*. Hic deprimite, *vt ibi eleuetis*. Hic exinanite, *vt ibi ſolidetis*. Hic extenuate, *vt ibi impinguetis*. Hic ligate, *vt ibi relaxetis*. Hic belligerate, *vt ibi pacificetis*. Hic purgate, *vt ibi non purgetis*. Hic polite, *vt ibi ædificetis*. Hic probate, *vt ibi glorificetis*. Hic perdite, *vt ibi inueniatis*. Hic qualificate, *vt ibi admittatis*. Hic oppugnate, *vt ibi propugnetis*. Hic occidite, *vt ibi ſuſcitetis*. Hic grauate, *vt ibi ſubleuetis*. Hic frangite, *vt ibi reparetis*. Hic vulnerate, *vt ibi ſanetis*. Hic fatigate, *vt ibi refocilletis*. Hic tribulate, *vt ibi conſolemini*. Hic contriſtate, *vt ibi blandiamini*. Hic obliuiſcamini, *vt ibi recordemini*, in modico indignationis dedelerinquentes nos; in miſerationibus ſempiternis recipietis nos: nõ delectamini in perditionibus noſtris, ſed modicũ & momentaneũ, & leue tribulationis noſtræ, quod eſt in pręſenti, *ibi apud vos*, æternũ gloriæ põdus operabitur in nobis.

OPERIS HVIVS APPROBATIO ADMODVM REVERENDI: MAGNIFICI: NOBILIS Clariſſimi Doctoris Procancellarij, vt infra.

QVoniam opera Dei reuelare honorificum eſt, miracula verò & ſanctitas Reformatorum Ordinis D. Franciſci, vtique operibus Dei, ſunt adnumeranda; Ideo præſens Chronicon ab Admodum Reuerendo P.F. Mariano ab Orſcelar conſcriptum, quod prædictorum Reformatorum geſta continet, typis & luce publicâ digniſſimum cenſeo.

Leo Menzl, S. Theol. D. Profeſſ. Facultatis Decanus, & Vniuerſitatis Procancel.

MANDATVM SVPERIORIS, AD OPVS IMPRIMENDVM.

F. Anthonius à Galblato, Commiſſarius, & Viſitator Seraphicæ Prouinciæ Argẽtinæ, Strictior. Obſeru. Reform. Reuerendo Patri Mariano Confeſſario, & Concionatori Ordinis noſtri benemerito: Salutem in Domino.

Suſ-

SVſceptum Chronicorum opus, ex mandato noſtro, Reuerentia Veſtra, quantociùs prælo committere non cunctabitur, quandoquidem, nihil æque ad commendandam Srrictiorem Obſeruantiam noſtram facere, arbitremur: & ipſi Sereniſſimi Boiariæ Duces, Elector, cum Conſorte ſuâ, opus ſuis Serenitatibus dedicandum, pergratum habituri, præſtolantur: Nos quoque, de toto, quantum cudendum erit, pleniùs informati, oculati ſatis, coràm reuidimus, ac de induſtriâ, experientiâ, & eruditione Reuerentiæ Veſtræ omninò confiſi, eius prudentiæ ac diſpoſitioni negotium commiſimus. Nihilominus, nequa prolongationis anſa foris, extrà ædes noſtras, porrigatur, vtcunque nos opus illud, cenſuerimus, Reuiſores tamen (more Ordinis noſtri) admodùm Reuerendum P. Guardianum huius Cœnobij, cum Reuerendo P. Hieronymo, Ambos, reſpectiuè, caſuum conſcientiæ, & SS. Theologiæ, ac Philoſophiæ Lectores, conſtituimus, quorum maturo Iudicio, & cenſurâ comitante, præſupponimus bonâ ſpe, apud cæteros Facultatis Academiæ Correctores ac Cenſores ſpectatiſſimos, celeriorem expeditionem, obtentum, nec remoram vllam, interiectum iri, Siquidem res noſtra cenſuranda, meris propemodùm Hiſtorijs,

nihil contra fidem, aut bonos mores habentibus, ſex Libris, ſub vno volumine perſtingatur. Dedimus Ingolſtadij in nuperâ viſitatione noſtrâ, Anno Domini 1624. die 20. Octobris, ſub manu, & ſigillo noſtro maiore, apud eundem Conuentum ibidem.

Fr. Antonius à Galblato Commiſſarius manu propria.

CENSVRA ADMODVM R. P. GVARDIANI.

PRæſens hoc opus, noſtra ſola commendatione non ibit in vulgus, quippe quod iam doctiſſimorum virorum perluſtratione, tam ratum quam firmatum lucem audeat aſpicere, cui accedunt præcipuorum noſtrorũ in Ordine patrum authoritas, quorum mandato & ipſi nos cenſuram ſuſcepimus; cenſuimus opus, probauimus publicis ipſum typis, doctrina, & ſanctorum laude meritiſſimum digniſſimumq; reputantes, videant docti, mirentur indocti, Religioſi æmulẽtur: boni omnes perfruãtur. Ingolſtadij in Cõuentu noſtro Anno 1625. 24. Martij.

Fr. Proſper à Galblato Guardianus vt ſuprà, idem S. Can. Lect.

CEN-

CENSVRA VENERABILIS P. LECTORIS.

EGregiam verè laudem, & ſpolia ampla, variaque diſcrimina docto ore referunt, cantantque hæc Chronica Sanctorum Fratrum Seraphici Ordinis refloreſcentis Sancti Franciſci; per manus ergò feliciter eant piorum, qui magis factis prouocantur quàm verbis.

Fr. Hieronymus eiuſdem inſtituti Sac. Theol. Lect. nomine Admodũ Reuerendi P. Cõmiſſarij.

ARGVMENTA, ET MATERIÆ SEX LIBRORVM, AD CHRONICA PRÆSENTIA PERTINENTES.

LIBRO PRIMO.

DEducitur initium Reformationis in Obſeruantia cæptæ, & Hiſtoriæ 12. Patrum Minorum, orbis noui Conuerſorum & primorum Apoſtolorum.

SECVNDO LIBRO.

ENumerantur vitæ complurium patrũ, Reformato modo, id eſt, pro tenore Regulæ, viuentium, qui veſtigijs iſtorum priorum inter Indos, fideliter inſtiterunt.

TERTIO

LIBRO TERTIO.

REcenſentur Martyres Minoritæ inter Chichemecas Indos pro fide necati. Et Indorum eorum brutalis œconomia, priuſquam ſubderent ſeſe in obſequiū Chriſti. Quidque in tanta barbarie profecerint Strictioris vitæ Minoritæ.

QVARTO LIBRO.

EXponitur admirabilis vita B. Petri de Alcantara, ſubiunguntur martyres Minoritæ apud Iapones & conuerſiones Regni, populorumque Iaponiæ. Item Martyres Affricani; Martyres à Moluco, Martyres Pragenſes, qui ex Strictiori Obſeruantia, ſanguinem ſuum Chriſto litarunt.

QVINTO LIBRO.

EXpediuntur mirabiles Sancti, Beatique noſtri B. Paſchalis B.. Saluator. B. Angelus de Paſſio. B. Nicolaus Factor, alijque Strictioris Obſeruantiæ Reformatæ Fundatores.

SEXTO LIBRO.

COmprehenditur Aula cæleſtis Monialium, ex latiſſimo Seraphici P. Franciſci Ordine aliquarum. nō omnium, quæ ſtrictiùs & propinquiùs puritati Regulari conuerſatæ fuêre.

His adduntur nonnulla de locis terræ ſanctæ. Item mirabilia montis Aluernæ, & ſanctorum in eo cōmoratorum.

Tandem Vexillum Seraphici Patris extollitur ſignum TAV, videlicet vbi pretioſum vtilemque mortalibus Theſaurum ac monile TIMOREM DEI nouo inauditoque compendio deduximus: pauculis quibuſdam ad perfectionem, facientibus in fine productis.

Tandem Coronis & Corolla Rithmica ad Sacroſanctam Virginem matrem adijcitur.

LIBER

LIBER PRIMVS.

IN QVO REFERVNTVR.

Principia Reformationis in obſeruantia apud Hiſpanos pullulantis, & vitæ Fundatorum eius Primariorum, præſertìm duodecìm, qui in nouum Orbem omnium facilè primi emiſſi ſunt.

QVA ratione incœperint Reformationes, & peculiaritèr Reformatio Cuſtodiæ Angelorum in Caſtellâ nouâ à Venerabili Seruo Dei, Fratre Ioanne, de la Pueble (aliâs Soto maiore) fundata.

CAPVT PRIMVM.

CENTVM & decem annis elapſis, à prima ſanctæ Obſeruantiæ Inſtitutione, quæ in Vmbriâ Anno Domini 1378. in pauperrimo mõtis Bruliani Conuentu, à fratre Paulo de Trincis Prouinciæ S. Franciſci alumno, perfectiſſimo cœpit exordio, multùm excreſcente fratrum Obſeruantium numero, dùm complures Conuentus Clauſtralium grandes apprehenderent, ab

auſteritate, & rigore Regulæ Seraphici P. F. Franciſci pedetentìm elongabantur; cumque multiplicarentur fratres, ab eorum qui obſeruantiam fundatam ſolidauerant, fine & perfectione, deflectebant in dies: præſertim poſtquam Miniſteriatus Generalis à Summo Pontifice Obſeruantibus Anno 1517. oblatus eſt. apertè enim cernebatur magnum Spiritum illum, & feruorem in Dei obſequijs, & regulæ profeſſione ſenſim in pectoribus eorundem Fratrum Obſeruantium intepuiſſe, ſanctamque paupertatem ab ipſis priùs adeò dilectam, iam quaſi relegatam contemni, ac proindè monaſteria curioſa, grandia & magnifica, non modò ea quæ prius Conuentualium fuerant, ſed aliorum facilè parium erectionem inſtanter procurari, legata & pecunias illicitis modis auidè conquiri, acquiſitas contrectari, congregationes Alimoniæ nimias, & theſaurizationes admitti, & mollia in habitu, inceſſu, & victu ſtudioſiſſimè vſurpari commoda, priuilegijs relaxantibus gauderi, ac demùm Ordinis diſciplinam deformari, & puritatem, Regulæque S. Franciſci Obſeruantiam miſerrimè labefactari.

Itaque non rari fratres nouo ſanctę paupertatis ſpiritu, ac feruore conſurgentes cæleſti zelo conuenêrunt in vnum, vtì præuaricationibus illis ſublatis omnia in ordinem ſuum reſtituerentur, Conuentus nimirum pauperes ac modicos conſtruendo, à frequentia populi, ſæculariumque conuerſatione ſemotos, ac tales, quales ipſa Obſeruantia in principio, & ipſe pauperum Patriarcha fundauerat, in quibus Regula ad litteram, plenè ac penitùs obſeruaretur.

Ea ſiquidem Franciſcani Ordinis inſtituti perfectio eſt, vt pleroſque ac præcipuos alios ordines, ſicut Euangelium omnes alias leges (procul abſit ambitio) longè ſuperet; & in cauſa ſit, vt tepeſcentibus primæuis illis ardoribus, humanâque natura in decliuè tendente, relaxationem aliquando patiatur. Sed interim ea quoque Dei bonitas eſt, ac miſericordia

cordia vt cum magis magiſque, is ordo, declinare & à recto tramite deflecterenotetur; ibi tùm primùm extempore ſeipſo robuſtior conſurgat, & eò, vndè dilapſus erat, aliquorũ eius Zelotum operâ, fælicius reuertatur, vt inconcuſſa interìm Diuina promiſſio Beatiſſimo Patri Franciſco facta, remaneat: videlicet nunquam defuturos fratres qui vitam ſecundum Euangelicam paupertatem tranſigant, quique Regulam à ſe promulgatam, inuiolatam conſeruent: atque adeò tanquam aurei Surculi ex aureis huius mirabilis Franciſcanæ plantæ radicibus, quâlibet æuorum occaſione repullulent. Sic enim euenit, nam dum adhuc tenellos haberet ramuſculos, qui debiti rigoris aliquantulum remiſiſſent, à Beatis Patribus Franciſco, Antonio, atque fratre Adamo de Mariſco Anglico, Priori ſtatui hæc ſancta Norma, reſtituta refloruit. *Pari modo:* Pater Angelus de Cingulo eiuſque ſequaces Clareni à Claro monte ſic vocati, nec non & Venerabiles Patres Paulus de Trincis, & Ioannes à Stronconio, beatique Bernardinus de Senis, Ioannes Capiſtranus, Iacobus à Marchia, Albertuſque à Sartiano regularis Obſeruantiæ fundatores, ſtrenuique propugnatores, præuaricatorum licentiam, diuerſis temporibus, compeſcuêre, & viuendi modum à Seraphico Patre Franciſco traditum, non ſolum tanquam legitimi ac generoſi eiuſdem filij, in omnibus conſecuti ſunt, ſed & ab alijs imitandum; tenendumque quàm diligentiſſimè procurarunt. Ita deinceps Obſeruantiam vltimis temporibus ab illâ ſuâ rectâ viuendi linea, à prioribus fundatoribus accuratè prætensâ, declinare incipientem, inſignes ac Zelantiſſimi Patres ſequentes reſtituerunt. Frater .ſ. Ioannes à Soto maior, Frater Ioannes Guadalupes cum fratre Melgario, & fratre Angelo Pinciano, & Pater Franciſcus Angelorum in Hiſpaniâ; Frater Matthæus Baſcius Marchianus, frater Stephanus à Molinâ Prouinciæ Romanæ Alumnus. Frater Bernardinus ab Aſtiâ, & Fr. Franciſcus Torniel-

lus à Nouariâ in Italiâ, qui collapſam diſciplinam & Regulæ & morum, pro virili ſubleuantes, zeli boni gloriam cœlo terraque promeruerunt.

Ex quibus liquidè patet, quàm ſit ter Opt. Max. Deo grata & commendata, hæc Franciſcana Religio; tametſi enim ad tempus à recto tramite eam aliquantulùm deuiare permittat, non tamen in deformationis barathrum demergi patiatur: Quin perpetuò ex illâ ſeptem millia virorum in Sacrario pietatis aſſeruet, qui non curuabunt genua ante Baal, quique pro tantæ Matris honore, dignitate, nitore, palàm æmulantes, eam in rectam, vnde reciderat, viam, fæliciſſimè reducendo, ſtabiliant. Hæc omninò cauſa & genuina ratio eſt, non autem (vt aliqui ſecùs opinantur) Profeſſorum regulæ leuitas, aut inconſtantia. Cur poſt inſignes iſtas domeſticorum Clades acceptas, continuò tot rami, nobiliaque germina, nempè Clareni, Coletani, Amadei, & obſeruantes, Reformati, Diſcalceati, Capucini, & Recollecti ex ea quaſi rediuiua, prodierint. Qui quidem omnes (PP. Capucinis exceptis) totius ordinis vni Generali Miniſtro, iuxta Franciſcanæ Regulæ præceptum (quo cauetur; vt vniuerſi fratres vnum de fratribus iſtius Religionis teneantur, ſemper habere Generalem Miniſtrum, & ſeruum totius Fraternitatis, & ei debeant firmiter obedire) libenter hactenus obaudierunt, eiuſque dicto paruerunt, & modo ab vnius illius nutu, dependent fideliſſimè

Hic Imago prima.

SED



Ponitur alma, strues, Conceptæ Virginis; Illic
Et uaga peccatrix Concipit ore Deum

Mariæ empfengnüs wird erbautt.
Hie legen ab die ſchlangen hautt

(I)

Mox aliæ sternunt audacia colla, sed ille
Lustrat aquis Animas, qui Paterignis erat.

Vil Büeſserin: der Pater guett.
Alphonsus löſcht des fegfewrs gluett.

SED IAM AD PROPOSITVM REDEAMVS.

CVm pientiſſimus Ioannes à Soto maior, Bellalcazarenſium in regno Caſtellæ Comes vulgò P. Ioannes della Puebla, Ferdinandi Regis Catholici nepos, Comitatus dignitate, Sæculo, eiuſque illecebris & honoribus contemptis, ad Patres Hieronymitas Monaſterij S. Mariæ de Guadalupe confugiſſet, illiſque ſub eorundem habitu & normâ aliquandiu conuixiſſet; arctioris tamen vitæ deſiderio flagrans ſumpto prius minoritico habitu de manu Sixti IV. Pontif. Max. in Vmbriam obſeruantibus Prouinciæ S. Franciſci cohabitaturus ſeceſſit. Cumque frater eius quem in Comitatu relicto Succeſſorem habuerat, in recuperatione regni Granatenſis interijſſet, & vnicum filium adhuc infantē qui à Curatore minus dexterè curabatur, reliquiſſet, ab eodem Summo Pontif. coactus, in Hiſpaniam Año 1476. cum quatuor fratribus Italis ſe recepit, vt præſentiâ ſua ex fratre nepotis adhuc puppilli, & Iunioris Comitis, rerum eius curam gereret, tutorio nomine defuncturus, donec impubes ad prouectiorem ætatem, & ſui iuris libertatem emergeret. Extempore igitur Caſtellæ prouiciā, vt iniuncto muneri fælicius ſatisfacere poſſet, ingreſſus, ibidēque aliquādiu cōmoratus eſt, cum fratre vnico ſocio, reliquis verò trib⁹ in Italiam reuerſis.

Magnanimus ille Pater, ſuæ Profeſſionis æmulus, Zelotypus ingens, maiori humilitate ac paupertate viuere ſatagebat, quàm in Conuentibus obſeruantium maioribus paſſim victitaretur, nempè vt vitæ & intentioni Sanctiſſimi Patris ſui vniformior emineret. Quocirca Eliſabethæ Hiſpanię Reginæ interuentu ab Innocent. VIII. Apoſtolicas quaſdā litteras, quib⁹ vnā vel alteram domum, in qua Sanctā paupertatē, iuxta Franciſcanæ Regulæ parſimoniam, excoleret, licentiā Anno quidem 1489. erigendi obtinuit.

Dum igitur eodem Anno, huiuſmodi Pontificiâ gratiâ & iuſſu præmunitus, de bonâ Patrum veniâ, executioni mandaturus indultum, abiret in Rupellenſem Turoniæ Conuentũ, annuerunt tali facultati, Patres ibidem Capitulariter congregati, imprimis Vicarius generalis Citra montanę Familię P. Ioannes Chroyon, ceterique quorum vota ſollicitabantur; prompta & vna omnium erat ſententia; vt videlicet, duos conuentus, qui tamen ſub Cuſtodiæ titulo Prouinciæ Caſtellæ ſubeſſent, ſecundum Apoſtolicum diploma, in Mariano monte (Hiſpanis Sierramorena dicitur) conſtruere valeret. *Reuerſus* tandem in Hiſpaniam cum nonnullis ſui Spiritus fratribus, à Communitate Caſtellæ Prouinciæ ſeipſum, non ſine litium & oppoſitionum magnarum ſtrepitu, ſegregauit; ædiculamque ſiue potius Eremitorium, Sanctiſſimæ Mariæ de Angelis Sacrum, in quodam Syluеſtri Mariani montis loco, ex humili materia, & opere ferè tumultuario congeſſit, ibique per quinque continuos annos, nempè ab Anno 1490. vſque ad 1495. quo vitam hanc cum cæleſti commutauit, Cuſtodis titulo, ſacco indutus, ſtrenuum ac fauſtiſſimum huic Angelorum Reformationi initium poſuit: & Seraphici Ducis militem egregium agens, præluxit vniuerſis. *Cuius viri Sanctitas*, quia ſeorſùm deſcripta non fuit, ex filiorum huius Prouinciæ ſanctitate facilè coniecturabitur. *Jllud* nequaquam obliuioni dandum eſt, quod cum in ſtructurâ ædicularum B. M. iam dictarum verſaretur, vox ad eum de cœlo facta, repromiſerit, in hæc verba (*Quia ſecularia reliquiſti, maiora tibi debentur*) quo teſtimonio iam indubiè in Beatorum Album conſcriptus erat. *Cum igitur* ſolerti Fratrum Reformatorum curâ, duodecim alij Conuentus iam dicto S. Mariæ de Angelis tugurio, intra 27. annorum ſpatiũ acceſſiſſent, data eſt facultas in Capitulo Generali Romæ 1517. celebrata, illius Cuſtodiæ Patribus, vt eam ad Prouinciæ dignitatem exaltare liceret. *Jtaq;* coacto anno ſequenti in

n Bellalcazarenſi Conuentu, de religioſo more, Capitulo, Cuſtodiam illam in Prouinciam ſub eorundem Angelorum itulo, pro tenore poteſtatis acceptæ prouexerunt. Cui religioſiſſimum Patrem Franciſcum Angelorum (qui eius loci olim Cuſtos fuerat, & exindè totius ordinis Miniſter Generalis tandemque S. Rom. Eccleſ. Cardinalis Quignionius S. Crucis, effectus) in Prouincialem illius Miniſtrum elegerunt. *Hæc igitur fuit prima Reformatorum in Obſeruantiâ*, Prouincia, quæ deinde S. Gabrielis Prouinciam enixa, atque ex hac complures alias, Reformationis quadam fœcunditate parturijt. Nam Religioſus P. F. Ioannes à Guadalupe eius, & Prouinciæ pietatis è quibus multæ aliæ Reformatorum Diſcalceatorum prodière, Fundator eximius, Mariæ quoque Angelorum Alumnus fuerat.

Eſt autem Sita hæc Prouincia in Mariani montis, atque eius patriæ (cui Eſtremadura Hiſpanicè nomen eſt) Confinio; & ab oriente Cordubenſem Diœceſin, ſed ab occidente Legionenſem Prioratum Conterminos habet. à Meridie verò prædicto monti Mariano & Bati fluuio contigua eſt: Sed ab Aquilone Toletano ArchiEpiſcopatui circa Anã flumen coniungitur. *videatur Fran. Gonz. par. 3. Prou. Aug. Pater Marcus 3. par. Chron. lib. 6. c. vlt.*

De conuentu S. Mariæ de Angelis, deq́ue fratre Andrea & Fratre Bernardino à Caſtrouiridi, & Fratre Ioanne Aſſile (cuius Icon poſita eſt ſup. c. 1. in Imag. 1.) *ac Sanctâ quadam Fæminâ pœnitente ibidem ſepultis, & de Conuentu Bellalcazarenſi.*

CAPVT II.

SACRA S. Mariæ Angelorum ædes, & tuguriolum contiguum, ex rudi & viliſſima materia impolitè ſatis, & abſque vlla Curioſitate in Saltu Caſtulonenſi (vulgò Pierra Morena) à Patre Ioanne de la Puebla

Puebla conſtructum fuit; Et licet ab eo oppido, cui Horm a-culeos Hiſpanicè nomen eſt, non adeò diſtet, fauet nihilominus, idque mirum in modum, (vt alter mons Carmelus) viris ſpiritualibus, & contemplationi deditis. Nec hortis licet ſalebroſo in loco conſtituta, caret: immò ijs abundat. Quos tamen improbus labor atque artificioſa, tùm P. Ioannis de la Puebla, tùm ſociorum eius opera, aliundè cõportatâ mobili terrâ, elegantiſſimè condidit. Quâ paupere & humili habitatione dum quieti fratres & vndequàque contenti beatâ pace, ac pro voto Omnipotenti Deo, famularentur, eorum quieti, & lucro, ſpiritusque tranquillitati inuidens humani generis truculentiſſimus hoſtis, excitatâ in vicini nemoris penetralibus vorante flam̃a, quæ longè lateque ſerpſit, quidquid pauperculi fratres ſummo labore & longiore temporis tractu conſtruxerant, totũ in momento & ictu oculi abſumpſit, inque cineres redegit: vt vix Sacerdos Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum, per mediam flammam irrumpens, ab immaniſſimo incendio liberarit. Fratres nihil indè, licet tantâ clade acceptâ, animo conſternati, ne Sathanas contra innocentes victoriam retuliſſe videretur, neuè tanta domus, quæ totius Cuſtodiæ baſis ac fundamentum erat, omninò periret, aliam, reaſſumptis animis, viribuſque, promptiori materia, quã ad manus habere potuerunt, primæ tamen penitus æqualẽ, infrà breuiſſimi temporis ſpatium reſtituerũt.

Hæc ſecunda ædes, eidem S. Mariæ de Angelis, dicata, licet ex temere congeſtis lapidibus, ſylueſtrique materia tumultuariè ſatis conſtructa, perſeuerauit tamen in eo ſtatu, ac prorſum immobilis ad Annum Domini 1510. Quo tandẽ, induſtriâ P. F. Franciſci Angelorum ex lateribus, ſectiſque lapidibus & lignis, à Cæmentarijs, latomis, atque id genus fabris peritioribus, ex fundamentis erecta, & ſolidè firmata fuit.

Interea ſolitudinis amans ille P. F. Franciſcus Angelorũ longi-

longiuſculè ab eo conuentu, intra tamen hortorum ſepta, quatuor ædiculas, ſiue oratoria, ab inuicem mediocri intercapedine diſtincta, in quib⁹ alternis hebdomadibus quatuor fratres pane tantum & aqua reficiuntur orationiq́ue inſtantes vitam cælitem agunt, ædificauit.

Inſuper & iſtorum oratoriorum vnum Archangeli Gabrielis, alserum S. Michaelis, tertium Raphaelis; Quartum verò Angeli cuſtodis nominibus exornanda præcepit. Sed cum hic rurſum malignus ſpiritus, primam combuſtionẽ in huius loci vtilitatem, ac fratrum meritum, profeciſſe conſpiceret, adiecit & ſecundam multò tamen acriorem, ac vehementiorem, quæ neque Eccleſiæ, neque contiguo domicilio neque etiam vicinis arboribus parceret ſed omnia in fauillã redigens, Anno à partu virgineo 1543. ſolotenus deuaſtaret. Periculum hoc modo facturus, de conſtantiâ fratrum eorũq; patientia, vt vel ſic eos, indè, ad alia loca ſæcularibus viciniora compelleret: Deus autem commiſerator, fratribus egenis coronam duplicaturus, in cõfuſionẽ & deſpectum architectantis diaboli, præmium iniuriæ Cultoribus ſuis præparabat; nobilis enim cuiuſdam fratris nouitij Ludouici à Cruce, Vegiarenſium Ducis germani (qui nondum paternæ hæreditati renunciârat) animum commouit, vt ipſum Conuentum multò tamen ſolidiorem elegantioremq́ue primo, & ipſo ſecundo conſtruendum aſſumeret. Cuius tandem erecti conuentus deuotione, ac pulchritudine, ſum̃opere delectatus Philippus Secundus Hiſpaniarum Rex, dum Granatam, expeditionem contra Chriſtianos Maurizantes, Deo ſibique Rebelles pararet, tranſiens eò, pinguiſſimam Eleemoſynam ad conſtruendum pro fratribus dormitorium, pluraq́ue iocalia ad Eccleſiæ ornatum, inſuper & adiacens nemus, & cõtigua paſcua, quæ ad duo ferè miliaria ſe protendunt, gratioſè donauit. Quam quidem lautiorem Eleemoſynam, ſicuti Regi, ad Excelſum pietatis meritum; ita fratribus ad S. Pau-

pertatis relaxationem aliquam reſultaſſe, poſteri viuentium mores ibidem, nonnihil innuere videbantur.

Illud nota dignum eſt; Quoties huius loci fratres Sacerdotes Sacris rite diſpoſiti adoperantur, toties plenariam omnium peccatorum indulgentiam ex Apoſtolica Leonis X. Pontif. Max. authoritate conſequuntur. *De cætero* Sacra hæc domus quæ & particulâ Dominicæ Crucis, & eius ſpõgiæ, qua myrrhatum vinum Saluatori Chriſto propinatum fuit, itidem particula quadam altera ex ſpinis Dominicæ Coronæ, & articulo vnius digiti Dominici præcurſoris, & quodam oſſe diui Sebaſtiani Martyris, cohoneſtatur, Sanctiſſimis viris, quorum aliqui (vt ſtatim patebit) in ea ſepulti ſunt, perpetuò floruit.

In Viciniâ illâ, mulier quondam peccatrix famoſa, terræ mandata eſt, quæ cum Sancto Spiritu pulſa, reſipuiſſet, vagabundam ſe, nudamque ſubtraxerat ab hominum conſpectu, interque dumeta horrida multis annis conſumptis delituerat, capillitio in tantum adaucto, vt corpus & pudorem, infra genua contegeret. Venit hæc fortuitò in præſentiam dictorum Patrum, multum ſalutis auida, & anhelans, explicando vitæ ſuæ, & pœnitentiæ cauſam, petijt corpus Chriſti, iam enim propinquare diem defunctionis ſuæ. Pater Aſſiles præſentibus cæteris, attonitus, pallio eam proprio cooperuit, & confeſſione peracta, communione repaſtam dimiſit, illa ſe in condenſa arbuſta recipiens, illicò exſpirauit. Voce ad eum locum, cælitus delapſa, (*Ego dilectam meam iam paſco meipſo.*)

Sepultus hîc rurſum iacet, ſcilicet in huius monaſterij Eccleſia, maximæ ſanctitatis Frater Andreas, profeſſione Laic⁹ & Caroli V. Germanorum Imperatoris olim Pincerna. Hic claris ortus natalibus ſed virtutibus multò illuſtrior, ab ingreſſu Religionis ad vltimum vſque vitæ halitum, in pane tantùm & aqua, niſi grauiſſima infirmitate correptus, ieiunauit. Prætereà laborum patientiſſimus fuit, charitatẽ quoque

què cum cæteris virtutibus coniunctam, mirum in modum excoluit. Adeò vt certum ſui obitus diem & Sacræ huius domus incendium ſecundò à dæmonibus excitandum, prenoſſe meruerit: & cum maximâ ſanctitatis opinione ex hac vita diſceſſerit.

In Conuentu Sanctorum Martyrum Berardi, & Sociorum Bellalcazaris, ſepulti ſunt Pater Ioannes à Soto maior, ſeu (de la Puebla) Angelicum illud, planè & Angulare huius Prouinciæ, immò omnium Reformationum fundamentum, cui morte ſociatur nepos pupillus, cuius ſuperius mentio facta eſt, Alphonſus inquam, à Soto & ipſe pariter Bellalcazarenſiũ Comes: Qui mox vt matrimonij lege per chariſſimę coniugis mortem, ſolutus fuit, mundo eiuſque Pompis valedicens, pauperculis hiſce Reformatis (ſub nomine Alphonſi à Cruce) in Cuſtodia memorata connumerari ardentiſſimè deſiderauit. Cui⁹ ſanè humilitas & in ſeipſum rigor, & proprius ſui contemptus, cum cæteris virtutibus coniunctus, incredibiles fuère.

Hic poſtmodum eius filius ſecundò genitus (qui cum ſtrenuum militem ſub Caroli V. Signis per aliquot annos egiſſet) rediens ab infælici illa Chriſtianorũ clade, quâ, in Africa tot Chriſtianorum millia, propè Iuliam Cæſaream (vulgò Algier) miſerrimè, Deo id pro peccatis noſtris permittente, perièrunt; omnibus neglectis honoribus atque B. P. Franciſci Regulam in S. Mariæ de Angelis Conuentu ſolemniter profeſſus, eam quoad vixit, inuiolatam, ſeruauit ad vnguem.

Hic ille Nouitius eſt qui S. Mariæ monaſterium poſt ſecundam combuſtionem ſuis ſumptibus refecit, ampliauit, dilatauit. *vid. Franc. Gonz. 3. par. Prou. Ang.*

MODVS.

Quem ſeruant fratres, dum in Cellis Eremi Monaſterij S. MARIÆ Angelorum commorantur.

CAPVT III.

CVm ex profeſſione noſtrâ, filij tanti Patris, ac Sancti, appellemur, per omnem ſanè modum meminiſſe decet verborum, quæ Dominus noſter obiectabat Iudæis Calumniatoribus ſuis, ſi filij, inquit Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Attendamus igitur ad Petram vnde exciſi ſumus, intendamus in Sanctum Patrem, menſurantes noſmetipſos nobis, & exemplari noſtro, ne facta verbis, & nomini diſſona, conuincant eſſe degeneres nos, nihilque præter inanem vocem, ex cæleſti illa proſapia, poſſidere; ridentibus ſeculi prudentioribus omnibus, eos, qui ſine lege legitimi, ſine patris ſequelâ, genuini, filij, plenis buccis & prædicari, & videri machinantur.

Cum Ergò in hac primaria & Sancta domo nobis cùm vtilius tùm etiam commodius ſit, quam in alijs S. Patris noſtri, ſequi veſtigia, ad id curam & ſtudia noſtra ſollicitè conuertenda cenſemus; legimus de Sanctiſſimo Patre noſtro, non ſolùm eum voluiſſe vt fratres in paruis & ſolitarijs domibus commorarentur, ſed inſuper exoptaſſe vt apud eaſdem domus, in montibus haberentur quædam oratoriola, vel Sacella, vbi certis quibuſdam temporibus fratres ſolitudinis amatores, maiore Spiritus libertate, orationi vacarent.

Quod manifeſtum eſt in Conuentu carcerum apud Aſſiſiũ in loco ſolitario, poſito, in quo quidẽ Cellæ fratrum Ruffini, & Bernardi Quintauallis, à Conuentu ſeparatæ comperiuntur: quod ipſum in monte Aluernæ (de quo lib. 6. infra) & in alijs Conuentib⁹ antiquis Prouinciæ S. Franciſci paſſim videre licet.

Nec

Nec modò volebat, conſulebatque Sanctus ille noſter vti ſolitudine, eaque oportunè frui, quin etiam illam magnoperè extollebat, ideòque fratrem Ruffinum Philomenam Ieſu Chriſti, nuncupabat, quod Is, nunquam à monte diſcederet; Idem ſuo exemplo præſtitit ipſe, blandiori nutu, & verbis inuitando ad conſimilia fratres ſuos, vt ex hiſtoria Sanctiſſimæ illius vitæ didicimus. Sanctus itaque Senex Ioannes à Soto vel de la Puebla, cum ſocijs & filijs ſpiritualibus, præſertìm fratre Franciſco ſupra dicto, qui (tanquam ex S. Franciſci Prouincia prodeuntes) Sanctiſſimi, Patriarchæ mores, & intentionem pleniùs aſſecuti erant, in monte Mariano non longè à Conuentu prædicto aliquot Cellas ſeparatas, in formam Eremitoriorum conſtruxerant, vbi Sanctum hoc frequentioris orationis exercitium, & Iugis ſilentij, atque abſtinentiæ paleſtra coleretur: quod negotium à Prælatis ordinis omni Iure ac merito, pro ſui & familię ſolidatione laudatum, ſeruatum, & piè defenſum eſt, fratribus ibidem continuò repertis, qui in Sanctimoniâ exercitarentur. Nam ſi ex hoc genere pietatis, non eſſet alius fructus in commune dimanans, ſatis ſuperque deberet eſſe fratrum exercitatorum puritas, & emendatio, à quibus velut affricatis, conſortium reliquum melius redderetur. Ad animandos igitur bonos, vtiliſſimum erit puncta ſequentia in medium ſeriò conſideranda proponere. *vid. R. P. Mar. 3. par. lib. 9. c. vlt.*

De tempore ac diebus, quibus in Eremitorijs, iuxta obedientiam fratres cõmorantur.

NVLLVS VLTRA integram hebdomadam, in Cellâ, quæ illi obtigit ſorte Prælatorum, demorari poterit. Seruatur autẽ hic ordo. Nomina fratrũ, & Eremitoriorũ, in tabula notata ſunt; & ſingulis Sabbathis lecto Conuentus ordinario, per hebdomadã ſeruãdo,

lector legit tabellam Eremi, nuncupando eos qui mittendi ſunt vt ſequitur. Hac ſequenti hebdomade ad Eremitoria loca perget N. N. & talis frater. Sicque deinceps omnes alij, exceptis Nouitijs ac nouitèr profeſſis, ſucceſſiua diſtributione donec per ordinem circulus finiatur, nominantur. Quo finito à capite rurſum incipitur, & cum fieri poteſt, mittitur vnus Sacerdos Sociatus altero Choriſtâ, vel Laico fratre. Dominica die omnes, audito in Eremo ſacro, ad conuentum redeunt, & coniuncti cæteris fratribus interſunt Miſſæ conuentuali. Deinde ſigno prandij dato, ante portam refectorij humi prouoluti iacent, Hincque humiliter culpam ſuam fatentes, pedes fratribus oſculantur. Eadem die, ij qui in Eremum progreſſuri ſunt celebrata Miſſa, & ſacra communione peractâ coram Prælato genuflexi, benedictionem accipiunt, perguntque in ſilentio ſinguli, ad ſua loca ſignata, & hic quidem ſeruatur ordo, tàm in eundo quàm in redeundo, quantum quidem ad prædictas humiliationes.

De Modo conuerſandi, & ordinatè diſtribuendi tempus.

EIVSMODI Eremitæ noſtri, inter ſe conuerſari non poſſunt, nec vnus alterum adire ſine ſpeciali Prælati licentia (præterquam dum celebratur Sacrum, ad quod omnes conueniunt in ſilentio) etiamſi id fieret animi cauſa, & ad recreandum Spiritum. Is verò qui in hoc præuaricatus fuerit, mox loco ſuo depellitur. Qui ordo tùm in tempore diſtribuendo, tùm in cæteris, ſuauiora reddit omnia, vt maiori cum delectatione peragantur; ad Miſſam & ſalutationē Angelicam ſignum Campanæ ſonatur, apud Eremum eodem puncto, quo in ſuis monaſterijs. Ad veſperas autem, ad Completorium, ad Matutinum, & ad alias horas ad pulſandum (niſi placeat) non tenentur; hoc ideò vt in recitandis horis

horis Canonicis feruidioris libertate ſpiritus perfruantur. Et in pulchri ordinis quiete, impenſos, intenſóſque precibus animos, conſolentur. Hora refectionis Eremita Pſalmum *De Profundis* cum ſua oratone, & Menſæ benedictione recitat: Priuſquam verò ſumat appoſita, lectitare modicum ſolet, ex libro Spirituali: deindè abſoluto pabulo, rurſum, ante gratias legit nonnihil, & dicto (*Tu autem Domine,*) pergit ad templum dicendo pſalmum, *Miſerere &c.* Gratiarum actione finita, vigilias Defunctorum recitat. Si non eſt Clericus, recitat deuotè quindecim Pater & Aue.

Si contingat aliquos ſiuè religioſos ſiuè ſeculares ad Eremitoria penetrare, hæc regula ſeruatur, vt dato ſigno tintinnabuli à ſeculari foris pulſante, Eremita ſtatim reſpondeat ab intrò, Laudetur *JESVS CHRISTVS*: & ſiquidem perſonam pulſantis agnorit, læta facie oſtium aperit, nihil reſpōdens, quamuis interrogetur, ſed illicò ad montem ſe recipit, non rediturus, donec nôrit hoſpites ſuos abijſſe: Verùm vbi fortè adueniſſent aliqui, qui neceſſariò Eremitam Conuentum velint, & conueniendi cauſâ, iam à Guardiano licentiā obtinuiſſent, fas erit Eremitæ hoc caſu conuerſari cum foreſi, tamen vt negotij ſolius, ad quod licentia data fuerit, mentio fiat, ab Eremita, qui modeſtiori ſigno, prodet religioſam mentem foris, videlicet nolle ſe, aut quærere, aut reſcire, quarumuis rerum nouitates: Sic quantocius expeditus ab illo, in ſua ſe recipiat, & cū hilaritate quadam fores occludat.

Hic ordo inuiolatus habetur, vel tum etiam cum Guardianus alijs aſſociatus, ad Eremum accedit; eo fine, vt tanto ſecuri⁹ ſilentij rigor aſſeruetur.

De Abſtinentia.

M*ilitia eſt vita hominis ſuper terram ait B. Job*; tantoque magis præcauendum nobis erit, ne ſuccumbamus, quanto maiori diligentia, aduerſarius communis, ad deijciendos

ciendos incautos inuigilat. Quemadmodum verò non dormitat ille quò nos ſuperet, ſic impugnatos ſanè euigilare decebit, ne vincantur. Huic incruēto prælio in promptu ſunt arma, à Domino Iesv in Euangelijs erecta, & volentibus paſſim obuia. Hoc genus, inquiebat, Dæmoniorum, non eijcitur niſi in oratione, & ieiunio. Attendant ergò Eremicolæ totis animis, ne vnquam hæc arma de manibus excidant, nūquam enim feriæ, nunquam induciȩ ab in feſto Latrone ſperandæ ſunt; qui non niſi poſt mortem, à peſtilentibus auſis otiabitur. Quoad pœnitentiam ergò iſti ſolitarij abſtinere jubentur à carnibus, ouis, & lacticinijs, & eò amplius, inter quadrageſimalia, à pulmento cocto, & piſcibus, & ab omnibus, quibus vnquam inerat Animalis vita, prohibentur. Interim cibus eſt naturalis panis, fructus, & herbæ crudæ; potus, aqua; in fauorem tamen aliqualem conceſſum eſt, oleo aceto, & ſale, prædicta condire, atque ita ſanè, opinione ſua, lautiùs epulantur: In Eremo duo Cilicia ſemper habentur à ſingulis, qui ter de die ſimul ac nocte diſciplinantur, prima diſciplina intenditur ad Reformationem totius Ecclęſiæ, ac Religionis noſtræ. Secundo pro animabus in purgatorio. Tertio pro his qui in peccato mortali periclitantur. Obſeruant proinde vt priuſquam flagellatio fiat, neceſſitatem vniuſcuiuſque ſtatus meditentur, vt melius ac feruentiori charitate, in diſciplinâ dirigatur oratio. Dum cædunt ſe flagellis, recitant pſalmum, *Miſerere mei Deus. De profundis.* verſum, *Memento congregationis tuæ.* Orationem, *Eccleſiæ tuæ,* &c. *Deus qui nos à ſeculi vanitate conuerſos &c.* In ſecunda diſciplina, verſ. *Collocet eos Dominus, &c.* oratio *Fidelium Deus omnium*, & cet. In tertia, verſ. *Ne tradas beſtijs animas confitentium, &c.* oratio. *Deus cui proprium eſt miſer. &c.* Hanc viuendi rationem, Eremitæ noſtri ſeruare tenentur: Quod ſi aliqua neceſſitas eis contingeret, ad communitatem redire permittuntur; prædictum verò comedendi modum, Innocentialem appellant, eſt enim

apprimè

apprimè conformis illi, quem primi noſtri parentes, dùm in puriſſimo Innocentiæ ſtatu viuerent, tenuêre.

De Oratione.

SEcundum *Præſidium & Propugnaculum* noſtris Eremitis per omnem modum neceſſarium, *Eſt oratio*, quæ familiaris, ipſis & continua debet eſſe, & veluti ad nutum præſtò, cum ſit finis ac ſcopus, ad quem, properantes in montis ſolitudinem, collimarent. Cætera omnia huic deſeruire cogantur; quare nec illi ad colendos hortos, nec ad alia quæuis applicantur, ſed totum illud modicum temporis, quo morantur ibidem, in oratione & meditatione diſpenſandum accipiunt: ſuper omnia verò, ſuper Cuſtodiam ſuam ſtare conſueuerunt, vt repellant ſomnolentiam, qua vnica, tentationibus, & otio infeſtiſſimo animæ inimico, locus aperiri ſolet. Porrò in Cellulis Eremi quælibet res, in ſuum proprium finem vſurpantur, vt puta, libri deuoti ad præparandam deuotionem: Manualia verò, ad ſeruitium aliquod communitati collocandum, & otium vitandum: Nec enim verentur ibi milites Chriſti, tritas conſuere tunicas, vel etiam aliorum veteres lacernas reſuere, imitantes Apoſtolum, cuius operoſæ manus, miniſtrabant & alijs, quibus opus erat.

Modus officiandi & orandi, apud iſtos eſt vt officium Diuinum, ſemper in Eccleſia tractìm, & deuotè, cum omnibus Cæremonijs & humiliationibus, vt in Choro, intermedia prudenti morâ, recitetur. Fratres autem qui Sacerdotes non ſunt, ter in hebdomade, vt minimùm communicant; & ſi in Eremo non celebraretur, ad Eccleſiã Conuentus, vt ibi Miſſæ intereſſe queant, ſe recipiunt. Ad hæc, reuerẽtijs, humi proſtrationibus, & gemitibus ardentioribus, quibus Sanctos legimus ad orationẽ ſeſe prouocâſſe, dum pſallunt vtũtur, aliaq; exercitia frequentant, vt alacriùs animentur. Coronã Domini noſtri, nec non & Matris eius Sanctiſſimæ, recitãt; Poſt

Completorium verò, Benedictam (quam vocant) aſſidua deuotione perſoluunt. Cautum etiam inter illos eſt, vt Prælati huic ſancto Exercitio magnoperè faueant, tàm in eligendis fratribus, qui hanc vitam, hoc in loco cuſtodiant, quàm in Exemplo per ſeipſos exhibendo: quippè cum hæc ſancta domus, omnibus ijs, quidam hortus deliciarum eſſe debeat, in quem à tumultu ſeculari & domeſtico puluere confugiāt; meritò ad eum, vbi ſpiritum refocillare, & ab importunis animi vexis exonerare ſe liceat, languentibus votis & deſiderijs, aſpirandum erit, maximè cum deſertum illud, Animæ ſponſę, ſuppetat omnem dilecto fruendi amplitudinem: ducam eam inquit in ſolitudinem & ibi loquar ad cor eius. Nec deſunt gaudia ibi, dicēte Eſaia, *Exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium, Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans,* (quare?) *quia Gloria Libani data eſt ei; decor Carmeli & Saron:* Canditati enim Domini, ſunt Incolæ ſolitudinis.

Sed intereà Eremitæ, ſe ab obedientia exemptos nequaquā eſſe perſuadeantur, quin potius ſemper parati ad nutum Superiorum, ſine morâ recedere, & quidquid aliud officij iniungetur, ex animo & cum hilaritate ſuſcipere non cunctabuntur. Commorantes ibidem fratres in officijs mutuò ſibi auxilium conferunt: ſemperq́ue peculiaris frater deputatus aſſiſtit, qui ſpiritualem Eremi curam gerat. Ordinationes autem illæ omnes, in tabella publicè proſtante deſcriptæ ſunt, vt ſingulis diebus Innouationum Eremi, ab omnibus facilè perlegantur. Statutum eſt prætereà, vt omnes fratres montem adire, ibiq́ue ſaltem Miſſam Conuentualem peragere teneantur.

De

De Conuentu Xarandiliæ Cuſtodiæ Angelorum, in quo D. Alphonſus ab Herrera præ cæteris extollitur; & cur conſtructum ſit Monaſterium S. Ludouici: vbi S. Franciſci patrocinium eminenter apparet. (Effigies huius Herreræ ſupra c. 1. videatur.)

CAPVT IV.

VIx profectò Monasterii S. Dominici Xarandiliæ (quod amœniſſimis hortis, gelidis lymphis, atque oratorijs elegātiſſimè exornatur, in quibus fratres, ſeorſim ab alijs Deo Opt. Maximo in ſtrictiſſimo ieiunio, atque continua oratione, vacare conſueuerunt) ſalubritatem, quietem, atque deuotionem explicare quis poſſit: cum à ſæcularibus procul, ad editiſſimi cuiuſdam montis radices, & inter confertiſſimas arbores ſitum, omnes in ſui dilectionem, & admirationem rapiat; quo deniq̀ue factum eſt, vt plures Patres religione, moribus, atque vitæ Sanctimoniâ inſignes, huic Reformatorum Prouinciæ pepererit. Inter quos ſanè, longè emicuit, P. Alphonſus ab Herrera Sacerdos, qui abſtinentiæ, vigilijs, manſuetudini atque charitati, orationis aſſiduitatem perpetuò adhibuit, quique fidelium animas in purgatorio exiſtentes adeò commendatas habuit, vt earum Pater paſsìm ab omnibus nuncuparetur. *Ceterùm* cum maximę exſpectationis adoleſcens Ludouicus Portocarrerius, ſpectabilium heroum Ludouici Portocarrerij, & Franciſcæ Manriquæ eius Coniugijs, temporalium Palmæ Cordubenſis Diœceſis, Oppidi, Dominorum vnigenitus, atque vnicus hæres, eâ patria grauiſſima peſte infecta, in lethalem morbum incidiſſet, ſollicita parens, ſe ad vnius Minoritici Conuentus, Beato Patri Lu-

douico Toloſano Epiſcopo Sacrandi, ædificationem deuinxit, ſi filium ea infirmitate ereptum reciperet. Vt igitur primùm voti compos effecta eſt, præſens Monaſterium, eidem B. P. Ludouico Sacrum, quod & 25. fratres commodiſſimè incolunt, ad tertium lapidem à præfato oppido Palmæ, in loco quodam ſyluatico *Anno Domini 1494.* ædificandum curauit. Præterea pientiſſimus Ludouicus Portocarrerius, pientiſſimæ quoque Matris pietatem imitatus, ſecundũ ſub S. Mariæ De Bethlehem inuocatione, Conuentum, conſtrui fecit.

Fuit autem ad tertium lapidem ab hoc Monaſterio (in quo Sacræ Theologiæ ſtudium perpetuò viget) in oppido quod, Pennaflor Hiſpanicè nuncupatur, deuota quædam mulier, quæ Franciſcanos fratres ad ſe diuertentes, in B. Frãciſci gratiam, humaniſſimo hoſpitio quoad vixit, excepit. Hæc igitur, cùm impoſito ex liuore, cuidam mulieri falſo teſtimonio è viuis abijſſet, iamque tremendo tribunali præſentata, ab æquiſſimo Iudice Chriſto Domino æternis ignibus adiudicata fuiſſet, Seraphicus ipſe Pater, beneficiorum ſibi in fratribus ſuis præſtitorum memor, ad pedes pro tribunali ſedentis, prouolutus, mulieri commiſſi criminis, nec tamen expiati, veniam exorauit, ac tandem, vt ad mortales rediens, laceſſitæ fæminæ faceret ſatis, impetrauit. Quod, cum illa viuis reſtituta, præſtitiſſet, ad Dominũ ſtatìm carnis ergaſtulo denuò ſoluta, reuolauit. Hæc autem omnia authentica, atque plurium teſtium omni exceptione maiorum iureiurando affirmata ſunt. *vid. Franc. Gonz. par. 3. Prou. Ang.*

Refor-

Reformatum Fratrem ab imminenti morte liberat Deipara Virgo; & Frater Bernardinus à Laredo, ac Frater Ioannes Petrochius mirabilia operantur.

CAPVT V.

IN *S. Franciſci de monte Monaſterij exordio*, cum tota circumquaque regio ſæuiſſima peſte conflictaretur, omneſque fratres, vno tantùm oſtiario dempto, fuga ſibi conſuluiſſent, cœpit is, poſt aliquot dies, fame torqueri; Quare ad quandam deuotiſſimam Deiparæ Virginis imaginem in Eccleſia erectam, conuerſus, in hæc verba prorupit: Glorioſa Virgo atque miſericordiæ mater, vel victum quo ſuſtenter mihi miniſtrare digneris, vel totius domus claues ſuſcipito, eiuſque curam gerito: quandoquidem niſi mihi ex tempore adfueris, procul dubio ſuccumbendũ erit. Vixque ille huiuſmodi verba protulerat, quando pulcherrimus quidam iuuenis, tum eſculentis tùm quoq; poculentis onuſtus, ad fores aſtitit, qui & collatis illi quæ attulerat, diſparuit. Et ab eo tẽporis, præfatæ Virginis Glorioſæ imago miraculis coruſcare, peſtiſq; ijs in partibus ceſſare cœpit, & maxima illis populis ad hunc locũ deuotio acceſſit. Obiit hoc in loco religioſiſſimus F. Bernardinus à Laredo Laicus Profeſſus, qui licet eſſet medicus extra omnẽ ingenij aleã abſolutiſſimus, nunquã tamẽ aliquo ſacrorũ ordinũ initiari voluit: Sed Chriſto Domino ſub ſimpliciſſimo fratrũ laicorũ habitu inſeruire maluit. Scripſit nihilominus humillimus frater ille plures libellos, quorũ alteri, Aſcenſus mõtis Syon, alteri Modus faciendi, Tertio verò Metaphora Medicinæ, titulus fuit. Huius religioſi fratris operâ in ſuis infirmitatibus, vſus maximè fuit Sereniſſimus Portugalliæ Rex, Ioãnes Secundus, in

eiuſque gratiã ſingularem piperis, cinamomi, aliarumque ſpecierum, quę ex orientali India in Hiſpaniam inuehuntur, Eleemoſynam, per ſingulos annos huic Prouincię erogandã, contulit; Et hanc Catholicus Hiſpaniarum Rex, Philippus Secundus, perpetuò duraturam confirmauit. Fuit præterea deuotiſſimus Fr. Bernardinus maximæ abſtinentiæ, patientiæ, Charitatis, taciturnitatis atque orationis indefeſſæ: inſuper & acerrimus Dæmonum hoſtis: aduerſus quorum inſidias, ligneâ cruce tribus clauis exornata, vtebatur. Hæc etiam monialem epilepticam præter omnium Medicorum ſpem, atque ſententiã priſtinæ Sanitati in Conuentu S. Claræ de Colũna (cuius inferius mentio fiet) mirabiliter reſtituit. In Conuentu S. Mariæ de ſuccurſu Petrochij R.P. Frater Ioannes Barrienſis, Prouinciæ iſtius Angelorum aliquandò Alumnus, atque Granatenſis apud occiduos Indos Archiepiſcopus, Sacræ Theologiæ ſtudium perpetuò durans, non minus liberaliter, quàm piè inſtituit. In huius autem loci Eccleſia ſepultus iacet, venerabilis atque omni Sanctitate conſpicuus P. Fr. Ioannes Petrochius Sacerdos, cui ipſa Dominicæ Natiuitatis nocte celebranti, Chriſtus Dominus in elegantiſſimi pueruli forma comparuit: Cuique, ad crucis ſignum, pauperẽ quendã claudum, atq; ad incedendũ omninò ineptũ, redintegrare conceſsũ eſt. *vid. Franc. Gonz. par. 3. Pro. Ang.*

Vita miracula, & mors B. Fratris Ioannis ab Atayde Luſitani; (huius Icon habetur ſupra c. 1. imag. 1. vnà cum ſcemmate conuerſarum mulierum.)

CAPVT VI.

FRATER IOANNES, filius vnicus Domini Martini ab Atayde, Atonguiæ in Luſitania Comitis, cum primò ſextum decimum annum ætatis attigiſſet, è domo patris fugiens

habitum

habitum Religionis S. Franciſci in Conuẽtu Allenquer, Prouinciæ Portugalliæ, induit. Sed cum pater alium Filium hæredẽ non haberet: Inuitum ex monaſterio deduxit, ſtatimque cum pulcherima Filia Comitis matrimonio copulauit, ex qua aliquot ſuſcepit filios, Tempore verò Connubij Ioannes iſte, tanta ſanctimonia claruit, vt multis, eum, miraculis cohoneſtatum à Deo religioſa poſteritas admiretur. Cùm propter mortem acerbam Alphonſi Vnici Luſitaniæ principis hæredis, Ioannes Secundus Rex, pater defuncti, vſque eò, mærore maceraretur, vt nullis, ſiuè religioſi, ſiuè ſæcularis quantumlibet in regno primarij, conſolatione reparari poſſet; Mirabilis Ioannes (de quo nobis ſermo) adhuc in ſæculo, Regem adijt, & verbis illum ſpiritu plenis, tantâ virtute demulſit, vt ſubitò, quaſi de ſomno experrectus Rex, è ſolo, vbi iacebat cõſternat⁹, ac ſi Angelum Dei loquentẽ audiſſet, ſurrexerit; & in amplexus Conſolatoris irruens, cũ eodẽ ſeſe in ſecretius cubiculũ, omni pulſo dolore, & ſolidatus inuſitata conſolatione, receperit. Talem conſolandi efficaciam nulli alteri cauſæ, quàm ſanctitati huius viri tota Regia, cum ſuo Rege, acceptum ferebant. Quadam die, idẽ aſſociatus Regi eunti in Sintiam oppidum, quibusdam pauperibus Eleemoſynam ab aulicis petentibus, ipſe Ioannes pauperis manum, dextera ſuâ, quâ numum porrigebat, contactam, protinus à tabe curauit. Audiens verò Ioannes pauperem exclamantem, Eece Eques iſte, manum contractam mihi reſtituit, Feſtinanter ſe in turbas ingeſſit, ne agnoſceretur: Prudentiores tamen omnes miraculum iſtud à Deo ob merita ipſius patratum, non dubitarunt. Hic ſeruus Dei in ſeculo magnam Familiaritatem cum Taroneæ Comite (qui erat Dux & gubernator Argillæ Ciuitatis Africanæ) contraxerat, ac ideò Argillam vt cum eo per aliquot dies demoraretur, abijt· Et eccè miraculum recens. Quodam mane Mauri ciuitatem ad arripienda arma concitauère, Beatus autem vir, putans Comitem

mitem egreſſum ad illos expellendos, ipſe cum octo ſolis equitibus erupit, at verò mox aliquot Mauri in ipſum corruentes, propellebant eum ad nemus, vbi latebant Aduerſariorum inſidiæ. Porrò Comes qui certior de Maurorum inſidijs factus erat, nequaquam exierat, ſicut Sanctus ille præſumebat, ſed neque tempus Comiti fuit, amici Ioannis præmonendi, quare ipſum reputans ſi non mortuum, ſaltem captiuum, illius vicem vehementer dolebat, Non multum verò exindè, comperit ipſum incolumem cum ſocijs redijſſe, cognoſcentes itaque è quanto diſcrimine, eos eripuiſſet Deus, omnes obnixè Maieſtati Diuinæ gratias egerunt.

Poſt duos dies, Mercatores Mauri, aduenientes in ciuitatem, narrabant, Duces Mauros qui in inſidijs delituerant, aufugiſſe, eoſque Chriſtianorum ex Tingide & Argillâ, vexilla, magno cum militum numero vidiſſe, qui Maurorum exploratores perſequebantur; quos tamen non niſi hic Seruus Dei, cum octo Socijs inſecutus fuerat; ſicque cognitum eſt mirabile beneficium, quo Deus è manibus tam potẽtium & mortalium inimicorum, illum exegerat.

Poſt Coniugis obitum nunquam in lecto recubuit, ſed ſuper nudas tabulas. Cum autem ſæculum deſerere proponeret, quãuis ipſum ſingulari fauore proſequeretur Rex (quippè à quo obſequia & ſeruitia fideliſſima recepiſſet) is tamen nullam mercedem à Rege, aut gratiam peculiarem, pro filio ſuo maiore exorare ſatagebat, arbitratus ſolam gratiam Regis, cum merito, & lucro apud Dominum noſtrum abundè ſufficere, mundi enim contemptum, quo cor ſuum tenebatur, hac via patefacere deſiderabat: inſuper Beneficus Rex Oliſſiponis regimen ei obtulit, ille verò omni modo recuſauit. Cognatis autem, qui perſuaſum illi volebant, vt aliquid pro filijs poſtularet à Rege, reſpondit, cum meruerint inquit, remunerabitur Rex, quod ſi non meruerint, non eſſe, quod ſuum eſt, perdendum

Regi,

Regi, Et hæc quidem liberi animi vera exempla, contra cupiditates auaritiæ filijs relinqués, præcepit, ne vnquam (ſi facultas ad hoc ſuppeteret) redditum vllum à Rege reciperent, in quo recipiendo, vel contrectando ſcrupulis ſuis conſcientia morderetur.

Ex Portugalliæ regno ad hãc Angelorum cuſtodiam venit Ioannes, vt in ea reſumeret ſanctum habitum quem inuitus, ex occaſione, dimiſerat, eò quod tunc temporis complures veri ſerui Dei, hìc, in multa auſteritate, paupertate & ſolitudine florerent. Emiſſa demùm profeſſione, requirente Portugalliæ Rege, in eam reuerſus eſt Prouinciã, vbi Dominus noſter ſanctitatem illius multis miraculis propalauit.

Cum vir Dei, in Monaſteriolo S. Catharinæ de Carnota, loco valdè ſolitario, & deuoto, deliteſceret: nobilis quidam intimus amicus ipſius, ac boni ſpiritus, cui vnigenitus impetigine, ſeu ſcrophularum morbo, tàm arduè vexabatur, vt nulla de eius ſalute ſpes reliqua ſciretur; ab vxore perſuaſus, cum illa Perrexit ad ſancti viri Conuentum, inſtantes obnixiùs rogarunt ambo, vt Deo pro filij ſanitate ſupplicaret, eique ſuam benedictionem impertiretur, adijcientes, optare ſe vehementer, vt ſua propria manu illum oleo lampadis, quæ ardebat ante Sanctiſſimum Sacramentum, perungeret. His auditis frater Ioannes contriſtatus, & dolens intra ſe, affirmabat hæc à Domino, qui Clementiſſimus eſt, eſſe requirenda, non autem à ſe, qui magnus peccator eſſet. Quo reſponſo diſceſſerunt illi, magnopere deſolati, tamen remanente in Eccleſiâ puero cum nutrice, quouſque ſacrifiicia miſſæ finirentur: Ipſe verò, qui oſtij Eccleſiæ claudendi & aperiendi curam gerebat, iam in ſua diuerterat, tandem rediens, inueniensque adhuc ibi infantem præſtolantem, pietate motus, oleo lampadis guttur, & collum eius inunxit, ſigno S. Crucis ſuper ijs effecto. Ecce autem ſimul ac domum peruenit, nutrix cum puero, eum adeò ſanum reperiũt, ac ſi

nunquam infirmatus eſſet. Diuulgata autem huiuſmodi mirabili ſanitate, illicò Seruus Dei mutauit Conuentum, vt populi plauſum & honorem euaderet. Quædam nobilis & deuota fœmina, Nominis, Eliſabetha Gaa, quæ Carnotæ propinquo in loco habitabàt, labium alterum oris, ex morbo naſcente, eatenus exeſum gerebat, vt eius dentes apparerent deformi & Hiulco oris rictu: ſed beato viro partem affectam ſancto ſigno muniente, ex templo ſanata eſt.

Aliquando per villam francam, cum ſocio tranſiens, à duabus meretricibus, verbis laſciuis inuitatus eſt, quas ipſe conuerſus, vſque eò neruoſè, taliq́ue ſpiritu, pro ſalute ſua, verbis adortus eſt, vt ambę ad eius pedes prouolutæ, plorantes & eiulantes, ſcelerum enormium emendationẽ ſubitò repromiſerint. Relictis itaque iiſdem inhoneſta domo, poſtmodũ cum Reginâ Eleonara conuenit, vt eas matrimonijs honeſtis elocaret. Accidit non ſemel ſed iterùm ſæpius, tàm in Conuentu S. Catharinæ Carnotenſi, quam Diui Antonij de Caſtagnete, Cœnobio, vt deficiente pane fratribus aduenientibus, ad promptuariũ ipſe pergeret, & mirabiliter ibidem cibaria caperet in abundantia. Quod quidem admirationem mouebat cunctis fratribus, præſertim diſpenſatori, cui certiſſimè conſtabat, nec bolum vnicũ ibi reſiduũ fuiſſe. Multa alia miracula edidit Deus per hunc ſeruum ſuum, quæ peculiarem (hìc impertinentem) deductionẽ exigerent. Præter profundã illam & veracem humilitatem atq́; ardẽtem Charitatem, qua præditus erat Beatus ille: à religioſis compluries viſus fuit in ſublimè ſublatus, potiſſimùm alis ſanctæ innocentiæ ſuæ, & flammantis orationis, quib' clarebat. Porrò ad requiſitionem Ducis Brigantinorũ, qui in Reformatos benigne propendebat (vt infra c. 13. rem totam ab ouo vt dicitur quantum ad hũc Ducem audiemus) eiſq́; tanquam pater in omnibus neceſſitatibus ac tribulationibus ſuis, aſſiduè Ducalem opẽ porrigebat, miſſus eſt frater Ioannes ad Monaſteriũ

Pieta-

Pietatis Reformatorum, villæ vitioſæ proprinquum. In quo loco, (qui ad Prouinciam Pietatis attinet) poſteaquã eximiã præſtitiſſet ſanctimoniæ operam, infirmatus eſt: præuidens autem horam ſui exitus imminere, alacritèr comparauit vtrumq; hominem ad Sacramenta ſuſcipienda: His ſuſceptis, deuotione & honore, fideli Creatori commmendauit animã in benefactis, & ad ſanctos ſuæ viæ Patres, ſanctè recollectus eſt. Sed ob egregiam deuotionem, quâ ſæculares ipſius ſacrã conuerſationem proſequebantur, foramen oblongum ad ſancti viri ſepulchrum, excauarunt, vndè terram extrahentes, eã infirmorũ collo, & ceruicibus appenderũt, ægrotoſq; quouis morbo, huic Beato fidēter commendatos, ea ratione & modo reualentes omnes, ac ſanos receperunt.

Aliquot poſt mortem ipſius annis, Dominus Ludouicus ab Atayde, nepos & hæres domus eiuſdem Beati, corpus ſacrum, in Conuentum ſancti Bernardini Atonguiæ Recollectorum, Prouinciæ Algarbiorum tranſtulit, in qua tranſlatione, Deus Oliſſipone, per merita Beati, miraculum patrauit inſigne. Nam dum corpus hoc, in eadem Ciuitate, domi Matris prædicti Ludouici, ſeruaretur, mulier quæ per multos annos copioſum ſanguinem ex ore ſputabat, fratres, illas Sanctas liquias, deportantes inſtanter implorabat, vt vel ſaltem intueri liceret ſacrum pignus; permiſſum eſt: Vidit illa, & arrepto Sancti oſſe vno, cruentatum os ſuum tetigit, dictoque citiùs reſanata, nunquàm deinceps tali morbo ſollicitata fuit. Tumulo datus eſt autem Beatus ille, in Prædicto Conuentu Atonguiæ, ex latere Sacelli maioris. Coniectura probabilis eſt, hunc eundem eſſe Ioannem quem R. P. Franciſcus Gonzaga Hiſtor. par. 3. in Prou. Algarbiorum Conuent. 3. & ex eo Baretius de Baretijs in 4. parte Chronic. lib. 1. cap. 51. Alphonſum de Tayde nuncupant: Nam ſolo dempto nomine, reliqua oñia ſunt cōformia, quæ tàm hìc quàm in locis cit. de eo aſſeruntur; & fortaſſè quia ſecundò habitũ

religionis aſſumpſit, binomius apud omnes euaſit. Addit etiam & ipſe Gonzaga, ſancti huius viri corpus, plura miracula diuina virtute, in circumuicinorum populorum beneficiũ, in ſingulos dies edere: Tandẽ conſtat in Recollecti huius loci continentia, ſepultũ eſſe venerabilem quendã Patrẽ Petrũ de Clauibus (vulgò de Chiaues) qui prout in vita morib⁹ reſplẽduit, ſic & à morte, gloriosâ famâ corruſcat. Nam vulgò, & voce communi, pro Sancto, Deiq; amico ſingulari, reputatur. *vid. Memor. R. P. Marc. 3. par. lib. 9. cap. 19.*

De Beatis Fratre Barnaba, & Fratre Ildephonſo conuerſis, miraculorum operatoribus, ac de prouidentiæ Diuinæ mirando ſigno (Horum effigies videantur c. 1. imag. 1. ſupremo Loco figuræ.)

CAPVT VII.

FRATER BARNABAS Laicus, in hac Angelorum Cuſtodia profeſſus, admirandæ humilitatis & ſimplicitatis vir, integras noctes integris dieb⁹, orando iungere conſueuerat, qui prophetico ſpiritu afflatus, plurima, adhuc futura, certiſſimè prædixit. Deuotiſſimũ quoq; libellũ, vereq; mellifluum de via ſpiritus, licet eſſet Idiota, nec vel grammaticales literas, à liminibus ſalutaſſet, artificioſiſſimè vulgauit. Mulierem graui morbo laborantem, ſtatìm à morte liberans, integræ ſoſpitati reſtituit: taceantur alia quamplurima miracula, auxilio Diuino patrata, breuitatis ſtudio. Hìc in Conuentu S. Mariæ de Bethlehem Palmæ, viam vniuerſæ carnis ingreſſus, ad illum, in cœlos euolauit, cuius in terris vmbram deſiderauerat; nunc apud eum, ſicut palma, multiplicauit dies, qui non deficient.

In

In Conuentu S. Mariæ de Spe, antiquæ mellariæ, huic
æculo valedixit B. Frater Ildephonſus ab Antiquâ mellaria
ictus, Laicus Profeſſus, qui licet humilibus natalibus at-
que ſeruilibus ortus, dùm in ſæculo degeret: proindè tamen
& humilitate, abſtinentia, Charitate non ficta, cæteriſque
irtutibus illuſtris, Claruſque innotuit. Is ex parentum man-
ato matrimonio ſociatus, ſine mora licitis amplexibus, &
onceſſis delicijs, ſupreſſa Iuuenili petulantia, frenum impo-
uit, perſuaſitque vxori communem continentiam, quam
ari mente & corpore, dum vixêre, coluerunt. Mox eâ vitâ
efunctâ, diuino tractus oraculo, Franciſcanam Religionem,
n quâ ad decrepitam ſenectam vſque, celeberrima Sanctita-
e claruit, ingreſſus eſt. Fuit B. hic in oratione aſſiduus, ſæpi-
ſque de humani generis hoſte viſibili forma comparente,
glorioſam victoriam reportauit. Prætereà tanta fuit diui-
orum myſteriorum ſcientia ab alto illuſtratus, vt omnes
n ſui admirationem conuerterit; Claruit ſpiritus quoque
rophetici dono, quo quamplurima longè lateque prædi-
erat, & vt paucis multa colligantur, quantæ apud Deum
ſtimationis fuerit, ſatis ſuperque ex miraculis eius in vitâ,
& in morte patratis, multa experientia probatum eſt. Quæ
equuntur autem ad veritatis lucem maiorem meritò non
mittimus. Aſſueuerat Caſſalienſis puella quędam, ſub pa-
ris poteſtate conſtituta, & B. Franciſco deuotiſſima, deprô-
um vinum ſingulis diebus, Caſſaliæ Conuentus Fratribus
quos numero plerumque viginti ex quotidianis eleemoſy-
is, Reformatorum more viuere ſciebat) bona ſponte, & lar-
giter erogare, nec prius in vaſe ſuo decrementum notauit,
quam totum iam penitus vas exhauriretur. Cumque non
n vanum à patre ſuo nequitèr auaro, ac tenaci, pelli ſuæ ti-
mere cœpiſſet, Beatiſſimum Franciſcũ vt opem ferre digna-
etur, precibus interpellauit, nec ab oratione deſijt, priuſquã
ino vas inundans, difflueret. Pater motus aperto pro-

digio, vas integrum (vt erat) & plenum bono vino, Fratri-bus lideraliſſimè contulit, deìn maiori deuotione tùm ir eos, tùm quoq; in eorum Patriarcham ferebatur; ipſa puella Clariſſarum ordinem ſpreto ſæculo, ingreſſa, mirificè ir omni virtute, claritate, obſeruantia, atque ſanctitate pro-fecit.

Id præ cæteris obſeruantione dignum eſt, quod mini-rùm, ſicut prima generalis in Conuentualibus Reformatic (quam obſeruantiam vocamus) in Vmbria Italiæ & S Fran-ciſci Prouinicia, in monte Syluestri Bruliani, à Paulo ſangui-ne nobili, exordium ſumpſit: Ita ſecunda Generalis Refor-matio in Syluestri monte Mariano, Caſtellæ in Hiſpania, à Fratre Ioanne Regis Catholici nepote (qui ex Prouincia S Franciſci prodierat) emanarit: Et quod mirabilius eſt, & præſagium abundantiſſimorum, ac generoſorum fructuum ex hac ſancta Reformatione generandorum certiſſimum, quod ſicut primus totius ordinis Conuentus, & prima eiu Eccleſia erat S. Maria de Angelis Aſiſij, à S. Franciſco pau-perrimè conſtructa; ita primum Reformatorum Monaſte-rium, ac primaria Eccleſia fuerit S. Maria de Angelis, in Sal-tu Caſtulonenſi, ab vno Prouinciæ S. Franciſci fideli Alum-no, paupertate Regulari conſtituta; eodemque anni tempo-re, quo pura & immaculata Regulæ Franciſcanæ obſeruan-tia cæpit, perindè etiàm, Immaculatæ Conceptionis Religic inſtituta fuit: vt nimirùm nobis innueretur Reformatorum ſtatum, inſtar puriſſimi & fæcundiſſimi B.V. Mariæ Concep-tus, mũdum, & ſanctorum virorum feraciſſimum futurum, Qui ſub peculiari Puriſſimæ Deiparentis protectione, pari-tèr exordium ſumpſerit, & incrementum. Quin etiàm eo-dem fermè tempore, quo Christophorus Columbus nouas Inſulas, nouumque Orbem inuènit, Deus nouam Reforma-tionem, nouorum Equitum, excitauit, ex qua Duces egre-derentur, qui in illos nouos Orbes, glorioſum Vexillum Chriſti,

:hriſti, magnanimis auſis inferentes, intrepido quoq́ue ſan-
uine ſuo, ſtabilirent.

)rdo immaculatæ Conceptionis, miraculosè inſti- tutus à Sanctiſsimâ Deiparâ.

CAPVT VIII.

Q Vià Moniales Ordinis immaculatæ Conceptionis, à Reuerendo Patre Fratre Franciſco Angelorum, Cu- ſtode quondam, & Pronuinciali Miniſtro huius primę eformationis, Leges, intrinſecam, extrinſecamq́ue earum onuerſationem concernentes (quas vt infra c. 9. audietur, tiamnùm inuiolatas conſeruant) Anno 1516. receperunt; c deinde quia eodē fermè tempore, quo Sancta Reforma- o cæpit, Anno videlicet. 1489 duo monaſteria eiuſdem rdinis, alterum Conceptionis B. Virginis Antiquæ mella- æ, alterum itidèm Conceptionis Hinoioſæ, huius Angelo- um Prouinciæ, Patrum Curæ, & corectioni, propriâ ſe ſpon- è ſubmiſerunt

Attentis pijs votis Regina Cælorum, Domina, & Mater noſtra, naternis ſuæ pietatis viſceribus ſolicitè prouidit, vti pro- es ſua, id eſt, filij Cultores, & Cultrices ſuæ, dignificaren- ır, qui diuitias & hæreditatem Chriſti ſui promereantur; uod cúm per opera bona, & obſequia Maieſtati vnigeniti lij Dei indeſinentèr oblata fieri; nulli non norint: Tamen x millibus officiorum munijs, votiſque quæ Dei filio defer- , & ab eodem, ex ſuæ Sanctiſſimæ matris manibus amabili- s gratiuſque acceptari conſueuerunt, potiſſimum vnum eſt anctiſſimæ & Immaculatæ virginis Conceptionis ſolēnis re- pectus, & deuotio. Quare placuit ſupercæleſti Regiæ Dei- arenti hanc deuotionem ſuſcitare, colluſtrare, & augere iſtituendo nouum, & peculiarem Ordinem puriſſimi Con- eptus ſui nomini dicatum, in quo Religioſus femineus ſe-

xus,

xus, rarâ quâdam puritate uiueret, ac virtutibus ſingularis.

Aſsueuit enim & ipſe Deus noſter, quoties inſigne aliquod, atque memorabile opus, in humani generis fauorem æternâ ſuauiſſimâ prouidentâ ſuâ producere conſtituit, hoc quibuſdam ſignis, atque prodigijs quaſi præludentibus, & præſonantibus intonare, vt vel ſic mortales habeat attentiores, & quod futurum eſt, commendatius animis infigatur. Sic Iſraelitium Populum, ab Ægijptiaca ſeruitute liberaturus, exterminatorem Angelum, tranſilientem quidem Hebreorum domos, abſque vllo damno ſuſcepto, ſed verò, ſine vlla miſeratione, Ægyptiorum primogenita interimentem, præmiſit. Sic Moſaicæ legis Exaratæ tonitrua Fulguraque præambula dedit. Sic ſalutiferum Chriſti Seruatoris noſtri ortum in carne, à miraculoſa ſui præcurſoris natiuitate, & à Pluribus propheticis ſignis, & Oraculis Sibillinis, præueniri æterna ſua voluntate decreuit. Non ſecùs omninò, nobiliſſimum hunc Cōceptionis ordinem in honorem Sanctiſſimi illius conceptus, glorioſæ ſemperque Virginis ſuæ Genitricis Mariæ, inſtituendum (tanquam Maieſtati ſuæ gratiſſimum, mortalibuſque perutilem) plurimis mirabilibus præmiſſis, euentu & effectu notabili, commendatiſſimum reddidit: quemadmodum ex his quæ ſequentur, cuiuis ad oculum demonſtrabitur,

Erat olim nobiliſſima quædam, non minus quam pulcherima, & Regali proſapiâ Sereniſſima Virgo, Luſitana, Beatrix à Syluà nomine, Beati Patris Amadæi, & illuſtriſſimi Comitis Portalegrenſis vterina ſoror, necnon & Sereniſſimæ Eliſabethæ, Ioannis hui' nominis ſecundi Caſtellæ Regis, vxoris cognata: Quæ cum iam dictæ Eliſabethæ Reginæ ex Portugalliâ in Caſtellam eunti comes adiūcta, in eius Regia verſaretur, ac à potentioribus Principibus tùm ob ſanguinis ſplendorem, tùm quoque ob animi, corporiſque dotes, & elegantiā, in matrimonium expeteretur. Concertantibus

ntibus procerum inſtantijs, & quibuſdam tumultibus or-s, (ipsâ quidem innocente & inuita) Regina reſciuit tra-œdiam, cumque ex quadam ſuſpicione, commotionem lam, Beatricis procacitati atque leuitati imputaſſet, eam er triduum in ligneam arcam abſque cibo & potu detru-i, & includi mandauit. Vbi Virgo tantis oppreſſa peri-ulis, & Anguſtijs, cum præſentiſſimo vitæ diſcrimini ex-oſita (licet impoſiti criminis inſons) vix ægrè communem rem traheret, ad glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ patro-nium ſe conuertit. Cui ex voto repromiſit, quod ſi peri-ulum euaderet, perpetuam Virginitatem ei ſeruaturam: lucta cum eſſet, ab huiuſcemodi arca, mundo eiuſque pom-s, in celeberrimo Sancti Dominici Regij Monaſterio vale-ctura, Toletum ſe conferre ſtatuerat. Dumque iter a-ret, cuiuſdam Luſitani vocem, ipſam à tergo proprio omine compellantis, audiuit: reſpexit illa reſponſura vo-nti, & ecce binos Franciſcanos Patres Venerabiles valdè, mque non longè ſequentes: Quibus illa viſis, pelli ſuæ ti-ere cœpit. Suſpicabatur enim miſſos à Regina, confeſſi-is extorquendæ cauſa, vt vel ſic ad Deum conuerſa, & tholico more diſpoſita, ſine ſtrepitu ac tumultu neca-ur) at illi, currui iam propinquantes, & certiores facti de uore ex ſiniſtra ſuſpicione concepto, eam bono animo, & nſtanti propoſito eſſe iubentes, animarunt in opere cœp-aſſerendo nihil penitus imminere periculi, ſed verò, eam am plurimarum & verè illuſtrium virginum fœtu fœcun-ndam eſſe: Quibus illa (Virginis Matris exemplo) quo-odò fiet iſtud? inquit; quin imò fieri non poterit, nam rginitatem DEO, eiuſque Sanctiſſimæ Matri, iam deſpon-illamque inuiolatam omninò ſeruandi, mens, modò fixa, & immobilis. Illi verò, talia, propoſitum ſuum nihil pedire, quo minus hæc ei futura ſint, replicabant. Cum-e ſimul pergentes, ac de varijs rerum Cæleſtium materijs

 confe-

conferentes, ad hoſpitium perueniſſent, ipſa, quadam Marthæ ſollicitudine, ſubtrahens ſe, commune prandium parare ſatagebat. Illi verò pro quibus parabat, cùm eſſent Cælites, aut Angeli, in formâ Seraphica, ſubitò ab oculis omnium euanuerunt. Quo facto, permixta gaudio & dolore, ſatiſque attonita Beatrix, Beneficium glorioſæ Virginis Matris, cui ſe, mox ad conſpectum patrum iſtorũ, ex intimis præcordijs, commendârat, cuiuſque præſentia, dum adhuc intra Arculæ compreſſa teneretur anguſtias, defenſa fuiſſet, firmiſſimè recognouit, eius mirabili dignatione accidiſſe exiſtimans, quod circa eam tanta lætitia gerebatur. Quare magnanima facta diuina viſione, certum habuit (bona ſua opinione ac fide) duos illos fratres extitiſſe Patrem S. Franciſcum, & Patrem Sanctum Antonium, quibus ipſa peculiariter erat addicta, & deinceps eos maiori deuotione colebat; quemadmodum dum vixit ſolemnitates eorum continua pietate coluerat, & coluit ad extremũ vitæ. Rurſum ergò prius de ſeruanda virginitate votum confirmauit, ac Toletum adueniens, prędictum S. Dominici Regij Conuentum cum duabus tantum pediſſequis ingreſſa, ibidem per continuos quadraginta annos, habitu honeſtiſſimo (licet, ſæculari) in maximâ vitæ Sanctitate, pœnitentiâ, & rigore, Sacris eius loci Virginibus ſociata, cõtubernio eodem functa fuit. Faciem verò quæ tantis malis, & turbinibus occaſionem aliquandò præbuerat, adeò velo contectam geſſit, vt eam ab aliquo ſæculari, ſiue viro, ſiue muliere, præterquam ſemel à Catholicâ Hiſpaniæ Reginâ Eliſabethâ Ferdinandi Regis vxore, & alterius Eliſabethæ filia vſpiam videri non admiſerit. At cùm Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ ineffabili deuotione teneretur, die, noctuque meditabunda perrexit, quo pacto gratum aliquod obſequium in beneficiorum ab ea receptorum memoriam, illi rependere quoúe modo Immaculatam ei⁹ Conceptionem (quam ſummoperè

nopere excolebat) mundo celebriorem reddere valeret.
Hæc dùm mente ſollicita, & anxia, cogitaret, Pietas animos
ddidit, affectum ſuum ſæpè dictæ Reginæ Eliſabethæ ape-
iendi; Vnde Regina Sancto lætata nuncio, propoſiti exſe-
utionem ſubitò effectui mancipauit, aſſignans Beatrici Vir-
ini Regiam Toletanam dictam, vulgò (Galianæ palatia)
unc verò Sanctæ fidei Monaſterium appellatum, quam ex
egia liberalitate donauit. Quâ obtentâ, atque in meliorem
ormam redactâ, Anno à mundi redemptione 1484. cum
uodecim, ex priſtino relicto monaſterio, ſacris Virginibus
ò ſe conferens, per continuas quinque annos in eodem ha-
itu, quo modò Immaculatæ Conceptionis Moniales per
Iiſpaniam vtuntur, tunicâ nempè, & ſcapulari, candidis,
eruleoque mantello, (quo Glorioſa Virgo induta huic Bea-
ici, in arculæ ergaſtulo concluſæ apparuerat.) ibidem con-
erſatione Sancta delituit. Cui Innocentius VIII. Ponti-
ex Maximus (qui ad totius militantis Eccleſiæ ſpeculam ſta-
at (Anno Domini 1489. de Sereniſſimæ eiuſdem Eliſabe-
æ Reginę inſtantia, bullam conceſſit, vt in habitu, nomine,
que Sanctiſſimæ Conceptionis officio, ab illa recentèr in-
entis, tùm ipſa, tùm duodecim illæ coniunctæ ſorores, eiſ-
ue in poſterum adiungendæ, ſub Ciſtercienſi ordine, ac
ioœceſani Præſulis obedientia; Papalibus aliquot præfixis
onſtitutionibus de cætero viuere Altiſſimo ſuo Sponſo
berrimè poſſent. Quæ quidem Bulla, cùm in mari naufra-
o perijſſet, miraculoſè ab ipsâ nil tale cogitante, & forte
rtuna, arculam quandam euoluente, inter ſtrophiola ſua,
perta eſt. Sed, cum quid ea contineret, penitùs ignoraret,
m Reuerendiſſimo Patri Fratri Garſiæ Quiſiadæ Franciſ-
no, ac Quadigienſi Epiſcopo perlegendam emiſit. Vix
m certior de Summi Pontificis gratiâ, & conceſſione facta
erat, Deoque Ter. Opt. Maximo pro tanto miraculo, ſin-
ılarique beneficio grates exſoluerat, cum nouo miraculo

ſuccedente, totam rei ſeriem, de naufragio Bullæ, deque emerſione illius, rurſùm de tempore, & loco edoceri cœpit Angelico nuncio, cœlitùs adueniente: Imò (quod ſilentio tegi non debet) fertur, eandem, Beatam, proprijs manibus Glorioſæ Virginis, pallium Ordinis dignanter oblatum, accepiſſe (prout in ſequenti figura clarebit) Poſt hæc Epiſcopus Quadigianus, qui ſuprà (vulgò de Quadix) indictâ ex Reuerendiſſimi Toletani Archiepiſcopi Authoritate, ſolenniſſima ſupplicatione, atque vniuerſo, tùm Eccleſiaſtico, tùm Sæculari Senatu, ac reliquo Populo ad eam inuitato: Bullam illam miraculo repertam, ſtatuta die, à Matrice illius Ciuitatis Eccleſiâ, vſque ad memoratum Sanctæ fidei locum, cum maxima Pompa, & inſtructiſſimâ, paritèr ac illuſtriſſimâ comitante Proceſſione detulit; vbi habita concione, eam coram vniuerſo conſeſſu perlegit, facta mentione omnium, quæ circa bullam acciderant: ac præſentes omnes ad ſolemnem Sacrarum Neophitarum Virginum Profeſſionem, à ſe poſt Quindenam excipiendam, inuitauit. *vid. Fr. Mar. Lisbona 3. part. lib. 8. c. 11. Franc. Gonz. par. 1. fol. 21.*

Hic Imago 2.

Incipit



Conceptā sub Matre Dei, Rudimenta, Sorores;
Nudipedum Angelico, Patre docente locant:

Clausa manet, quia pulchramini habitumq; Beatrix,
Virginium, uirgo, Virgine dante capit.

2

Franciscus Von den Englen süeſs.
Die ſchwestern richt Zur newen bueſs.

Lieb gelt vnd welt, hann bey mir gſhelt.
Das feldt Gott vnd sein Mutter bhelt.

Incipit ordo Immaculatæ Conceptionis florere, ſub Patribus Obſeruantibus, & à Patre Franciſco Reformationis Angelorum Cuſtode, Regulam, ſeu Statuta, recipiunt Sanctimoniales.

CAPVT. IX.

Cùm itaque Cæleſtis illa planta Beatrix à Syluâ, ad huiuſmòdi nouam militiam, nouamque Religionem ſuſcipiendam, ſeſe acuratius, neceſſarijs ſuis comparatis adornaret: Reſponſum à Glorioſiſſima Virgine Maria, poſt quintam, à Solemni illa præcedenti concione, diem, de breuì ſecutura morte ſuâ, recepit. Ideò accerſito Patre Confeſſario ſuo Franciſcano, & per generalem confeſſionem conſcientiâ ſerenatâ, viaticum deuotiſſimè ſumpſit, quodq; reſtabat vitæ, in continua oratione, diuinarumque rerum meditatione tranſegit. Quibus omninò intenta, ex acutiſſima febre, decima ſeptima menſis Auguſti, eius anni nimirum 1490. ab eius verò Natalibus, Anno 66. cum maxima animi tranquillitate carne ſoluta, obdormiuit in Domino: eo videlicet die, quo iuxta condictum Reuerendiſſimi Quadigienſis Epiſcopi; Chriſto ſponſo ſub nouo Sanctiſſimæ Conceptionis habitu, nomen publicè datura fuit: Statimque in eius fronte ſplendidiſſima quædam & aurea ſtella conſpecta eſt: Priuſquam verò reddidiſſet animam Creatori, Dominicani Fratres complures; & eiuſdem Ordinis ex prædicto S. Dominici Cōuentu Regio, ſorores (quibus illa in habitu ſæculari plurimis annis cohabitarat) adhuc etiam in extremis agentem, vt tantum pignus, id eſt, exanime mox futurum corpus, raperent, ſimulque illi cohærentes cariſſimas ſocias, in propriam domum transferrent, magno zelo, & omni dexteritate, concurrerunt: ijsque licet præſentibus, tamen illa moribunda à Franciſcanis obſeruantibus

(quibus Beata ſemper fuerat addictiſſima) voluit adinuento à ſe Sanctiſſimæ Conceptionis habitu, ſuperindui, & velari, necnon in eorum manibus ſolemne Religionis votum emittere, quod iam iam moritura deſiderauit, & obtinuit. Idque ſanè inter vtroſque Religioſos, Dominicanos videlicet, & Minoritas, non leuem differentiam, & de corpore eius ſepeliendo litem inuexit: Sententia tamen in Franciſcanorum fauorem, ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Toletano prolata, ab ijſdem obſeruantibus in propria Sanctæ Fidei domo, cum maxima Solennitate, populiq; frequentia depoſitum, & terrę mandatum eſt. Iſtæ verò Dominicanæ ſorores, quæ eius deceſſui interfuerant, pro virili adoperabantur, vt duodecim illæ Religioſæ virgines, quæ Beatrici viuenti cohæſerant, neophitamque Religionem profiteri iam mox parabantur, Eâ derelicta, in illarum philadelphiam concederent. Vrgebant itaque ſolertèr & obnixè. Verùm venerabilis Pater ac Frater Ioannes à Toloſa (cui prędicta ſoror Beatrix à Sylua, ſubitò à fælici tranſitu ſuo, Quadalfagiaræ pretioſiſſimo amictu apparuerat) perſuaſus à Beatâ, vt Toletum petens, ſocias ſuas relictas in propoſito confirmaret, extemporè paruit. Ergò iſtis perſeuerantiam in propoſito maturè conſuluit; ipſas alias verò ſollicitatrices, ab incepto reduxit. Quo factum eſt, vt ab eo die, earum Ædes, quæ prius Sanctæ fidei ſacra fuit, Immaculatæ Sanctiſſimæ virginis Conceptioni, iuxta Apoſtolicam Innocentij Octaui Summi Pontificis conceſſionem, dicaretur. Tranſactis indè aliquot diebus, iam dictæ illæ duodecim virgines, tantæ Matris defunctæ Sanctiſſimis inhærentes veſtigijs, eodem habitu, quo & illa quondam veſtiri, & eidem penitus profeſſioni, cui & illa aſtringi paulò antè mortem voluerat, ex ſolemni voto obligari & ipſæ deſiderauerunt, proinde Toletano Archiepiſcopo, ex Apoſtolica Auctoritate, valè prius dicto, Franciſcanorum regimini, & curæ ſeſe commiſerunt. Erat illis fortè conti-

contiguum Benedictinorum Monialium, ſed Conuentualium Monaſterium, Diuo Petro ſacrum: quarè vt vtriuſque domus ſorores in vnum collectæ, fælicius coaleſcerent, Sereniſſima Catholica Hiſpaniæ Regina Eliſabetha, per confeſſarium ſuum, Venerabilem patrem fratrem Franciſcum Ximenium, tunc Prouinciæ Caſtellæ vicarium Prouincialem, & Generalem omnium Ordinum totius Hiſpaniȩ, ex Apoſtolica Auctoritate Reformatorem allaborauit, vt vtroque Monaſterio in vnum congeſto, amborum ſorores in eandem Regulam, eandemque profeſſionem verba facerent. Quapropter impetrata ab Alexandro Sexto Pontif. Max. hac de re, facultate, Anno à Chriſti Salutifera Natiuitate 1494. veræque virgines illæ ſacræ, derelictis antiquioribus normis, quibus ex voto ſubiacebant, in Sanctæ Claræ Regulam (ſed ſub Conceptionis habitu) tranſierunt: in qua & aliquandiù pacificè ſatis, & vnanimi conſenſu, perſeuerârunt. Demùm oborto inter eas, ob diuerſos mores, & ceremonias, maximo ſchismate, maior earum pars ad alios Conuentus deflexit. Qua de cauſa & ab amicis, & ab inimicis naſcens iſte, atque Primitiuus Sanctiſſimæ Conceptionis Ordo, maximam perſecutionem pati cæpit. Adeò vt contriſtatus pater Franciſcus Ximenius, eum omninò iuxta viſionem aliquando à Beata Sorore Beatrice præuiſam, aboleri præceperit. Viderat enim Sancta illa, dum quadem nocte matutinis interfutura horis, ante alias Chorum peteret, lampadem, quæ ex Religioſo more coram Sacroſancto, ac Venerabili Euchariſtiæ Sacramento, accenſa pendebat, penitùs extinctam. Cumque triſtior ea de re facta, orationi feruentiùs inſtaret, continuò lichnus in lampade reuixit, & flammula corruſcante, ſubmiſſam vocem percepit dicentem ſibi: Ordo, inquit, à te inſtituendus, ad modũ lampadis huius diſſoluetur aliquando, & propemodum extinguetur, ſed Diuino ſecundãte Numine, ſplẽdidior, poſt multas tribulationes promicabit rediuiuus

niuus&integer,id quod probauit Euentus: Nam conuenientibus iterum in vnum,ac in propria remeantibus omnibus illis ſororibus, iam pridem diſperſis. Ordo qui diſſolutus omninò videbatur, multo illuſtrior excreuit, & redintegratùs à perſecutoribus ipſis, ſtetit cumulatior, auctior, & honoratior fundatione priori: aduentantibus indies plurimis virginibus, adque Conceptionis Sanctiſſimæ nouum habitum certatim confluentibus. Hoc, poterat, æmulus Matris ſuæ, Deus, vt per contrarios diſſonantium turbines, aura concordię non ſperata,ſed magis grata,in fine,quàm in principio ſpiraret. In tantam poſteà ſacrum iſtud inſtitutum fæcunditatem erupit, vt quaquà verſùm in puriſſimas Puellarum Sanctimonialium propagines ſeſe exſereret. Anno ſiquidem Domini 1525. deuotiſſima Marina à Cardenas, Illuſtriſſimi Alphonſi à Cardenas, Nobilis Militiæ Sancti Iacobi Magni Magiſtri, neptis, ob maximam deuotionem, quâ in naſcentem hanc Religionem ferebatur, ex domèſticis Facultatib⁹, ad vrbis Romanæ Capitolini Montis radices,Conuentum, ſub titulo (Sancta Maria libera nos à pænis inferi) ædificare curauit, ipſumque cum alijs decem mulieribus, (quæ apud Lateranenſem Eccleſiam diſtinctis in Ergaſtulis latitabant) ingreſſa: prædicti ordinis habitum, & velum de manu Reuerendiſſimi Patris Fratris Franciſci Angelorum (de quo capite Secundo, & paulò inferiùs) accepit, inibiquè primam Abbatiſſam egit, ac ſe, tandem eiuſque ſorores, Minorum Fratrum Curæ ſubiecit. Deſiderantibus verò prænominatis Toletanis Sororib⁹, à quouis alio ordine exemptionem,& in peculiarem aliquam normam,& viuendi modum propendentibus,adfuit Iulius II. Pontifex Max. qui Año Domini 1511. Pontificatus verò ipſius VIII. quodam edito diplomate, eas & à Ciſtercienſium & à Clariſſarum, & à quarumcunque aliarum Monialium,ſiue etiam fratrum ordine, eximens,Franciſcanorum Obſeruantum curæ ſoli,ac Solicitudi-

tudini eos immediatè ſubegit, ac Sanctiſſimis quibuſdam ſtatutis, & præceptis editis, in ea ſubiectione firmauit. Poſt hunc Reuerendus Pater Frater Franciſcus, Angelorum Prouinciæ Caſtellæ Prouincialis Vicarius,(qui tandem vniuerſi Minoritici ordinis Miniſter Generalis euaſit) tranſacto quinquennio, nempè Anno. 1516. ſtatuta intrinſecam extrinſecamque earum Conuerſationem ſpectantia, quæ vſque in præſens ab illis ſeuerè ac ſyncerè conſeruantur: ordinauit.

Editum eſt & pro ipſis Breuiarium, quod Conceptionis duntaxat officium, in ſingulas habet hebdomadas diſtributum; quatenus ſorores indefeſſis concentibus, puriſſimæque virginis Matris conceptæ laudibus occuparentur, ac ſingulis Dominicis feſtiſque Solemnioribus ſecundum Romanæ Curiæ ritum, idem officium ab ijſdem celebraretur. Derelicto igitur priùs dicto, primo ſuo Diui Petri Monaſterio, diuerterunt in Monaſterium S. Franciſci, nunc Immaculatæ Conceptionis Toletanum, vnde Conuentuales primũ deceſſerant: ſed & iſtæ ſpiritu fœcundæ ſorores, fundauerunt Monaſterium Turegij, quod multæ iſtius ordinis religioſæ, in auſteritate, & orationibus (ante & poſt mortem ſuauiſſimũ ſanctitatis odorem relinquentes) incoluerunt. In Caſtella itidem, alia Cœnobia ab ijſdem erecta ſunt, in quibus nobiliſſimæ Virgines, & Dominæ illuſtres, ſpontè recluduntur, ingenti puritate, & deuotione Cæleſti regi in Palatio Reginę Angelorum, eius Matris, deſeruientes die ac nocte: Status & proprietates terrenas, quaſi ab alto vilipendentes, & Beatæ Fundatricis Matris Beatricis de Syluâ, veſtigia proximè tenentes (quæ Reginam quondam terreſtrem, tam fælici cambio, cum Regina Cœli commutauerat) quæque per iniuriam Arculariâ olim thecâ recluſa, periclitabatur; nunc Archã Dei viuentis Mariam, inter ampliſſimos Cæleſtis Regiæ ſinus, liberrima contrectare manu promeruit.

Confraternitas Immaculatæ Conceptionis incipit, & B. Beatricis Reliquiæ tranſferuntur.

CAPVT X.

CIRCA hæc eadē tempora nēpe An. 1506. menſe Decembris, ſub auſpicijs Reuerendiſſimi Patris Franciſci Ximenij, Minoris Obſeruantię, Archiepiſcopi Toletani, in eadem vrbe Toleti inſtituta eſt Sodalitas confratrū Immaculatæ Conceptionis, qui pauperibus, præſertim pudebundis, & ſecretis malis iuuandis deſeruiunt, quæ ab Hadriano Sexto Pontifice confirmata, & gratijs aucta, & priuilegijs cumulata eſt.

Illud memoria dignum eſt, cum Soror Philippa de Sylua. B. Beatricis Neptis, quô tempore ex prædicto Monaſterio S. Petri egreſſæ ſunt Sorores; illius Abbatiſſam ageret, atque in diſceſſu cum multis alijs Monialibus, in Luſitaniam abitū parans, corpus Amicæ ſecum ferret, eô animo, vt in eandem regionem tranſueheret. Re maturiùs conſiderata, Philippa, Monaſterij Matris Dei Prioriſſæ, (quæ erat illius conſobrina propria) Reliquias illas ſanctas in cuſtodiam dedit, donec Deus manifeſtaret, quid de ſe & de ſodalibus ſuis in poſterùm diſponeret. Itaque vbi iam altiſſimo placuit eaſdem ſorores denuò pacificas in Conuentum S. Franciſci (nunc Conceptionis) reduci; vehementèr inſtiterunt Sacrum Fundatricis ſuæ depoſitum indemne reſtitui, ſed fruſtrà; Obſtabāt enim tota violentia ſorores, quæ poſſidebant theſaurum, quo, nulla ratione depelli, & priuari velle cauſabātur: donec per Pontificium diploma, depoſitarias ad reſtitutionem compulerunt. Delatum igitur ad Monaſteriū Conceptionis illud virginis corpus, in honorificam & precioſam Thecam dum reponitur, tantę fragrantię odor perceptus eſt, vt qui ex priori

loculo

loculo illud extrahere præſtò erat, ſtupens expauerit, Sacerdotem cautè in auxilium compellans, qui ſacris manibus oſſa ſtillantia & euaporantia Spiritus ſancti balſamum, condigna reuerentia contrectaret. Venit ergò Confeſſarius cũ Monialibus, qui & ipſi ſuauiolentiam hauriendo, ſenſu corporis mirè recreati, animæque Spirituali conſolatione repleti ſunt. Sicque Deus oſtendit, quàm grata fuerit Beatricis conuerſatio, quæ Immaculatam Matris ſuæ Conceptionem, tanto proſecuta fuiſſet honore. Quam cæleſtem margaritam huic loco inſerendam appoſitè rati ſumus, non quod Purior Obſeruantia, pluribus modò non effloreat gemmis fæminei ſexus (Nam infra totus liber 6. Aulam Gynæcei cæleſtis eloquetur) Sed quod Principum ſanguine natam, Principem quoque præ conſortibus ſuis, eam, ſui temporis puritate, & utum ſplendore, cenſuerimus efferendam.

In mirabilem Heroinam Virginem B. Beatricem de Syluâ, Principis filiam, formoſam nimis, & præ filiabus Sion (ſed virtute) amabilem.

Forma pudica trahit, lateat, quò, clauſa Beatrix
De Syluâ, vt Clauſam Virgo Beata ſacret.

Aliud.

Pulchra nimis roſa de Sylua ſta Clauſa Beatrix,
Ne capias alios vela ſacrata cape.

De eadem.

Dum formoſa capit, latitat concluſa Beatrix
De Syluâ. Hanc velo virgo Beata tegit.

Ad eandem.

Claudere: grunnit Aper, de Syluâ, ô pulchra Beatrix
Sacrabit Clauſam, virgo Beata manû.

In ipſam.

Forma placet: mens caſta timet. Claudare Beatrix.
Vt placeas nulli, Vela Beata tene.

Rurſum aliud.

Ne formoſa trahat, maneat concluſa Beatrix,
Vt velo, Clauſam, virgo ſacrata, beet.

Eiuſdem.

Claudere: Ne capias quemquam formoſa Beatrix,
Te capiant Matris, vela pudica Dei.

Pro eadem.

Angelici teſtes, & virginis acta reuincunt,
Hoc non eſſe tuum, Munde ſalax, ſpolium.

Jlli eidem.

J, pete formoſas ſinè mente, Cupidinis Arcus,
Sylua Beatricis, non alit, vlla, pecus.

Jn laudem eiuſdem.

Forma, pudicitiæ, certat; fuge, clauſa Beatrix;
Tutiùs vt lateas, vela placere, decet.

Jn prædictam.

Clauſa mane: Sic tuta fies: formoſa Beatrix,
Virgoq́, vela feres, virgine dante, ſacra.

Rurſum illius.

Forma Beatricis, Res eſt venalis, habebit,
Plus dare, qui poterit, Virgo beata dedit.

Amplius ad Illam.

Claudere: vita oculos. Nam forma pudica, Beatrix,
Expetitur. Velo Virginis, abde bonum.

Denuò, de qua ſuprà.

Forma Beatricis, licitatur ab omnibus: atqui
Vna vni, ſoli ſolaq́, pacta manet.

Jterum ipſi.

princeps pulchra nimis, vulpi nè fide, Beatrix
A Syluâ, Refugæ, vela Maria dabit.

Vltε-

Vlterius aliud.

t licitum : illicitum : quod Aues (caro blanda) Beatrix
Non niſi Chriſtiparæ, vela pudoris Auet.

Alterum in vnam ipſam.

u caue conſpectum, nimium formoſa Beatrix:
Vt placeas Dominæ, vela capeſſe Dei.

Iterum alterum.

roruat à Syluâ, Cupidorum vulgus Amantûm,
Nulla Beatricis, Vota pudica ruent.

Porrò pro hac ipſa.

ollicita formam, caro: ſed merx illa (Beatrix)
Clauſa foro, atq; foris, non niſi vela valet.

Tandem ad eandem.

Quid licitaris Amor? precio ſine diuite? Mercem?
Tam pulchram? ſolum, merx valet Illa, Deum.

Ad glorioſiſſimam Dominam Reginam noſtram, Immaculatiſſimè Conceptam, pro Conceptionis ordine, ab eâ confirmato, Congratulatio.

Oliuam Huberem, pulchram, fructiferam,
Specioſam, vocauit Dominus nomen tuum.

Hierem. 11.

F*RANCISCANA Solemnia, feſtiui Dies incipiunt Exultationis vniuerſæ terræ, Nominata eſt enim puſillula, delicata cœlorum Infans, priuſquam nata, oraculo Spiritus ſancti, Columba vnica futura Dei noſtri, Dulciſſima Virgo MARIA. Nominata eſt oliua, gaudeamus, implebimur oleo lætitiæ præ conſortibus noſtris, qui oliuam eam non habent; & quid magis opus miſeriæ noſtræ? quàm oleũ miſericordiæ! Ecce nominata eſt oliua, Nominata & Concepta, non ſteri-*

ſterilis ſed vberrima, non ſorde coinquinata, ſed pulchra, non vacua, ſed germine, & genimine fructuoſa. Non vllo næuo vel minimo odioſa, ſed ſpecioſa. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam, vocauit Dominus nomen tuum, ô Beata, ô fluentiſſima; An ignoras te ô pulcherrimà mulierum? quoniam & nominata es à Spiritu Magni DEI & ipſa nominaſti te oliuam Eccles: 24. Ego quaſi oliua ſpecioſa in campis &c. In campis apertis, vbi cum hoſte congredimur, & mille periculis, de victoria decertamus; vnum hoc ſolatij tenemus, vt veluti fortes Athletæ, nudatos nos, à rebus huius ſæculi, inungamus oleo ſpecioſo, totos quantos, oleo inquam miſericordiæ, oliuæ noſtræ, ſpecioſæ Mariæ. Iam Mulier optata prodijt. 4. Regum 4. quæ in Antiquis præfigurata: oleo diuinitùs conceſſo, redemit & ſe & filios ſuos à morte, & importunitate creditorum: Verùm nobilior illa noſtra, & multò excellentior, nam iſta quæ figura fuit, cum vaſa non haberet, ad capeſſendum oleum, defecit incrementum fluoris, ſtetit oleum: At noſtra: quibus membris, quibus imò corpuſculi ſui vaſis (vt verbis Paulinis vtar, qui corpora & membra noſtri corporis vaſa denominat, vt vnuſquiſque vas ſuum ſciat poſſidere in honore & non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorant Deum) quibus, inquam, partibus, & artubus ſtetit oleum virginis? quod vaſculum membrorum erat in virgine, in quo, ſteterit oleum? defecerit oleum? & amplitudo miſericordiæ Dei noſtri exſiccata ſit? Nunquid gratia plena & Miſericordiâ erat illa oliua? An non vas Electionis, & quidem ſuprâ Paulum electa? quæ audiebat à ſponſo, Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te? An aliquod vaſculum, membrorum iſtius oliuæ, poſſeſſum aliquandò eſt ſine honore? in paſſione deſiderij? Tota pulchra eſt, Tota ſiquidem oliua eſt, Anima plena oleo, quoniam Innocentiſſima. Oculi pleni miſericordiæ oleo, quia diuini, velut oculi columbarum, qui lacte ſunt loci: caput plenum oleo, cum ſua Cæſarie delibutum, & Comis, tanquam purpura Regis. Manus plenæ oleo, quia ſtillantes myrrham primam, probatiſſimam; venter vallatus Lilijs, oleo plenus miſericordiæ, pudore fluens pudicitiæ & Caſtitatis. Pedes oleo pleni miſericordiæ, quia Conſtantiâ & fortitudine ſtabiliti, id eſt, columnæ argenteæ, & baſes marmoreæ. Tota pulchra eſt oliua noſtra, & quomodo ſtabit oleum deficiet

eficiet oleum? cum vaſa non deficiant quæ capiant oleum? cum oliua
t tota, quæ redundat oleo? Hæc itaque oliua noſtra eſt, quæ & ſuis &
reditoribus noſtris Exactionis finem imponit, abundantiſſimâ ſolutione
luentis olei. Satisfecit ipſa creditoribus ſuis, vt quod erat commune
nalum & debitum contractum generis noſtri (vt in peccatis conciperemur) ipſa vnica nominata oliua, plena miſericordiæ, & in nominis dignitate præſeruata, luere non teneretur. Satisfecit naturæ, Iure exemptionis, tanquam oliua ſpecioſa in campis. Sategit ipſi diuinæ Iuſtitiæ, & udicio, præuenta miſericordiæ priuilegio, vt tanquam oliua pulcherrima, vberrima, ſpecioſa, ſine communi lege conciperetur. Satisfecit & ſatisfaciet Creditoribus noſtris importunis exactoribus noſtris, hoſtibus noſtris; ponet importunitati quoq; membrorum noſtrorum legem, & modum, quoniam oliua fructifera eſt, nec ſtabit in vaſis oleum miſericordiæ, donec nominabitur oliua Maria. Gaudeamus qui filij ſumus, amoris affectu, ſatisfaciet pro filijs ſuis, Mulier Diuina, in ædibus ſuis.

Oliuam ſpecioſam, vocauit Dominus nomen tuum, Maria; oliuam vberem, exuberantem miſericordiæ oleo, in gentem peccatricem, in filios perditionis, qui eramus, quotquot nati ſumus, filij iræ omnes, vnâ te exceptâ, oliua ſpecioſa in campis; Et quomodo vas oliuæ nominauit te Dominus, ſi quidem inuetum eſt in te oleum peccatoris? quod non impinguet caput noſtrum. abſit, abſit oliua pulchra, fructifera, ſpecioſa. An, coronatio tua in Cælis vas vnum oliuæ fuit? in quo ſtillauit miſericordiæ rorem Deus? & non erat Conceptio? An vas oliuæ fuit aſſumptio glorioſa? in quod infudit Deus totum olei cornu, Et non erat Conceptio? An vas miſericordiæ & oliuæ fuit nitidiſsima Purificatio? in quam exundauit Torrentem bonitatis immenſa Maieſtas, & non fuit vas miſericordiæ Sancta Conceptio? An vas oliuæ fuit, virginalis parturitio? & filij Dei Conceptio? in quam eructauit glorioſa Trias memoriam abundantiæ pietatis ſuæ, & non fuit vas oliuæ propriamet tuiipſius Conceptio? An vas oliuæ fuit (capite nos, boni cœlites & intelligite, in terra, fideles) gratiſsima puellæ Iuuenculæ huius, in templum Præſentatio? in quam firmauit oculos ſuos, miſericordiæ Pater, captus amore ſponſæ filij ſui, Et non erit Conceptio? An vas Electionis & oliuæ fuit ſtupenda virginis Annunciatio? in quam

quam Angelico Myſterio, exuberauit Deus omnem gratiæ plenitudinem? Et non erit ipſa conceptio? An vas oliuæ fuit Gratioſæ virginis prægnantis viſitatio? ex qua manabat parentis ſterilis Sanctificatio? & fœtus in vtero exilientis lætitia? & non erit vas oliuæ Conceptio? An vas oliuæ fuit Natale puriſsimum, Infantis Cœlorum, virginis intemeratæ? in quod effluxit ipſum miſericordiæ mare, Et diuinarum pelagus miſerationum? ipſa verò Conceptio non erit? Vtiq; & Aſſumptio vas miſericordiæ fuit, & Conceptio. Coronatio vas oliuæ, & Concepio; ipſa Purificatio vas oliuæ, Et Conceptio. Ipſa Conceptio & parturitio verbi, vas oliuæ, Et virginis cōceptio. Ipſa Annūciatio vas oliuæ, Et Cōceptio. ipſa Præſentatio vas oliuæ, Et Conceptio. Ipſa Viſitatio vas oliuæ & Cōceptio. Ipſum Natale virginis vas oliuæ, Et Conceptio. Quid enim? oliua nominata eſt nondum concepta, nondum nata, nondum præſentata, nondum Annunciata, nondum filio grauida, Et fœta· Nondum viſitationis munere functa, nondum purificata, nondum aſſumpta, nondum glorificata, Et coronata, & Empyrio inaugurata: adeò vt non fuerit noua & ex tempore nata Iuſtitia virginis, ſed ab antiquis antequam terra fieret, conſilio Magni Dei præordinata, ideoq; quod nomen dabat, Ei, ab æterno Prouidentia ſancta, vt eſſet, ac diceretur oliua & pulchra, & ſpecioſa, Hoc ipſum ſcaturiuit in omnem generationis ſuæ lineam, & ſeriem conuerſationis humanæ, priuilegiatam ſcilicet quandam, ab omni labe, Exemptionis immunitatem. Concepta eſt Ergò oliua, miſericordiæ radix, Mater oleorum, Habitaculum gratiarum. Qualis concepta, talis & nata, talis & præſentata, viſitata, Purificata, aſſumpta, in æternum exaltata. De qua virgine (grandis nobis ſermo) Et nos puſilli, cum Zachæo reptamus adhuc in terræ puluere, non ſub ſicomoro, ſed ſub oliua, & olea, ſperantes aliquem madorem humectantem ſuper miſeriam noſtram oppidò magnam, à matre miſericordiæ, ab oliua, ab olea, ab oleo; ſuccurrentibus votis veſtris, nobiſcum vnâ, Et linguis fauentibus Oratori balbutienti, ſed & auribus veſtris in myſteria patulis & arrectis; ſic Aueat, ſic Auere iubeatur Concepta Immaculata Domina noſtra: Et vos ſalutantes quotquot lecturi eſtis, nec inuidete præeminentiæ Matris, nec filio bilem laceſſite, quoniam Iudex erit: nec ſerpentis virus euomite, ſed Auere iubentes, ſalutate,

tate, valentem honorare vos, congaudete priuilegio, congratulamini virginis Maieſtati, vt impleamini oleo, ab vberibus conſolationum eius, non ſtabit ſtilla miſericordiæ, ſtantibus æmulis pro deuotione Matris. Meritò Ergò duæ oliuæ, & duæ ex olea portæ, fabricante DEO, per Moyſen, ordinatæ ſunt, ad Sancta Sanctorum, & templum Salomonis, vt per ambas pateret introitus in ſanctificationem. Duæ oliuæ, duæq; portæ ex olea. IESVS & MARIA præſignantur indubiè, quarum vna maior, IESVS, per ſemetipſum miſericorditer liberando creaturam ſuam, reportat eam ad Sancta Sanctorum, æterna redemptione inuenta: altera, Virgo Mater, per gratiam immunitatis, Mediatrix effecta ſupplicationis, reducit errantes à via perditionis. Prima oliua deſudat in monte, in vertice montium, qui eſt oliuarum. Altera fluit in valle lachrymarum, in gremium neceſſitatum, filiorum Euæ plorantium, & eiulantium, & oculos miſericordiæ ſuper ſe, præſtolantium. Omnium oculi in te ſperant Domina. Porta miſericordiæ, olea gratiæ, oliuetum reconciliationis. Duæ oliuæ ſunt, duæ miſericordiæ ſunt, Chriſti & Mariæ, ambæ purificantes, vngentes, lucentes, conſolantes. Abſit à me, prodire in tantum nefas & communicare malignitati. Vt exacuam linguam, in gladium, in Conceptionem tantæ oliuæ, obſtruam nobis ianuam miſericordiæ, exſiccem fontem paradiſi; quaſi verò delicto vniuerſali ſubfuerit vnquam, ex Traduce parentum illa; illa, inquam oliua, quæ fluere debebat miſericordiæ copiam in omnem gentium vniuerſitatem? Decuit virginem ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequit intelligi. Quid tibi vis, caput ſerpentis? incurua ceruicem, ſede in puluere filia Babylon (Hæreſis) ipſa porta ſpecioſa, pulchra oliua, conteret caput tuum. Decuit virginem ea puritate nitere, vt eſſet Immaculata concepta, quæ erat puritatis origo, ſcaturigo omnis miſericordiæ, Et quomodo origo foret omnis miſericordiæ, quæ in Conceptione fuerit abſq; miſericondia? Decuit virginem, imò expedijt creaturæ Dei humanæ, vt tanto fiducialiùs ad eam accederet, quæ in omnibus ei ſimilis eſſet, tamē abſq; peccato, in omnibus ſuccurrere poſſet, exēpta ab omni delicto. Quinimò congruū fuit, vt ſine peccato conciperetur, quæ erat ſine peccato conceptura: non

enim benè mereretur ſanctam Conceptionem prolis æternæ, quæ digna non eſſet purâ ſui Conceptione maternâ. Honorificum fuit Angelis & Beatis Cœlitibus, Ne Domina minor, ſeruis Angelis, origine haberetur. Rationabile fuit omnium mortalium iudicio, vt quod poſſet Deus facere Genitrici ſuæ futuræ, ex amoris affectu, (& ſine vllo vllius boni præiudicio) & tanto omnium voto; hoc fieret ab eo, ſine omni cunctatione & dubio. Juſtum fuit & æquum, ſic Immunem concipi oliuam noſtram ſpecioſam, iuſtum inquam fuit, iuſtitia diſtributiua, vt vno ſaltem gradu altior tranſcenderet, Mater Domini, ſanctificatos in vtero, Baptiſtam & Hieremiam, ſicq; oliua in monte poſita Oliuarum, ſubſellium maius, præ cæteris ramuſculis, obtineret. Securum fuit, ne qua diſceptandi cauſa, de filio, ob Matris næuum exoriretur. Tolerabile fuit ſine crimine eam concipi, quæ eſſet Mater pudicitiæ. Cui intolerabile eſt? Cui? ô Cœlum & terra, cui creaturarum, per trinam machinam mundi, diſceſſit aliquid ex debito lucroúe ſuo, eò quod Mater Domini ſine labe conciperetur? imò cui non acceſſit gratia pro gratiâ? & plenitudo bonorum, ab iſto immaculato Conceptu? Magnificum fuit DEO, non vile, non probroſum, non detrectatorium merito Redemptionis Diuinæ, cùm & illud excellentiſſimi meriti fuerit filio Dei, vt Mater ſine labe conciperetur. Amabile fuit; tanto enim arctiùs deuinxit ſibi Genitricem natus JESVS, quantò maioribus eam Charitatis indicijs cumulaſſet, quale, vnum ter maximum erat, Immaculata Conceptio. Amabile fuit ſanè, & noſtri cauſa, qui cognita Matris tanta integritate, in amorem eius raperemur. Nobiliſſimum fuit operum Dei, omnis enim creatura ingemiſcebat, & parturiebat vſquè adhuc, quod in Angelis Deus reperiſſet prauitatem; & corruptionem, in nobis: qui domos inhabitamus luteas, & terrenum habemus fundamentum: dicebat ergò gemebunda creatura, nunquid non potens erit Altiſſimus, vel vnam præſeruare facturam, quæ non pendeat à ruinâ? Et non pendat corruptelam diabolo? Ecce autem tibi Miſeratoris ſubſidium, reſpexit de monte ſancto ſuo, oliueto Clementiæ, porrexit ramum oliuæ, qui nullo cremaretur ab æſtu, nullis ſubiaceret inſidijs. Dulce fuit concipi Virginem ſine macula, vel ipſi Deo per lineam humanam deſcendenti,

ne qua

ne quà materna viſcera ſcopis extergere cogeretur Iuſtitia, nã hoc, vel ſolo cogitatu, difficile, ac luctuoſum fieret, & filio & Matri, in poſterùm memorantibus. Euæ parentis, hoc ipſum, quoq; poſtulabat, Exemplar, nam ipſa ex viri Coſta innocentiſſima prodijt, non alia tamen futura quã Mater morientiũ, quantò ampliùs ergò fieret abſq; crimine, quæ erat omniũ mater viuentiũ? Laudabile fuit omnib⁹ in æuũ ſæculis talẽ progigni Genitricẽ filij Dei, qui proindè Cõceptionis ſolẽnia, per os Eccleſiæ, Laudabiliora produceret & tantis mirabiliũ prodigijs cõmendaret orbi, & quaquàverſum auctoritate propria ſolidaret. Ab humana progenies diſceptare tã facilis! dubitare tã prompta! ac temeraria! vitiũ naturæ contraximus in eodẽ loco paradiſi, & dubitamus in luce, & ſerpentẽ audim⁹ ambigentẽ! cœlum ipſum petimus (inquiebat ille) ſtultitiâ neq; per noſtrum patimur ſcelus, Iracunda Iouem ponere fulmina! Quis aſcendet in cœlum, inquit Paulus, id eſt, Chriſtum deducere? imò deturbare filiũ cum matre de ſolio Maieſtatis? Nunquid? prædurum ingenium generis noſtri, nunquid? ſatius eſt, tantis acquieſcere, & deferre commodis, cum bono proprio, & reſpectu Maieſtatis DEI, & honore Matris quàm dubijs Sciolæ doctrinæ nugis, excidere vtilitatibus, in contrarium poſitis? abſquè vlla ſpe lucri? ſed vnâ ſolâ Batologiæ compenſatione? Annè Numen immenſum ampliùs poſſit facere? quàm mens humana concipere? Conceptio ſanè Immaculata concipi poteſt ab homine, cur ergò non fiat? imò cur factum non ſit à DEO? vt immaculata conciperetur ab homine, quæ talis concipi poteſt, cogitatibus hominis? Congruum erat, Magnificum erat, & quid non erat? quod ex voto noſtro, & amore Dei futurum eſſet? ſi huic potentiam cum præeminentia, non negaremus? Profectò Sibillæ folium, imò ſacrum Elogium, eſſe debeat immaculatæ Conceptionis Virginis aſſerendæ, quod ipſa Virgo, authoritate Eccleſiæ de ſe fatetur, Ante omnes, inquit, colles ego parturiebar, necdũ montes graui mole conſtiterant, & ego iam concepta eram. Huic conſonat altera veritas iſta, (ab æterno ordinata ſum) rurſum, ab initio & ante ſæcula creata ſum. Concepta es? ordinata es? creata es? ante omnes colles Dulciſſima Virgo? Talis ergò ab initio eras in mente diuina, qualem eſſe decebat Matrem Seruatoris, taliſq; futura, & talis facta;

dicis enim, & vſq; in futurum ſæculum non deſinam. Pura puta igitur, nitida, lucida, Immaculata facta es, qualis eras in Idæa apud purum Deum. Ab initio ſanè creata abſq; labe pudoris, vt fieres Mater Saluatoris. Ab initio Concepta ſine macula, vt in tempore fieres Immaculata. Ab initio honorata antequam nata, vt propoſitum Dei, Conceptionis ordine non macularetur. Ab initio Redempta, nec dum mortis lege perempta, nec perimenda, vt gratia Redemptoris valeret in omnes. Ab initio Iuſtificata, ſine peccato; vt virtus peccati non dominaretur in Virgine. Ab initio ſaluata, nondum generata, vt præeminentia liqueret eius, quæ ſuis viſceribus ederet Saluatorem. Ab initio defenſa, ne virus ſerpentis totum ſemen mulieris corrupiſſe videretur, in quo conterendus ſerpens, & contritus aboleretur. Ab initio mundata, quæ proxima ſemper erat ad hauriendum in gaudio de fontibus Saluatoris. Quomodo non fieret illi aqua Salutis mundans, & purificans in fontem viuum? ſalientem in vitam æternam? quæ alioquin mulieri concubinæ Samaritanæ, ad fontem, ſi petiſſet, non negaretur? Ab initio Electa, quia Conſiliò præſumpta, ne decideret in communem terram maledictionis, quæ præciſa erat, brachio potentis Electionis. Ab initio Accepta, quia gratiam inuenerat ab æterno. Ab initio Nominata, vt ſtella lucida maneret in ordine ſuo; & primitiæ Chriſtus. Ab initio dotata, vt Iure prioritatis, ante omnem creaturam valeret in bonis mariti; corruſcaretq; radijs Dei maritantis. Ab initio exempta, ne poſthumo Iure, & poſtliminio, poſt damnum acceptum, in tempore ſequenti vti putaretur. Ab initio liberata, quia funibus peccatorum ſtringenda non erat. Ab initio Beata, ne extemporaneũ appareret hoc, quod ait ipſa, Ex hoc Beatam me dicẽt omnes generationes. *Ab initio Benedicta, ne benedictionũ ſequentiũ Iure priuata diceretur. Ab initio probata, alioquin circa virginẽ probandam, dextera Excelſi periculum examinis incurriſſet. Ab initio optata quia dulcis & ornata, ornatã monilibus filiã ſuã Dominus concupiuit. Ab initio Generata, Hæc eſt enim Linealis Genealogia facta, & pro filio Dei, conputata. Ab initio viuificanda, quia nunquã ſpiritalis mortis imperio ſubacta. Ab initio firmata, vt optimus Deus conſilij ſui oſtẽderet immobilitatẽ. Ab initio formata, ne ex vitio deformationis veniret*

iret reformãda. Ab initio zelata, quàm præter Deũ nulla malignantiũ urba concupiſceret. Ab initio ergò concepta, cũ eo eram, inquit, cuncta componens, pacem ſæculis, lucemq́; refundens, cum eo eras cuncta componens, mellitiſſima oliua noſtra? Cuncta compoſuiſti; Cùm factura Deum, cum Iudice reum, Summa imis, cœlum terris, tempori æternum; tempus æternitati. Iudicium cum miſericordia, ſed & iudicium, oleo miſericordiæ tranſcendens, ſuperexaltaſti. Nunc pupillorum Mater es, quoniam oliua es, ad te ſuſpiramus. Mater infirmorum, oleum habes, ad te contendimus. Cuſtos paradiſi, oleo redundas, porta & oliua es, nos autem exules filij Euæ, ad te clamamus. Diſpenſatrix miſerationum domini, ad te ſunt oculi noſtri ne pereamus.

Illuminatrix animarum, penicillum habes & oleum Ieſu; ad te feſtinamus; trahe nos poſt te, in odorem vnguentorum tuorum curremus. Curatrix peccatorum, oleum habes, ad te vulneribus noſtris, properamus. Conſolatrix deſolatorum, quantum olei tibi ſupereſt? vt inungamur, ne deſperemus? Compatiens oliua, ſtilla miſericordiam, & veniat oleum ſuper nos, quoniam miſeria ſupereffluit, & abundat in terra noſtra. Aduocata noſtra, pinguis oliua noſtra, inunge manus Iudicis, ne puniamur. Noſti enim verum illud Elogium, licet ſatis biulcum. Lex eſt defuncta, cum Iudicis eſt manus vncta, ſi tu inunxeris, iam liberi erimus à lege peccati, & mortis, à deuaſtante Angelo; à brachio extento, & furore perſequente. Neceſſaria noſtra, ad te ſuſpiramus, quando etiam neceſſarij noſtri receſſerunt à nobis, nec eſt qui aſpiciat nos, deſtitutos auxilio, & conſilio, oleum tuum conteſtamur ne deſeramur; ficta Charitas eſt, quæ deſerit in neceſſitate; Tu deſerere non debes, quoniam olea & oliua, ad fluendum parata es ab æuo. Doctrix noſtra, doce nos per viam olei, duc nos ad filium olei. Via noſtra lubricari non poterit, vbi te duce, & vngente commeabimus. Amatrix noſtra, nos quantis viribus fieri poteſt redamamus, & ruimus in oleatos illos amplexus tenerrimæ oliuæ, fac vt madeamus, nè quandò excidamus, Vbi es Corona confitentium? inunge nos. Vbi es? mandatum eſt enim ab alto, vt oleũ, de capite noſtro non deficiat. inunge nos.

nos. Vbi es Hæreditas credentium? lini nos, vnge nos, vt Montem oliuæ conſequamur. Vbi es ò robur infirmantium? oleo ſancto confirma nos. Vbi es ô Iudex ignorantium? Nos in tenebris ſumus, lux noſtra, luceat in oleo tuo. Vbi es ô ſalus in te ſperantium? vnge nos, ſpe enim tali ſalui erimus, dilinito nos. Vbi es theſaure diligentium? vnge quos amas, vnge qui te amant, omne hominum genus, inunxit te votis ſacris, in Reginam miſericordiæ, certius factum eſt de oleo, indubitatum de miſeratione. Vbi es Miniſtra pudicitiæ? vnge carnem oleo ſancto, duellum enim nobis immenſum eſt, cum antiquo ſerpente, oblinas nos Vbi es Amica pœnitentium, vnge oculos Magdalenæ & Petri in Eccleſia noſtra ne pœnitudinis dolore deſiccentur. Vbi es Notaria periclitantium? vnge diſcriminatos à ſtatu gratiæ & miſericordiæ, muſtum impendas olei, muſtum ò Virgo, magna eſt enim velut mare contritio noſtra, pericula noſtra, diſcrimina noſtra. Vbi es ô dolium ſitientium? vnge inunge fauces, & ora Canentium te, ne claudantur ora confitentium tibi, te laudantium. Dolium olei, tota es, plena es, eructa quod effluit à tuâ plenitudine, & eructabit cor noſtrum Verbum bonum, dulce, mollitum, quod te audire & deceat, & delectet. Vbi es, Electrum vitæ? ſpecies Electri? Succinum amoris? mergamur in oleum, vt viuamus ab oleo. Vbi es Luminare minus, lampas cœli, & ego quidem mendicus ſum, & pauper: at ſi inunxeris me, ſi liceat ſtudere viſceribus miſericordiæ, apud oleum tuum, lucernam tuam, æſtimabo me ditiorem Crœſo, & magno Salomone opulentiorem. Vbi es Brauium Cœli? omnes quidem currimus, & vnus accipit Brauium, vnus ſolus, vnctus inunctus, benè pinguis & profundatus in miſerationibus tuis. Vbi es ô pignus deſperantium? vnge, vnge, inunge fluctuantes, & dubitantes & deſperabundos, Ecce enim ante faciem noſtram præcipitium, & a tergo lupi, non eſt modus euadendi, niſi tu inunxeris. Vbi es ô oblectamentum Dei & hominum? oleo enim vtuntur Dij & homines, Scriptura teſte. Tu Deum inungis, cum eum concilias, tu nos inungis, cum lætificas iuuentutem noſtram, cum exhilaras faciem in oleo; Vbi es ô gratioſa ſpecioſa? ſuperinfunde nos, Non menſura cordis mei, ſed menſurâ coa-

gitat

tata ſupereffluente, quam docuit te filius, effundere in gremium de-ecantium. Vbi es ô via errantium? ad te vergunt, ad te pergunt, de-leria noſtra, pedibus affectuum & vnà corporum, ſed vbi es? vbi es? & ce ibi es, & ibi es, & vbicunque es, plenum eſt Cœlum & terra mi-ricordiâ tuâ, ibi es, vbi miſeria eſt, vbi labor eſt, vbi angor, vbi tus, vbi funus vbi Clamor, vbi Lachrima, vbi Mors, vbi perditio interitus; modò tu inunxeris, ſalua res erit, & ſalua res eſt, nec la-r erit, vbi fluet oleum oliuæ, oleum Mariæ, nec miſeria, nec angor, ec fletus, nec funus, neque Clamor, nec lachrimæ, nec Mors ipſa, c perditio nec interitus obruent: ſed ſanitas orietur in pennis noſtris. ed vbi es? Et ecce ibi es, vbi immaculatus Conceptionis tuæ Ordo eſt, irginem illibatam inunxiſti, in exitu vſque ad ſummum, Franciſca-am inunxiſti formoſam, formatam, vitâ Reformatam illuiſti. Ecce i es. apud Beatricem maduiſti oleo. Pugnantem vnxiſti, ne rueret. iuentem vnxiſti, vt conſiſteret. Durantem vnxiſti, vt glorioſa vi-eret. Glorioſam vnxiſti, vt memoria illius flueret oleo, in Conceptio-is ordine, in domo tua, in honore tuo. Vnxiſti plantulas eius, tan-uàm lampades ignis, atque flammarum, quæ & ſplendorem commu-icant Seraphicæ domui, nunquam interituram, dúm (quod perire equit) non ſteterit oleum. Nunc Porrò Beatrix collaudat Beatricem leam, te, dulciſſima parens, & nos cum illâ. Beatrix extollit crea-ricem oleam (creaſti enim nouum ſuper terram, ordinem Immaculatæ onceptionis) & nos cum illâ. Beatrix honorat Humiliatricem ca-itis Draconis, & nos cum illâ. Beatrix exaltat Reparatricem om-ium, in madore olei, & nos cum illâ. Beatrix ſuſpicit Inſtitricem ro defectibus noſtris, in miſericordiæ oleo, & nos cum illâ. Beatrix xtollit Saluatricem omnis viuentis, in oleo filij, & nos cum illâ. Bea-rix diligit Tutricem Clientium, in Clementiæ oleo, & nos cum illâ. Beatrix colit Matricem & Matriculam beandorum, in tuæ virgini-atis oleo, & nos cum illâ. Beatrix amat Mediatricem per viſcera niſericordiæ, & nos cum illa. Beatrix aduocat te Amatricem & Adiu-ricem in copiâ olei, & nos cum illâ. Beatrix, collaudat Nutricem Eſu-

rientium

rientium in abundantia olei , obſtetricem parientium Chriſtum , & nos cum illa. Beatrix reueretur Doctricem timidorum , Electricem beandorum , Liberatricem perditorum , in oleo , per oleum , ex oleo ſtillantis miſericordiæ ; & nos cum illa. Beatrix gaudet protectrice cælorum , Ah vtinam nos cum illa. Beatrix conuiuit Gubernatrici paradiſi, in fluore olei, quandò nos cum illa ? donec volemus ad te, qui volumus te, qui amauimus, qui credidimus, qui dileximus, qui ſperauimus , qui prædicauimus , te , oliuam ſpecioſam ; & quidem aliam mercedem nec præſtolantes , nec optantes omnium noſtrarum laudum, quàm ipſam te , oliuam pulchram , vberem , fructiferam , ſpecioſam , quæ ſine labe immaculata viuis Regina in ſempiternum. O Beatrix. ô Creatrix. ô Humiliatrix. ô Reparatrix. ô Iuſtificatrix. ô Sanctificatrix. ô Tutrix. ô Mediatrix. ô Amatrix. ô Adiutrix. ô Nutrix. ô Obſtetrix. ô Protectrix. ô Gubernatrix. ô Doctrix. ô Electrix. ô Liberatrix , à væ miſeriæ , à væ pænæ , à væ culpæ. Aue in æternum , Aue.

Hic Imago 3.

Vita



Viuifici roris, plenus Gabrielis in oris,
More Reformator, format et ore gregem.

Der held war voll des gaistlichen öls,
In der Prouintz Sant Gabriels.

③

Guardalupum sensère lupi, stetit ardu
Instar equi frenans, ore, capistra tul

Er iagt die wölff von Christi herd
Trueg ein gebis gleich wie die pferd

Vita Venerandi Patris, & magni Serui Dei, Fratris Ioannis de Guadalupe, Fundatoris Prouinciæ S. Gabrielis: de eximio & ardenti Zelo, quo flagrabat Reformandi Ordinis, & de miris mortificationibus eius.

CAPVT. XI.

PROVINCIA S. Gabrielis, omni tempore complurimis deuotis fratribus, ſanctæ & exemplaris vitæ apud Deum, & ſæculum, fæcunda reſplenduit, ſed præcipuè in fundationis exordio, diuerſos habuit æternæ laudis Heroes, quorum memoria, & inſignia opera, quamuis temporis diuturnitate, & ſcriptorum negligentiâ, aliquatenùs obliuione euanuerunt; Non tamen permiſit Altiſſimus, admirabiles ſoles iſtos, ſub modio, cum operationum luce recondi, quin aliquâ ex parte, ad noſtram correptionem, in quos fines ſæculorum deuenerunt, promicarent & mundo vniuerſo, ad Maieſtatis Dei gloriam, ac Seraphicæ Religionis honorem, ſcintillantes geſtorum reliquias diffunderent. Quamobrem quidam Patres Religioſi antiqui, viri deuoti, religione ſtabiles, ac teſtes veridici, ſynceri, & omni fide digniſſimi, pro comperto nobis reliquerunt, ſe mirabilia & inſigniſſima opera, Patrum iſtorum, à Veteranis Seraphicæ militiæ viris Prouinciæ prædictæ, cùm audiſſe, tùm vidiſſe, quorum traditiones conſequendo, intrepidè vitas eorum delineandas aggredimur. Cuius magnæ ſanè molis, auſpicium, locamus in Venerando Patre Fratre Ioanne Guadalupe, Primo huius Prouinciæ Fundatore. Quem perfectionis Euangelicæ, & obſeruantiæ Regularis Zelotem, timoratum, virtutibus abſolutum fuiſſe, probabunt ea, quæ dicentur, & iam vulgata totius orbis fama, ac certitudine compertũ eſt.

In Religione filius fuit Cuſtodiæ Angelorum, quæ erat primaria, Obſeruantię, Cuſtodia Reformata; in qua multos annos optimo exemplo & ſpirituali fructu animarum, religioſè peregit, manſitque nonnihil ſtans in teſtamento ſuo, donec facta ſuper eum manu Domini, ardentiori paupertatis minoritanæ deſiderio, cognouit Arctiorem eſſe viam, qua fratres maiori benedictione roris Cæleſtis, rigore, & penuriæ paupertate conuenirent, quàm, ea, quâ in prædicta Angelorum Cuſtodia, paſsim viueretur.

Vt igitur quod ſanctè, animo ſuo propoſuerat, opere, compleret, cœpit lacerè contectus, & propemodùm nudus, pedibuſq; omnino diſcalceatis procedere, habitu ſtricto, anguſtoque & viliſſimo, caputio paulùm ad morem Seraphici Patriarchæ noſtri, acuminato; in eremitorijs & pauperrimis Conuentibus, vitam Angelicam planè tranſigere. Fuit hic Zelotes ſingularis, Amicus, Collega & reſpectiuè, diſcipulus magni illius ſtrictioris Obſeruantiæ Ducis, Ioannis de la Puebla, Cuſtodiæ Angelorum Inſtitutoris (de quo ſuprà) eiuſque fidelis coadiutor in Recollectione, & augmento Cõuentuum eiuſdem Cuſtodiæ, à quo tutiorem modum euadendi in virum perfectũ menſuræ, ætatis, plenitudinis Chriſti, & Seraphici Franciſci, frequenti commercio & conuerſatione didicerat. Ideoque feruentiori deſiderio, ſeipſum mancipans, & extendens ad anteriora, crebriorum orationum exercitio, diſciplinis acrioribus, Regulæque, Obſeruantię, ac ſanctiſſimæ paupertati, mundi contemptui, ſecundum exemplar in monte propoſitum, ſancti nempè Collegæ ſui, ac Magiſtri; deſeruijt, adeò vt & ipſum ſuperaſſe videatur Magiſtrum: tantus quippè erat, ardor viri, labor indefeſſus, nocturna diurnaq; in laboribus inquietudo. Nam quod pro legitimâ Reformatione Ordinis ſui præſtari poſſe cõſideret, hoc ipſum illi vitâ Charius erat, quam totam (vt notabimus) impendere, pro illâ ſatagebat, imò totus ſuperimpendi.

Hic

Hic ſanct⁹ Frater ſuperno numine motus, cum ad huiuſ-
nodi Reformationem traheretur, Guardianum agebat Cō-
entus, memoratæ Cuſtodiæ, S. Dominico dicati, & vicini
aradilliæ, Pago Comitis Orapeſa, nuncupato. Vbi ſolertèr
ræuidebat, ſe propoſitum ſanctum obtinere atque efficaci-
er exſequi non poſſe (maximè ſi ad Patres ordinis fama ne-
otij vulgaretur) ſine contraſtantium inſigni duello, & tri-
ulationum atque improperiorum ludibrio; vndè extem-
lò virium ſuarum experimentum ſumens, Inuocato præ-
enti Dei adiutorio, probare ſe voluit, vt in patientiæ pale-
râ certaturus, poneret eius primum fundamentum, Humi-
tatem. Quibus armis, confidebat in dexterâ virtutis Dei, ſu-
eraturum ſe, ac diſſoluturum omnes machinas ſpiritualis
equitiæ, in Cæleſtibus, & terreſtribus. Nec caſſus fuit con-
dentiæ effectus, in tantā enim ſui domitorē & contemptorē
uaſit, & neglectorē omniū factorū extra Deū, vt prodigium
ieret multis, & mirabilium operū, vnum ſtupendū ipſe pro-
aret miraculū. Inter alia quandoq; in publicū nō modò co-
ā fratribus, ſed etiā ſæcularibus prodijt, clauo ferreo, craſſo,
oblongo, ad os proprium inſtar fræni accommodato, cuius
xtremis capitibus funiculum appenderat, prorſus in ſimili-
idiuem benè frænati Equi: iuſſit autem fratri adiuncto, vt
llum funiculo manibus apprehenſo, traheret quòquò vel-
et; impelleret, raptaret, pugnis exciperet, ad lubitum. Quod
uporem hominibus quidem intulit, ſed quòd intendebat
anctus, potiſſimùm, ſui ipſius contemnendi exemplum, &
nateriam ſubminiſtrauit. At non his ſaturabatur. Verùm ad-
uc in humeros ſuos, clitellas affigi demandabat e aſque fune
d corpus medium conſtringens, ſonorus coram populo ſa-
iente, tanquam inſipiens ipſe, cum Chriſto ſuo, comparuit.
Vbi maximo Spiritus feruore prædicās; hoc humilitatis actu,
uditoribus ſuis reuera Dauidicum illud inculcare conaba-
ur; Pſalm. 72. *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper te-*

 cum,

cum, ac ſi Deo diceret. Eccè modò mundana curioſitate deuicta, ſarcinam Euangelicam ſupportare diſpoſui : vtere me tanquam iumento ad Herilem nutum ſemper diſpoſito, & tractabili, non recuſo Imperium; ductum, & tractum diuinum, quin ſtimulos miſeriarum tui causâ, delicias reputo, trahe me poſt te, in viam mandatorum tuorum currens, exultabo: diligenter me extendens, & expendens, ſi quo modo comprehendere poſſim (in quo & comprehenſus ſum) Amorem ſcilicet Maieſtatis amantis, & brauium non vilis ſupernæ vocationis, in Chriſto IESV Domino meo.

His & ſimilibus, in concione perſiſtens, magno deuotionis ardore populum ad humiliandum ſe, & ad præbendum ſe tantos quantos, velut animalia terræ domeſtica, & cicurata ſub potenti manu Dei, & in conſpectu Altiſſimi, hortando commouebat; aſſeuerans, quod ob nullas tribulationes infirmitates, aliudue ſenſui humano difficile, & aduerſum ſubiectus homo, à Deo ſuo abduci deberet, aut ſponte aduerti Aliquando totum ſe cinere conſpergebat, aliamuè ſingularem demonſtrationem, ad mortificationem ſui, ſumpto prius de ſeipſo doctrinæ publico experimento, præſeferebat. Ad patientiam optimo ſpectantium exemplo (quaſi iam vndequaquè perfectus) promptiſſimus erat, fratres tamen eam inter ſe, humilitatem admirantes, non audebant, tanquam à Superiori ſuo factorum eius mirabilium, aut cauſam, aut intentionem exquirere, quod nimirum crederent à tanto viro, nil, niſi quod à Sancto ſpiritu, ſuggereretur, manifeſtari mundo potuiſſe. *vide Ioan. Bapt. Mol. in mem.*

Quo

Quomodò Pater Guadalupenſis, duo Breuia à Summo Pontifice, in fauorem ſanctæ Reformationis impetrarit, & de tribulationibus ideò toleratis.

CAPVT XII.

CVm Pater frater Ioannes à Guadalupe, multos menſes, & annos in Patientia & humilitate ſtrenua, tranſegiſſet, iamque Dei beneficio, repletus ſpiritu bono, & ſancto zelo, ſecundùm ſcientiam, paratum ſe obtenderet, ad omnem laborem, ac perſecutionem, alacritèr ſuſtinendam, pro beneplacito dilecti Conditoris. Anno Domini 1446. Guardianum agens in Conuentu Paradilliæ, propoſitum ſanctæ Reformationis inſpiratus a Deo, audactèr emulgauit, circumſpiciens omnem occaſionem, quâ rem ſacratam opere compleret: Inueniens autem quoſdam deuotos religioſos deſiderio ſuo, bonæque intentioni valdè propenſos, iſtorum auxilio, ſtatuit ſe ab alijs fratribus ſegregare, ac nouum Conuentum in Regno Granatæ (quod Rex Catholicus temporibus illis obtinuerat) ſeorſum deligere, id, quod pro ſpirituali animarum illius regionis, nouiter ad Chriſti fidem conuerſarum, profectu, valdè conducere colligebat. In hoc ſancto Conceptu, à ſpiritu ſancto patre cogitationum fidelium, promotus, Superiorumque impetrata licentiâ, Romam abijt, vbi à ſummo Pontifice Alexandro VI. Breue quoddam, datum 25 Septembris 1496. obtinuit, quo ſua Sanctitas, liberum illi faciebat, Monaſterium vnum in Granatenſi regno conſtruendi, & in ſuam ſocietatem ſex Obſeruantium fratrum ex qualibet Hiſpaniæ Prouiuciâ, qui in meliorem frugem, & bonam Reformationem inclinatiores & aptiores eſſent, admittendi; hoc tamen pacto, vt à ſuis ſuperioribus, licentiam expeterent, quâ petitâ, quamùis non

non obtentâ, mandabat Papa Breuis ſui exarati vigore, ſequi poſſent Reformatorem Patrem Guadelupum, ſine contradictione, velut ſuperiorem legitimum ſuumque Miniſtrum. Quem quoque Nulli alteri, quàm Miniſtro Generali, (qui eo tempore erat Frater Conuentualis) ſubiectum eſſe volebat. Conceſſit ad hæc, vt fabricato Conuentu, Nouitios, in ſancta regulari obſeruantia imbuendos, pro Reformationis emolumento, & augmento, arbitrio ſuo delectos, ſuſciperet. Conſtituit eum prædicatorem Apoſtolicum, multisque gratijs, & priuilegijs, vt ex dicto Breui colligitur, eundem honorans. Motus eſt autem hic pater Guadalupes, non inſtinctu proprio ſolo, ad prædictam ſedis Apoſtolicæ opem implorandam, ſed de Miniſtri ſui Generalis, qui tùm P. Franciſcus Sanſonis erat: ratihabitione, venia & ampliſſima voluntate, cui reſpondere, ac parere rationabile ac par fuit, vel ipſo etiam poſtmodum Authore Papa, hoc ipſum commonente, & ſpiritu Dei comprobante. Litterarum itaq; Papaliũ Expeditio, Reuerendiſſimis Prælatis, Archiepiſcopo Granatenſi, Epiſcopo Feanenſi, & Priori Dominæ noſtræ de Guadalupe, commiſſa eſt: vt quilibet eorùm ſimul, vel ſeparatim, auxiliare brachiúm illi porrigerent, ad Neceſſariam Exſecutionem. His, ſpiritu lætior Effectus Guadalupes, habita ſuæ Sanctitatis benedictione, in Hiſpaniam rediјt, plenus ſitibundo ardore & ſancta cupidine, fætus ſui iam maturi, in Domino Parturiendi: Peruenit ergo ad exhibendam reuerentiam Reuerendiſſimo Franciſco Borgiæ Epiſcopo Feanenſi, prædicti Pontificis conſanguineo, ac Breue, illius manibus humilitèr offerens, quod optabat, obtinuit, diligenter enim perlecto, & conſiderato Papali decreto, Præſul illicò vt executioni mandaretur, ordinauit: ſtatimque & ipſe Guadalupes, cum Nonnullis boni ſpiritus collegis Zelatoribus perfectionis, piâ quâdam vniformitate, cepêre omnes habitu pauperculo, & palliolis anguſtis, ac

breuibus

reuibus ex rudi panno, benè tritis ac laceris, & (vt ſancti
oſtri patris Epithero dicam) repetiatis, capucio quidem
nonnihil quadrangulari, ſed ad ſuperiorem concauitatem,
parumpèr acuto, ſuoque habitui firmitèr aſſuto, procedere,
cinctura funis erat, rudior ille &, craſſus, diſcalceati rigebāt
pedes, & (in quo verſatur Religionis cardo) ipſi corde ſolo
n Deum directi, per Regnum Granatæ magnâ miraque cum
ædificatione, ad ſtipem circuibant, in omnibus veræ for-
næ Euangelicæ & genuinæ Regulæ, Seraphici patris, moni-
menta præbentes: populus, viſo & feruore, & habitu nouæ
conuerſationis, Religioſos iſtos noſtros, Fratres de Capucio
ob capucium acutum) primitùs appellarunt; quod nomen,
a primâ frōte, quaſi in opprobrium illis imponi cenſebatur,
nihilominus paulatim Indè, hac voce, communi cum ingen-
ti gloria & applauſu mundanorum, celebres facti ſunt, ſe-
quentibus nempè ſignis & mirabilibus, per quæ, vocatio-
nem eorum, Deus Authenticam reddidit, vniuerſæ plebi.

Prædicabat Guadalupes (beneficio quidē ſedis Romanæ,
dictus prædicator Apoſtolicus) ſed verè mirabilis nomina-
tus vbique, quippe qui ſemitam Apoſtolorū (ſtrenuè morti-
ficatus) mundo, & in ſe contemptus, ingreſſus eſſet, fructu i-
ſtarùm Regionum incomparabili, quotidiè proueniente.
Quarè ab omnib⁹, vt magn⁹ Dei ſeru⁹, in ſingulari veneratio-
ne ſuſpiciebatur; Tāetſi verò in eo regno, locum pro ædificā-
do, iuxta deſiderium ſuum, monaſterio (vbi pauperem vitā
ageret) nondum comperiſſet, Compluribus tamen diebus
in Eremitorio Orepeſano, & deinceps in Placētino, cum ſo-
dalibus, quos virtute Breuis, adduxerat, commoratus eſt.

Iam aliquot dies, in laudabili conuerſatione, cultuque
diuino tranſegerat pius Pater. Et ecce quidam, nec illi pau-
ci, Obſeruantię fratres, obtentis ſub: & obreptitiè Breuibus à
ſede Apoſtolicâ, vagari perrexerunt extra ordinem, magno
Religionis detrimento, & intolerabili ſæcularium ſcandalo,
mora-

morabantur enim alij, in habitu Eremitarum: iſti in Clericali ſæcularium formâ, Tertij cum recento quidem habitu proprio, ſed beneficijs Eccleſiaſticis gaudentes. Cui famoſæ indecentiæ, & præſumptæ iniquitati obſtare volens, Pater Vicarius Generalis Obſeruantiæ Vtramontanæ, Papã Alex. VI. dato informationis libello, accuratè commonuit, qui cognita facti veritate, ad tollendos petulantium abuſus, Breue plenarium Vicario Generali dedit, quo, Breuia iſtorum fraudulentèr extorta, ſub quouis prætextu extra ordinem viuendi, penitùs abolerentur: ſingulis & omnibus ijs ſub maledictionis Interminatione præcipiens, vt quantociùs, ad obedientiam ſuorum ſuperiorum de Obſeruantia reducerentur.

Quo expedito Breui, & Regis Catholici auxilio, Vicarius Generalis, ſingulos quotquot extra clauſtra, adumbrata iſtâ licentia victitabant, ſine morâ, ſub iugùm obedientiæ ſuæ compellebat. Et planè magnum hoc opus, & ad conſeruationem Regularis diſciplinæ, magnæ efficaciæ fuit, nemoriturǽ laudis, contra diſcolos, & fucatos, ſine ſpiritu præſumptores.

Nihilominus tamen, indè non modica quædam conturbatio in miſeros innocẽtes fabricata eſt, quandoquidem Obſeruantiæ Patres, Breuis illius vigore, in Patrem Guadalupem, & ſuos conſurgere nitebantur Adeò vt pauperculus ille, pro maiori quiete, & ſecuritate, tam ſancti operis cæpti & probati, coactus fuerit, Romam repetere: Vbi ad pedes Pontificis prouolutus, Breue ſuum quod a Sanctitate ſuâ quondam, de meliori notâ, & deliberatâ cauſâ receperat, eidem præſentauit, narratiſque ijs, quæ in Hiſpania contigiſſent, zelum porrò ſuum antiquum, & ardentem animum ad veram perfectionem, vitæque reformationem, Beatitudini ſuæ, feruenti ſermone, in memoriam reduxit; ſupplicando, & inſtando, dignaretur ſua Sanctitas declarare mentem

ſuam

ſuam, vellet nè? ſub breui poſtremò Patribus Obſeruantiæ indulto (quo ſicut auditum eſt, cauebatur, vt fratres ordinis omnes, qui ſeparatim viuebant, ad Obſeruantium Obedientiam cogerentur) ſe & ſocios ſuos comprehendi? & conſequenter Breue ſuum, quod ex certâ ſciētia, & motu proprio, cōſiderato quoq; negotio, de plenitudine poteſtatis, in fauorem Reformationis exaraſſet, annulari mandaret? Ad quam inſtantiā Sanctitas ſua, animaduertens ſinceritatē ſerui Dei, illiuſq; indolē, ac mentem bonam, quam præferebat, in partē rationabilem, & Piam magis inclinata, nouo Breui ſub dato Romæ 25. Iulij 1499. id, quod pri⁹ Patri Guadalupo indulſerat, confirmauit, exemptū eum eſſe volens, cum omnibus ſuis, & declarando, eos exemptos à Diplomate, quod Obſeruantibus, priùs indulſiſſet; quin potiùs ampliorē facultatem ei conceſſit, vt non ſolùm fratres ſex in ſocios ſibi adhibere liceret, verùm etiā quotquot aſpirarēt ad Reformandæ Vitæ conſortiū ſyncera puraq; intentione, petita priùs, licet non obtenta licentia, à Guardianis ſuis, abſq; vlla Apoſtaſiæ nota, & improperio tranſeūtes, admitteret; Adijciens grauiſſimas Pœnas in audaculos omnes, qui temerè impoſterùm Deciſioni huic Papali, contrauenire præſumpſiſſent, cui quidem Breui, per quodcūque aliud contrarium noluit derogari: ad quod ſeruiebant, multæ aliæ validiſſimæ clauſulæ, neruoſè roborantes. Executores autem huius Pontificiæ voluntatis Reuerendiſſimi Epiſcopi, Feanenſis, & Placentinus, ſimul cū Aluaro Porcallo Canonico Placentino, Viri omnes maturi conſilio & virtute conſpicui, deſignati ſunt; Præſentato igitur Breui, ac recognito, Epiſcopus Feanenſis totum quantū, vt erat ex mente, ac tenore Pontificis, Executioni mandauit. Intereà Pater Guadalupus, priuſquam Roma diſcederet, literaſq; Apoſtolicas in Hiſpaniam deferret, à fratre Egidio de Ameria Procuratore in Curia Romana, tanquam Patris Franciſci Sanſonis Generalis Miniſtri Comiſſario, patentes

accepit, quibus eum ſub Obedientia ſua colligebat fouendum, & à Patribus Obſeruantibus eximebat, ac liberatum, ſeparatumque totalitèr pronunciabat. Quippè qui virtute Breuis accepti, nulli alteri quàm Miniſtro Generali ſubijceretur; Licentiam ergò & iſte dedit ædificandi domos, ac Monaſteria Reformata, non vnum, ſed plura, & quæcumque à Principibus, & Dominis nobilibus, alijſque, illi deuotis perſonis, offerrentur, acceptandi, & vbiuis per loca illa, Nouitios aſciſcendi.

Qualiter P. Guadalupo multi Fratres, ſanctæ Reformationis Zelo aggregati ſint: & quâ ratione in Luſitania, Ducis Brigantinorum auxilio Conuentum primum, Prouinciæ Pietatis, extruxerit.

CAPVT XIII.

HISPANIAM Pater Ioannes Guadalupes aſſecutus, coniunxit ſe deuoto religioſoque fratri Petro Melgario, quòd & ille flagrantiſſimo ſpiritu, ac feruore Ordinis Reformandi duceretur; Vbi quidam Truxillienſis Eques, amborũ fautor eximius, vicinam domũ illis, in eadẽ ciuitate conceſſit: Hoc reſcientes Patres Obſeruantes, virtute Breuis ſui accepti, rem ſanctã modis omnibus impedire nitebãtur; tamen à Patre Guadalupo litteras, quas tenebat, Apoſtolicas competenter edocti, tandẽ dedêre manus, & acquiêuêre; ſed & literarũ Breuis Apoſtolici lectio cauſa fuit, cur cõplures, quibus animæ ſalus auidiùs cordi erat, ex Prouinciâ S. Iacobi, Patri Guadalupo ſociarentur, inter quos peculiariter ſpectabilis erat, frater Angelus Pincianus, vir in DEI ſeruitio admirandi feruoris, & Frater Ioannes Paſchalis deuotiſſimus

mus idem. Tali tamque glorioſo comitatu Anno 1500. in vigilia Annunciationis Dominæ noſtræ, domum iam dictam, quæ in Extremadura ſita eſt, lætanter accepit, illamquè, ſub nomine Dominæ noſtræ de Luce, dedicauit: Eodem itaque die, & anno, initium illa Reformata Prouincia ſumpſit. In hoc autem primo Conuentu ſecundum ſanctam paupertatem conſtructo, in ſancta pace viuebant vnanimitèr, ſingulares ordinationes quaſdam pro conſeruatione ſancti rigoris, & regularis intenti, adinuenientes, quas, tùm quò ad modum fabricæ Eccleſiarum, & habitaculorum, tùm quo ad veſtitum, quem ſuprà delineauimus, inceſſumque pedibus diſcalceatis, & in omnibus tenendum arctum vſum paupertatis; deniquè quantum ad contemptum diuitiarum, & deliciarum mundi, ac Apoſtolicæ vitæ perfectam conformitatem, atque imitationem conſectandam, ſtatuerunt. Fuit vita iſtorum Patrum admirandi rigoris, & aſperitatis; nihilominùs coniuncta patientia, & humilitate durantes, fama ſanctimoniæ in vicina loca percurrente, ſtuporē, & deuotionem populis cùm magna conſolatione, ſuggeſſerunt: reddentibus iſtis, gratias magno Deo, qui tantorum virorum ſocietate, & viſitatione eos dignatus ſit.

Creſcente porrò huius deuoti gregis numero, Paſtor bonus Ioannes Guadalupus, alteram Eccleſiam, cum Monaſterio apud Villam nouam Fraxini, ſub titulo, Dominæ noſtræ de Spe; alteram item, non longè à Pago Salualeone, in comitatu Feriæ, ab ipſo, montem Sion, appellatam erexit, acceſſit quoque eorum opera, & alius Conuentus Moncarij, iuriſdictionis Alconchelij, Dominæ noſtræ, de Luce, dicatus, qui, quo ad templum, inter omnes alios, quas, religio habet, Conuentus, deuotiſſimus aſſeritur, tùm quod Eccleſia hæc parua ſit, tùm quod in petra mirabiliter inciſa, id quod multos in admirationem rapit: tùm etiam quia Eremitorium cum aliquot Cellulis, omni ex parte, inſigni pauper-

tate decoretur; vbi ſupèr fluuiolum Cryſtallinæ aquæ, è regione collis admodùm venuſti, locus ſanctæ orationi, & contemplationi verê proportionatiſſimus eſt, vbi religioſi in Deum ſuum quaſi transformati, abſorbebantur, qui, cæteris omnibus, ſtudium orationis, & feruoris Spiritus, anteponentes, quod affectabat, Seraphicus Pater noſter, & ipſi viritim æmulabantur. In omnibus his, & alijs locis, quæ ipſis poſteà dono accreuerunt; ſanctiſſima paupertas ſplendebat, quæ non ſolùm habitatores, ſed ipſos tranſeuntes extraneos, ad deuotionem, & amorem ſui, conciliare valeret. Eodem tempore ad Reformationem venit, egregius ſeruus Dei, frater Michaël de Angelis Cordubenſis; qui cum eſſet apprimè in regimine fratrum verſatus, & amabilis, à Patre Guadalupe in Luſitaniam ire parante, Conuentibus iſtis, Commiſſarij ſui loco relictus eſt. Guadalupes poſt multos itinerum labores, demùm Oliſſiponem cum ſocio regreſſus; dùm in Palatium regis contendit, ecce Dei prouidentiâ in aditu Portæ, Ducem Brigantiæ Ioannem nomine, obuiantem, qui cum regis nepos eſſet, proindè vir ſummæ in eo Regno authoritatis habebatur; hic cum eos intueretur, diſcalceatos, habituque paupere ac fruſtorum multitudine benè conſuto, capucio quoque acuminato, (Eâ formâ quâ S. Franciſcum aliàs depictum coluerat) hæſit animi dubius, quid de tantâ præſumeret auſteritate: Commotus ergò, & compunctus in ſe, ad pœnitentiæ, Elegantiſſimum ſpeculum, Calcaribus equum vrſit, ſequè conſpectui fratrum lætabundus ingeſſit, & vultu ſereno ſciſcitans, vndè eos haberet, quiduè inquirerent? Pater Ioannes Guadalupes interroganti quamuis ignoto, reſpondit, ſe fratres eſſe D. Franciſci, Caſtellanos, & illuc veniſſe ob negotia quædam ſuæ Neceſſitatis expediendа, ſubiecit Dux, reciperetis, inquit, vnum Monaſtarium in hoc regno? Domine, replicabat Guadalupes, Hoc vnum

vehe-

hementèr optamus, in hoc venimus vt in ſalutem noſt-
m, & auxiliùm proximorum deſudemus, hic finis noſter,
ius reſpectu lubentèr à domo noſtrâ exulamus, vt Altiſſi-
o, in prouincijs & regnis remotioribus fructificemus. A-
iecit Dux, per charitatem, inquit, veſtram, hoſpitamini in
omo meâ, eſt enim, quod latiùs ex animi mei deſiderio, &
ccurrentibus dubijs communicemus. Acquieuit Pater in-
itanti, & cum Duce palatium ingrediens, cognouit à pediſ-
equo Ducis, quemnàm ſequeretur inuitatorem, quarè men-
s lætitiâ plenus in ſe, & Iubilans internè ſuo benefactori
eo, ob felicem hunc Olliſiponenſem introitum, ſecutus eſt
ucem. Cuius domum ingreſſi humaniſſimè ſuſcipiuntur,
rinceps inde à Patre Guadalupe informatus, de Breui Apo-
olico, quod tenebat, ac de magno Reformationis deſide-
io, Ex intimo corde congratulabatur, & ad conſolandum
llum, maioribus medijs promptiſſimum ſe offerens, aſſig-
aturum ei domos, reſpondit, quò pium ſanctumque opus
xequi valeret; ſtatimque locum quendam in ſuo oppido,
icto, Villa vitioſa, propoſuit, quem Frater Ioannes gaudens
ecepit, ac Dominæ noſtræ, de pietate conſecratum cõmiſit;
nde originem, principium, & denominationem eadem
uæ dicitur, Pietatis prouincia, poſtmodum ſortita eſt.

Cæterùm Princeps ſanctæ Reformationi devotiſſimus,
llius amore adeò æſtuabat, vt propemodùm, ad momenta
ingula, eodem in cænobio fratribus aſſociaretur, cũctis eo-
um actionibus, tàm orationi, & diuinorum officiorum reci-
ationi aſſiſtens, quàm diſciplinis, ieiunijs, & auſteritati vitæ,
on ſecùs, quàm ſi in numerum eorum conſcriptus, ac reli-
gioſus eſſet, äduigilans. Quo cæpto pede, progrediens, ſta-
tuit abdicare ſe mundo, & apparentibus pompis, ac com-
moditatibus eius, vt Reformat⁹ & diſcalceatus, dilectos ſuos
patres cõſequi potẽs, glorioſa, mẽdicitate frueretur, pro quâ
re apud iſtos, & ſæpiùs inſtitit, & obſecrauit eos ſub dubi-

tantes. Tandem, vt exſequeretur diuinam voluntatem, ex Luſitaniâ Romam adijt, ne Rex patruus, alijque ex eius commiſſione, & inſtinctu ſubornati, remoram & obicem Negotio ponerent, id quod reuerâ contigit; Rex namque Ducis huius propoſitum animaduertens, cum illum teneré diligeret, nec potuit, nec voluit vllo modo illius ſocietate priuari; Et hoc quidem miræ prouidentiæ, diuinæque voluntatis erat. Nam hoc pacto, Dux ipſe animo reformatus, non habitu, dum in ſæculo cum poſteris ſuis perſiſteret, Reformationis protectorem, defenſorẽ, ac fautorem in Regiâ, & vbiuis locorum, ſolertiſſimum ſemper egit, vſque ad mortem, id quod patuit Ex capitulo VI. ſupra (quod huc inferi non potuit, ob continuationem Beatorum PP. in ſerie ſuâ ſequentium.) *Franc. Gonzag. in prou. pietatis. Ioan. Bap. moles in memor.*

De Varijs, & Continuis Tribulationibus, quibus Pater Ioannes. Guadalupes: ac Reformati Vexati ſunt, ac de illius Sancto fine.

CAPVT XIV.

CONuentum pietatis pauperiorem illum, quàm quiuis poſſit imaginari, pro Reformatione conſecutus pater Guadalupes, propter obſequia dilecti ſui, quæ in eo, & ex eo loco, maxima illi præſtitum iri, ſperabat, eximiâ conſolatione repletus eſt, idque eò magis, quod iſti Monaſterio in Luſitaniâ, primo, tria alia adiecta fuiſſent, nempè Villæ Chaues, propinguum; & alterum propè Barcalos, dictum Boni Ieſu, & Eremitorium in Villâ, quæ vulgò à Luſitanis dicitur (Arroyo de merida) ſed conſolationem iſtam paulò poſt, alia excepit tribulationis miſeria (quemadmodum Veris ſeruis Dei, vſu venire ſolet) patres namque de Obſeruantiâ

nouum

ouum Breue à Papa,in confirmationem ſui prioris (de quo
pra locuti ſumus) impetrantes, ipſum Patrem cum comi-
bus in Ordinem Obedientiæ ſuæ redigere moliebantur. At
onatus ille ex ſententiâ illis non ſucceſſit, Miniſter etenim,
Generalis (qui tunc erat pater Egidius Amerienſis) pauper-
ılis iſtis Diſcalceatis, veram regulam perfectè obſeruare
tentibus,ex animo commiſertus,captationem illam,nouâ
nctâque inuentione deluſit; Nam patrem Guadalupum,
mnibus illis prædictis locis Prælatum, ac Cuſtodem præfe-
t, totamque congregationem,titulo ac Iure Cuſtodiæ, ſan-
i Euangelij nomine inſignitam , communijt , nec imme-
tò,cùm perfectiſſimè ab iſtis Norma Euangelica,ſecundum
ıentem Sancti Franciſci,obſeruaretur : Dehinc Patrem Pe-
um Melgarium,Conuentus Dominæ noſtræ de Luce,apud
calabriam, ſeu Caſtrum Iulij (vulgò Trugillo) & aliorum
remitoriorum, Cuſtodem inſtituit. Iam itaque habebant
xoſi Patres Reformati, duas Cuſtodias, vbi in ſanctimoniâ,
on minùs quàm ſupernâ crebriori viſitatione conuerſaren-
ır. Sed Pater Guadalupes, firmiùs ad huc pedem figere vo-
ens, à MiniſtroGenerali patentes litteras omni,meliori mo-
o, & ſtylo, eaſque ampliſſimæ auctoritatis, contra omnes
duerſantes in futurum, implorans, excepit.

Vix ea fælici omine tranſegerant SS. Patres noſtri , &
cce Nouam procellam (quia Dominus poſitos in Naui pro-
ationis, indemnes eſſe non patitur à tentatione) vt qui ele-
ti ſunt manifeſtentur. Obſeruantes enim finitimi Prouin-
iæ S.Iacobi, quià ſucceſſum Reformationis,ægris oculis in-
uebantur, & quod cùm tanto mundi applauſu , Negotium,
quotidiè altius iret , mirabili incremento; Reformatos ſibi
ſubijcere conabantur ; ſeminarium huius malitiæ fuit,quod
pedetentim melioribus obſeruantiæ ſuæ fratribus,(qui Gua-
dalupum , per rectam paupertatis viàm , auolantes à Prouin-
cijs ſuis, inſequebantur) priuarentur, cui detrimento ſic pu-
tato

tato properantibus,ijſque vrgentibus litteris ad Patrem Vicarium Generalem Vltramontanum,pèr id temporis,Fratrē Martialem Boulier(qui in Capitulo generali vigeſimo primo Aluiæ in prouinciâ Aquitaniæ celebrato, electus erat) accurrerunt. Ille verò partibus Obſeruantium, non nihil affectus, vt ex aliqua parte Reformationi obſiſteret (ne forte a Prouincijs ſeparata, cum earum detrimento, multiplicarentur Recollecti) Anno 1502. Caſtellæ coacto Conſilio Patrum ordinis, ſtatuit, vti pro Recollectis aut Reformatis, non per eam tantùm, ſed omnes prouincias Hiſpaniæ deſignarentur aliquot Monaſteria: ipſe idem, loca determinabat, ad quæ Fratres (qui in arctiori vitæ paupertate, & aſperitate viuere decreuiſſent) à conuentibus quidem ſuis exire poſſent attamen ex ſuis Prouincijs nullatenus egrederentur, nec ab Obedientia Miuiſtrorum Prouincialium ſubducerent ſe verùm reliquis Patrum S, Euangelij veſtigijs inhærentes, ab omnibus inturbati permitterentur; Domus ad hunc effectũ peculiaritèr aſſignatæ, fuerê in Prouincia S. Iacobi, Conuentus Dominæ noſtræ de Angelis, & conuentus Montiſcelij dè Hoijo, Sanctiſſima certè loca, maximæque venerationis, & reformatè viuendi modulo, valdè accomodata. Hæ quemadmodum eo ſolo fine, & induſtria, concluſa fuerê, n ſancta Patris Guadalupenſis ſocietas, plantulis ſuis fæcundaretur, ita diebus illis nullum ſortiebantur effectum. Tandem videntes Obſeruantiæ Patres, ſe prædicta Conuentuum Recollectorum aſſignatione, nil profeciſſe, quandoquidem Sancti Euangelij cuſtodia (ſe ipſa maior, quotidiè ibat, & excreſcebat) vt eam tandem ſubiugarent, ad Curiam Regis Catholici Ferdinandi, & Iſabellæ coniugis, recurrerunt, vt riſque ſolertèr indigitantes, ex hac nouitate Recollectorum non leue detrimentum Ordini, ſuiſq; Prouincijs, & Conuentibus timendum eſſe: quodque Ideò inſtantiſſimè peterent vt auctoritate Regiâ, dictis S. Euangelij patribus imponeretur

etur, vt ſine mora ſub obedientiam ſui Miniſtri reuerteren-
ur, quod ſi auſteriorem, & pauperiorem vitam, ducendi
nimus eſſet, id eos liberè præſtare poſſe, vbi ſe ad pauperes
las domos, per ſingulas Prouincias in Cõgregione Genera-
, determinatas, recolligerent: Regi hoc etiam intimantes,
iſi obedirent, expedire, eos ex tota Hiſpania propulſos, e-
ulare.

His querelis admiſſis à Rege, cùm impenſiùs in Patres de
bſeruantia inclinaretur (vt aliàs ſolebat vbi non tantùm
ontra patres Conuentuales, eos defendiſſet, ſed multos in-
uper Conuentus; ſpecialitèr famoſum, & celebrem illum
riũ Regum Toletanum, in gratiam eorum erexiſſet) ex vna
arte, Patres S. Euangelij non agnoſcens, ex altera propen-
ens amore, & deuotione ſupra dicta (bona tamen ſanctaque
ntentione) Patribus Obſeruantibus apud Alexandrum VI,
deò profuit, intercedendo, vt ſummus Pontifex, apparenti-
us rationibus præoccupatus, Victuſque, Obſeruantibus 2.
eptembris. Anno 1502. Breue expediret, quod incipit (pro-
arte chariſſimi) in quo, Illud Patri Ioanni Guadalupo olim
ndultum, ratum firmatumque Breue, reuocabat, & fratres
mnes, cuiuſcunque dignitatis ac qualitatis exiſterent, ſub
rælatorum ſuorũ obedientia viuere, Apoſtolica diſtrictio-
e cogebat. Huiuſmodi literas Apoſtolicas, in Hiſpania
ublicatas, audierunt, pauperes Recollecti, qui puritatis
onſcientiæ, & Obſeruantiæ ſuæ Regulæ zelo intenti, ex
mprouiſa rei nouitate acerbè perculſi, in ſummam deſola-
ionem, iuxtaque immeritam tribulationem proiecti ſunt,
Tamen, ceù veri ſerui domini Ieſu, ac legitimi S. Franciſci
hæredes, voluntati Apoſtolicæ, nec muſſitando quidem,
contrauenêre, ſed abſque vlla reſiſtentia, ex omnibus domi-
bus, quas in Caſtellæ Regno incolebant, patientèr eiecti,
conſilio Seraphico, fugiebant in alias terras, exulatum, cum
benedictione Dei, donec in Luſitaniam ad priora ſua loca

reuerterentur. Vbi plangebāt Domino, necopinatum malum ſuum, contra Innocentiam, & Iuſtitiam apertam, præconceptum; maximus autem dolor erat, ob impeditos cultus diuinos, & tot populorum, ſuis Exemplis & doctrinis erectorum, pullulantia bona, quæ iam porrò, abolerentur.

At Pater Ioannes, eos, pro virili confortabat Clypeo patientiæ, ceu magnus Machabæus, animos illis addens, quia indubiè, inquit, bonus Deus, & Franciſcus Electus eius, non cōcludent thronum gratię, in auxilio oportuno: eò properem⁹, humili prece: aderunt, ſtabunt pro nobis. His alijſq; diſcurſibus & matura conſolatione refecit eos; placuitque omnibus, vt is ipſe, rurſùm, Romam contenderet. Iuit impertæſus laborum; Et vbi, ad pedes Pontificis genuflexus, omnes perſecutiones per ordinem narrauit, quas ipſe & ſocij eius, in Hiſpania ſuſtuliſſent, & de præſenti ſuſtinere cogerentur, quodque de pauperculis Monaſterijs, ſuo bono exemplo, & labore conſtructis, deturbarentur, ſpecioſo nimirum prætextu vnius Breuis, à ſua ſanctitate patribus de Obſeruantia nuncupatis, emiſſi, & continentis in ſe reuocationem illius Breuis, quod ipſamet Sanctitas, ſupplicanti ſibi conceſſiſſet. Pontifex attentis animis, pleneque de omnibus informatus, velut bonus paſtor, cuius eſt fauere bonis & malignos reprimere, Fratri Ioanni, iterùm nouas, ac tertias litteras Apoſtolicas exhibuit, quæ in Conuentu Borbæ reſeruantur declarans, Breue Obſeruantibus proximè datum, illis duntaxat conceſſum, aduerſus errones, & diſcolos, qui capite ſubtracto, ex obedientia Prælatorū, foris relaxatam degere vitam cum ſæculi ſcādalo nitebantur: At, contra Fratrem Ioannem de Guadalupe, & ſocios eius, nec cogitatum eſſe, quippè quos iuxtà S. Euangelij normam viuere, & in omnibus S. Franciſci veſtigia ſequi, iam conſtaret vniuerſo mūdo. Quare Breue ſuum, longè, quàm pri⁹, fauorabiliùs, ampliùs & circumſpectiùs, ad tutelam Guadalupi exarauit. Ille onuſtus

tus gratia Papali, Hiſpaniam, conſolaturus ſuos comites, epetijt, quos quidem in pauperibus Regni Portugalliæ Cō- ontibus, inque abſcondito viuentes, reperiendos, ſuſpi- abatur; ſed vel ex eiſdem quoque locis eiectos fuiſſe, cog- ouit. Rex enim Catholicus, Obſeruantium fauore, Luſi- anum Regem, contra Reformatos exacerbauerat; factum ſt ergò, cum nemo Guadalupum ad ſuam audientiam dmittere, aut vellet, aut, præ timore auderet, Vt Aucto- itas Pontificalis Diplomatis, publicari nequierit. Ea de auſa, cum ſocijs extremas in miſerias coniectus Guada- upes, coacti fuerunt loco cedere, & (vt anguſtiati e- ant & afflicti) abſcondere ſe in ſpeluncas, & Cauernas erræ, quibus certè dignus non erat mundus, interim lijs ad ſuas prouincias reuertentibus, alijs ab Eremitorio n Eremitorium, cum periculoſa difficultate migrantibus, & flebili forma peregrinantibus, alijs Romam verſùs com- neantibus; Cæteris confugium ad ſuum Miniſtrum Ge- eralem, R. P. Fratrem Egidium, ſumentibus, qui vt erat vir acris Iudicij, & viſceroſæ pietatis; ſat probè nouerat Obſeruantium fauores, quibus in Regijs Regum hinc indè ollebant, ruminans ſecum, apertam olim Conuentua- ium deiectionem; Item, & afflictiones, quas, hi paupe- es Reformati, non ob particulam bonæ diei, ſed ob amo- em Ieſu, deglubebant; Tactus igitur dolore cordis intrin- ſecus, inſudare cæpit: pro vnione Ordinis, viriliter agens, vt omnes controuerſiæ in pace ſopirentur. Ad hoc, præ- ſtandum, perſonalitèr tranſiuit in curiam Regis Catholici (qui Anno 1504 conſorte ſua Regina Iſabella Viduatus, in luctu remanſerat) Eidem vnionem Ordinis Franciſcani ab eo ardenter exoptatam, facilè perſuaſit: Rex verò, in hoc, cum multis alijs Principibus, & præſertim cum ſummo Pontifice Iulio ſecundo (qui Pio tertio, viginti ſep- tem tantum diebus poſt Alexandrum VI. ſedenti, ſucceſ-

ſerat) tota virtute contendebant. Julius ergò Secundus, capax negotij factus, vnionem Ordinis, (Ex quo tàm ingens bonum, hinc indè ſperabatur) indicta die, decreuit, vt nempè Romæ Capitulum centeſimum Generale, & ſextum generaliſſimum, in Conuentu Aracæli Anno 1506. colligeretur, quò tandem, quatuor millia fratrum, eoque ampliùs, confluxerunt; aderant enim Generali Miniſtro, quàm plurimi Cōuentuales, & ipſi Obſeruantiæ Ciſmontanæ, atque Vltramōtanæ Vicarij Generales, ad millenum quaſi Numerum cum ſuis collecti: poſt iſtos; aduenerunt Fratres, dicti Amadæi, Clareni, Colletanei, Alijque ab ordine vniuerſo: His ſuperuenerunt, Et ipſi Patres Sancti Euangelij, propè coniunctim omnes, & ſummè deſolati, qui in Hiſpanijs figendi pedem vllum locum non haberent. Audierant autem Miniſtrum Generalem, & ipſos quoque intereſſe voluiſſe, Capitulo celebrando, ſi quam illis manum adiutricem valeret porrigere. Prodibat itaque eorum dux animoſè in medium (nempe Pater Ioannes Guadalupes) cauſam Spiritus ſancti ad Reformationis Emolumentum, ſtrenuè propugnaturus, qui cū Romam eundo, ac Redeundo, ſæpè triuiſſet iter, nudis tam omninò pedibus in frigore, niuiumque glacie condenſatâ pluuijs, & deinceps caloribus extremis, ſemper ambulabat patientèr ferens, hanc à contradicentibus ſibi cauſatam neceſſitatem; Demùm, & hac vice cum pluribus ſocijs, Romā repetijt, nec alio Spiritu aut propoſito fine, quàm vt in pura & ſimplici Regulæ ſuæ Obſeruantiâ conſiſtere ſineretur: E quidem res ſtupenda fuit, & accidit quaſi miraculum à Deo ſeruum eius, nec quicquàm tot laboribus, totuè tribulationibus fractum; multò minùs, viſum fuiſſe fatiſcere, nec ad momentum, Glorioſum Reformationis opus, intermiſiſſe quin imò cernebatur ardere, toto cordis anhelitu prorumpere, volare, procurando, deſiderando, ſtudendo, quânam aptiori viâ (quæ poſtea illi ſucceſſit) Benedicta Reformatio

pro

ro voto ſuccederet. Hoc ſpiritus igne ſuccenſus, Romam
um Fratre Petro Melgario, & alijs ſocijs iter arripuit, vt in
nemorato capitulo, ab oppreſſionibus ſubleuaretur. Appli-
ans autem ad Vrbem, iam ſenex, & plenus Dierum, propè
n viciniâ Romanâ, ex longo itinere debilitatus, poſt breuem
ontractam infirmitatem, ex hac, ad meliorem vitam benè
ompoſitus euolauit, menſe Septembris Anno 1506. gaudēs
n cæleſtibus modò, tantorum laborum ac tribulationum
quas propter Obſeruantiam Reformandam, ſuoque princi-
io reſtituendam, & fundandas firmandaſque Prouincias S.
Gabrielis ac Pietatis à ſe Reformatas, abſorbuerat) glorioſo
ræmio & fructu. Profectò memoriam ſui æternam, ob ex-
mplarem Deo, hominibuſq; gratam, vitā, mundo reliquit;
Cui acceptum meritò ferent, tanquā primariæ cauſæ, nō ſolū
am dictæ Prouincię, ſed pleræq; aliæ per orbē, quotquot ho-
lie ſtrictiori modo, ad intentionē glorioſi Patris noſtri, vbili-
bet conuerſantur. Nec minori gratitudinis vinculo huic te-
nētur aſtricti, qui ſyncerioris in ordine Reformationis Sera-
phicæ nomine, gloriantur, præſertim verò Diſcalceati Hiſ-
paniarum, quibus, velut alter cœlorum Candor ſplenduit,
viam ijs ſalutis verbo, & exemplo, indefeſſo quidem labore,
deſignans. Denique quid de Venerandi huius Patris corpo-
re acciderit, vbi ſepultum, quâ ratione? a ſcriptoribus non
innuitur. Socij tamen laborum eius, fideles ac dilecti, ſpe-
ciatim Frater Petrus Melgarius, & Frater Angelus Pincia-
nus, inexplicabilem, ex eius morte dolorem, capientes, re-
ſiduum Reformationis penſum aſſumentes, vitam laudabi-
lem, ad æmulationem Patris fideliter compoſitam, fæli-
ciſſimè conſummarunt, quemadmodum ſucceſſi-
uè narrabitur. *Francis. Gonzaga. 3. parte
prou. S. Gabr.*

Vita exemplariſsimi ſerui Ieſu Chriſti, Fratris Petri. Melgarij de Valentia Alcantarenſi, Primi Comitis, P. Ioannis de Guadalupe.

CAPVT XV.

FRATER Petrus Melgarius, Religioſiſſimus, ſecundus erat, vel potius, ſecunda Prouinciæ Sancti Gabrielis, nec non Pietatis columna; primuſque ſocius, Ven: Patris Guadalupi, vtriuſque Prouinciæ fundatoris. Qui oriundus ex ciuitate Valentiæ magiſterij Alcantarenſis (quæ eſt infinibus Caſtellæ & Luſitaniæ) nobilis genere; patrem habuit Ex illuſtri familiâ Bouadilliâ, matrem verò à Melgarijs; qui Materno quidem cognomine, in Religione nuncupabatur, vt tamen & ſubindè, Petrus de Valentiâ, aſſumpto patriæ cognomento, diceretur. Is, cum in ſæculo, ſub flore Iuuentutis, Eques ac vir nobilis, in Curiâ Regis Caſtellæ degeret, deſtinatus ab eo, ad bellum, quod ei cum Luſitano Rege intercedebat, pugnatorem in eo ſtrenuũ agens, eximia fidelitate in Dominum ſuum Regem, actionibus heroicis, & rebus in bello præclarè geſtis, Nominis non poſtremam lauream emeruit, quod præcipuè magnanimitate ac fortitudine ſuâ, caſtrum Alconchetum proximum Vliſiponæ, Hoſti eripuiſſet. Tametſi verò (vt ipſemet narrabat) aliquandò cum ſocijs equitibus contrario bello, captus, com pedibus in carcere vinctus, diligenti cuſtodia ſeruaretur, Tamen (quod rarum, in milite) inuictum ab oratione ſpiritum non relaxarit, commendando ſe Domino, & Sanctiſſimæ matri eius, Supplicando quidem pro fælici carceris redemptione, ſed tamen Beneplacitum Maieſtatis, omni deſiderabili præponendo. Hoc pacto quadam nocte fideliter reſignanti,

nanti,

nti ſe, Ecce, apparentem Carcerem tanquàm meridiano
le coruſcare, & è veſtigio corpus ſuũ catenis ac compedi-
us abſolui, ianuas inſuper aperiri: ipſe Nemine quidẽ viſo,
d animo ſtupens, viam, vt ei diuinitùs pandebatur, læto
reſſu corripuit, ac liberè domum ſuam (gratulantibus & iu-
ilantibus amicis, Viſo magni Dei miraculo, qui pios nouit
e tentatione eripere, maximè dum pulſib⁹ orationum ſuc-
lamant ad portam auream pietatis eius) regreſſus eſt.

Quod prodigium ſterile non fuit, apud Nobilem ani-
ıum iſtum, ſed mox concepto fœtu ſalutis æternæ in animo
ilitis, tantum ardorem Nouæ creaturæ pariendæ, Succen-
it, vt ſe totum extemporè, ſanctiſſimis obſequijs liberato-
is ſui, dedicare ſtatuerit, & propoſitum Exſequendi cauſâ,
eligionem & habitum inter Patres de Obſeruantiâ implora-
it. Verùm cum matrimonio iunctus eſſet, cæpit ſanctis, &
leuotis exhortationibus, Coniugi ſeruitium, & amorem ſo-
ius Dei, perſuadere, Conuicitq; coniugis (alioquin timora-
æ & deuotæ) mentem, ſubitò namque & ipſa viciſſim bene-
lacitum voluntatis ſuæ reſoluens, Sanctimonialem cœli-
atum promptiſſimè repromiſit; ille, certus, de coniugis pu-
iori vita & deſiderio (quod vt exſecutioni ſubitò daretur,
roperabat,) ſtatim & ipſe, neglectis omnibus, in Prouinciã
ancti Iacobi, Beato Franciſco, Frater, ac filius dilectus aſ-
criptus eſt. In cænobio, ad maiorem humilitatem exercen-
lam, ad ſocietatem Laicorum, ſeu Conuerſorum, aſſumi vo-
uit, quam profeſſionem, ardenti ſpiritus feruore, ad finem
vitæ ſuæ retinuit. Profectò Monaſterium Dominę noſtræ de
Angelis teſtabitur, per compluresannos, aſperrimam con-
uerſationem, & continuas orationes, abſtinentiam, extre-
mamq; paupertatem, eius, quam ſicuti & cæteras virtutes,
(totus pietatis amore ſaucius quaſi deperibat) præluxit ille
cæteris fratribus, aſſiduo quodam Incremento Regularis ob-
ſeruantiæ, de die in diem nouæ pænitentiæ & auſteritatis aui-
dus

dus inuentor, Et prout fænerator auarus, qui multis gratijs auctus nunquam tamen, eſſe potuit ſatur habendi; hac via causam dedit, vt plurimi, bono ſpiritu inflamarentur, & ipſum animoſè conſectarentur, præ ceteris autem donis, vehementer optabat videre Beatam in ordine Reformationem, (iam enim aliquantùm deferuere ceperat) aperuit autem intentionem ſuam venerando ſeruo Dei, Fratri Angelo Pinciano, ſacerdoti, & prædicatori inſigni, alijsque Patribus de Obſeruantia moratioribus: tametſi verò ab ijs, nil certi in medium ſtatueretur, quâdam tamen occaſione, Frater Petrus, & Pater Angelus, Scalabriam verſùs euntes, magno zelo, collapſam Obſeruantiam redintegrandi, fraternum pactũ inierunt, Vndè in ciuitatem ingreſſi, quod animo parturiebant, cuidam ſpirituali ſuo amico, honorabili Equiti, vocato (Ioannes de Chaues) expoſuerunt; qui recognoſcens opus dexteræ Dei, ad procurandum litteras Apoſtolicas, à ſummo Pontifice pro negotijs exſequendis, vltrò ſe mediatorem obtulit, adijciens tamen conditionem, vt Fratres, ibidèm Conuentum, pro ſtatu ſuo, pauperem extrui paterentur, in quod opus impenſiùs operam ſuam pollicebatur: illi audito ſuaui nuncio (quippe qui in Votis aliud non haberent) acceperunt legem conditionis, ipſe verò ſatis impiger Eques, ſcripſit Romã ad ſtipulatis cùm eo, infauorabili cauſa, duobus alijs Equeſtribus viris, Gometio Hernandetio de ſolis, & Aluaro de Hienoſa, hominibus Truxilli ſiue Scalabriæ Primoribus, qui communibus inſtantijs à Papâ, quoddam Breue produxerunt, cum facultate factâ Petro Melgario, in eâdem vrbe, Monaſterium erigendi, pro tenore facultatis, quam pater Guadalupes piæ memoriæ, ad conſtruendas in Regno Granatenſi domos obtinuiſſet.

Petrus Melgarius accepto Breui, accelerans cum Patre Angelo, alijsque deuotis fratribus, accinxit ſe operi, quod

tam

àm gratioſâ Papali propenſione, (more priſtino) concede-
atnr. Non potuit tamen ſanctum propoſitum (quando-
uidem Obſeruantiæ Patres, illicitam Nouationem cau-
antes, opponerent ſe) quantociùs mandari exſecutioni.
deoque Fratrem Petrum, pro vt olim indiuiduus erat Gua-
alupo, & rerum valdè gnarus, poſt eum quaſi alterum
Brachium, roborandæ purioris vitæ, ſuſcitari opportuit; Is
aucorum illorum & pauperum locorum, quæ in Caſtella
enuerat Guadalupus (quo tempore in Luſitaniam, ad alia
rigenda, migraret) Cuſtos ab ipſo declaratus, officium &
nus cum pietate ſuſceperat; Eoque munere, magna pru-
entia dexteritate, & charitate, diutiùs defungens, intole-
abiles alioquin paſſiones, & perſecutorum inſolentias pa-
ientèr excepit, tantum, vt ſpiritus dictamine, & Refor-
nationis euentu tandem aliquando fdlicitèr potire-
ur. Quibus Sanctis Conatibus, cùm vis aliqua, improuiſa
ut fraudulentia contraponeretur, afflictus ipſe, & animi
noleſtia laceſſitus, gemitibus, & aſpirijs, vt pia mater, in
artus dolore, cœlum implebat, rugiens à gemitu cordis
ui. Verum tribulationes iſtæ, non ſuffecerunt ad proban-
lum verum Dei ſeruum, tanquam aurum in fornace; Nàm
 proprijs Cuſtodiæ ſuæ locis, ipſiſque Monaſtarijs, contra
mnem iuſtitiam, poſt puſillum deiectus fuit. Suſtinuit ta-
nen omnia, Chriſtiana patientia, & animi quadam fortitu-
dine inuictâ, quâ Sanctum Reformationis opus incep-
tum nunquam deſerere, Spiritui Sancto, quaſi ex
ſtipulato, debere videbatur. *Moles in me-
mor. Franciſcus Gonzaga.*

De ijs, quæ Frater Petrus Melgarius pro fouendâ tuendâq; Reformatione, & Eadem augendâ, Laudabiliter egit.

CAPVT. XVI.

PEtrus cum ſocijs, ſtatim à morte Beati Guadalupi, Anno 1505. menſe Septembri, Romam venientes, ad Miniſtrum Generalem, præſentes ſe ſtiterunt, qui paterno eos amore ſuſcipiens, mortemque Prælati Eorum Guadalupis commiſeratus, plenam informationem, Negotij ſanctæ Reformationis expoſcebat, quâ ſatis intellectâ; Cum aliundè certior factus eſſet, de maturitate P. Petri, conſtantiaq; & dexteritate illius, ac ſufficientia ad Regimen, & munia quælibet obeunda, Cuſtodem illum cuſtodiæ Sancti Euangelij, cum amplitudine poteſtatis, tanquàm Comiſſarium ſuum & Vicarium, ſuper Minoritas Reformatos, non ſolùm Vltramontanos, ſed etiam Citramontanos conſtituit, Quodque tam in Hiſpanijs, quàm extrà, omnes domos, & Conuentus oblatos, & offerendos, Et quoſcunque Fratres, Conuentuales, & Obſeruantes, ad Reformationem, de familiâ accedentes, admittere poſſet; multis adiectis alijs conceſſionibus, quæ patentibus litteris apud Conuentum Borbæ Prouinciæ Pietatis aſſeruantur, datæ Romæ, in Conuentu S. Petri, aurei montis, ſexta Nouembris, Anno 1505. appenſo in pergameno, Sigillo Generalis. Petrus Neceſſarijs iſtis præambulis ad Reformationem expeditis, tùm apud Summum Pontificem, tùm ipſum Ordinis Generalem Patrem Egidium Amerianum; iam ſperare cæperat aliqualem metam laborum. At verò in læuam cecidit alea, & parùm vtilitatis referri potuit, vtcumque ſudatum eſſet; in ſequenti namque capitulo Generali, omnes differentiæ deferebantur intactæ, quo etiam durante, Obſeruantium Partes præualue-

ualuerunt, nec Generalis, multo minùs pauperes Diſcalceati, vllâ quidem ex parte, ad Iuris æquitatem admiſſi ſunt. Itaq́, Generalis, cedere vbi ſtatuit officio Generalatus, illudque in manus reſignare duorum Illuſtriſſimorum Cardinalium, Capitulo præſidentium (licet ferant alij, eum ipſum, inſtantibus Religionis Patribus, præſertim Magiſtro Mauritio Hibernico viro doctiſſimo, depoſitum fuiſſe; in locum verò eius, quomodòcunque vacantem, à ſolis Conuentualibus Miniſtrum Generalem ſuffectum eſſe, Fratrem Rinaldum Gratianum à Cottignolâ.) Summus Pontifex, negotijs & actis Capitularibus reuiſis, & quod Conſultores in eo nihil de vnione Ordinis, ex mente Patris Egidij, præter ſpem omnium, ſtatuiſſent, Decretum nouauit, quo volebat, vt deinceps, tot varietates, & diuiſiones, ab ordine Franciſcano tollerentur, omnesque fratres Amadæorum, Colletanorum, & Clarenorum congregationes (quæ ab alijs, vigore cuiuſdam Breuis Apoſtolici ſeorſim viuebant) ad ſolas duas, non obſtante quacunque Papali conceſſione, reducendas eſſe, Alteram Conuentualium in clauſtro degentium (Gaudentium vocatam) Alteram Obſeruantium, (de familiâ dictam) ſingulis datâ facultate, conferendi ſe ad vtram ex ijs libuiſſet, præſtandâ tamen obedientia vel Miniſtro Generali (qui Conuentualis erat) vel alteri Vicario Generali Obſeruantium, Ciſmontano, vel Vltramontano, ſecundum regionem in quâ morarentur. Hoc Decreto publicato, Fratres ſancti Euangelij, ſeparati ab Obſeruantibus, Miniſtri Generalis totius Ordinis obedientiæ, ſe ſubmiſerunt, qui ſub ſuam protectionem multo affectu, & vultus comitate, eos recipiens, Confirmauit Fratrem Petrum Cuſtodem, litteris ſignatis Sigillo maiori Ordinis, quibus declarabat, ſe Fratres de Sancto Euangelio, & de capucio dictos, ſuo regimini iam ſubiectos, in tutelam ſuam recepiſſe, Factâ ipſis licentiâ generali, & indiſpu-

diſputabili, viuendi iuxta Regulam, & ſanctum Euangelium ad litteram, quam Puritas verborum Seraphici Patris, profitebatur, deniqúe totam illam auctoritatem, omnesqúe gratias, fauores & indulta, à Prædeceſſore ſuo, Patribus iſtis donata, ratificando confirmauit, præcipiebat ad hæc, in virtute ſanctæ Obedientiæ Prouincialibus Miniſtris, vt ſeruos Dei, ſuo protegmine, fauore ac defenſione, vtiqúe iuſtiſſimâ, tuerentur. Quò in ſancta paupertate, obſeruantes regulam ad litteram, pro voto ſuo, vitam liberrimè traducerent: horum omnium teſtimoniales litteras dabat Romæ apud Sanctum Saluatorem in vndis, 8. Iulij Anno 1506. His peractis prudens Pater Melgarius & Socij eius fauore Miniſtri Generalis, & Illuſtriſſimi Protectoris, ſtabiliti, denuò ſe ſtiterunt, humiliati pedibus Papæ. Beatitudinem ſuam certiorem reddentes, de tanto, quo æſtuabāt zelo, Seraphicum Patrem per Arctam viam paupertatis aſſequendi, demiſſis animis ſupplicantes, vti honeſtiſſimis illis deſiderijs, iam non nouis, ſed à ſede Apoſtolica olim crebriùs auditis, ratis & probatis, inclinari dignaretur,

Pontifex attendens conſtantiæ ſoliditatem, & contemptibilem Amictum pauperum iſtorum Nudipedũ omninò, & ſquallentium, æſtimans Eos veros Dei ſeruos, ac Sancti Franciſci filios (cui Beato mirum in modum afficiebatur, eoque amplius, quod nepos eſſet Sixti Quarti, olim Fratris, eiuſdem Religionis meritiſſimi) illos mirificè, Papali ſerenitate lætificans ſolatus eſt, fauoremqúe ſuum in opere tàm pio ſtipulatus, Breue aliud illis conceſſit confirmatiuum patentium literarum Miniſtri ſui Generalis, cum poteſtate largiſſimâ Monaſteria erigendi, quibus Cuſtodiam ad priorem formam redigerent: Deſignato, ad hoc opus, Superiore, ipſoqúe multis gratijs munito, Patre Petro Melgario, iam ſæpè repetito.

Qui lætus & Alacer, congaudentibus ſocijs, in Hiſpani-

aniam, vtroque Breui, tam Generalis quam Confirma-
onis Papæ totaliter innixi, perexerunt. ſed dolor! &
efas! Inuenerunt enim, domos ſuas pauperes, Truxil-
enſem, Villanouanam, Et Salualeonicam, non vnâ
olâ iniuriâ pulſatas, Verùm dirutas, Et ſolo propemo-
ùm, ab æmulis æquatas; Quare in Monaſterium Domi-
æ noſtræ de luce, & in illa pauciora Luſitaniæ loca, re-
edere coacti ſunt; in quibus, cùm omnes capi non poſſent,
uod plurimi Fratres Obſeruantes Hiſpaniæ, ſe diuinæ
ti ſocietati coniunxiſſent (inter ceteros autem, magnus
le ſeruus Dei, Frater Ioannes de Aquila, & cum ipſo
omplures alij, rariori virtute, & Sanctimoniâ ſingulari,
amoſi patres, ex Prouinciâ Sancti Iacobi) alia domicilia
eu tuguriola potiùs, ipſis inquirenda, & contignanda
uêre; ideoque Pater Melgarius Conuentum Beluiſij, vel
atiùs Eremitorium Dominæ noſtræ de Berocale (ad locũ
bi nunc ſituatur) cenſuit transferendum; Conuentus
utem Saluaterræ Albuquerquij, & Sancti Honofrij de pa-
a non ſine mordaci, æmulorum inuidia (qui progreſſum
mpedire conabantur) in poſſeſſionem vſus ſui recepit,
Cæterum illi adiuncti ſunt, quotquot erant Fratres in do-
nibus dominæ noſtræ de Angelis, & Montecælij de Hoio,
omnes reuerà ad morem Seraphici Patriarchæ noſtri, in-
tructiſſimi Humilitate, & paupertate, velut Exemplaria
iua munditiæ, timoratæ conſcientiæ, & Obſeruantiæ
Regularis.

Quos, tanquàm ad bella contrà zabulum doctiſſi-
mos, Miniſter Pater Franciſcus de Saphia, Prouinciæ Sancti
Iacobi, Prælatus, ingentis modeſtiæ vir, & ſanctæ Refor-
mationis adiutor, nonſolúm vniuit inter ſe, ſed & omnes,
deuotiſſimos Cuſtodiæ Patrum Sancti Euangelij, Conuen-
tus, cum lætitia & optato Patrum deſiderio, mutuo Socia-
mine colligauit: ringebantur interim, corrugata fronte, &

 naribus,

naribus, Obſeruantes illius Prouinciæ, qui omni moto la-
pide, Reformationis affectum, in tanto viro, Prouincial
ſuo peſſum ire (non abſque indignationis murmure) perop
tabant; Negotium tamen ſecùs ſe habuit, quàm expetiſſent
Nàm generóſus ille, aperto candore, ſequens ſpiritum De
vtcumque poterat, pauperibus Reformatis opitulabatu
Hoc illi indignè ferentes, & vt Prælati Zelum illuderent, de
liberarunt (vt pridem olim) compellare fauorem Catholi
ci Regis, vndè victoriam adepturos ſe, quaſi ambabus vlni
certiſſimam, ominabantur.

Non defuit hìc Noua Tragœdia: ſed & inſolentes furiæ
contra bonos Sancti Euangelij Alumnos, non tantùm in Ca
ſtella, verùm & in Luſitania, exortæ ſunt, ſiquidem Patre
Obſeruantiæ, per Catholicos Potentatus iſtos, literas Reuo
catorias, Breuis Patribus diſcalceatis, toties, ac tanta maturi
tate renouati, obtinuerunt; Mandabat enim Papa, vt diſcal
ceati, Patribus de Obſeruantia ſociarentur, ac penitùs ſubde
rentur; Contrà facientes, aut volentes aliud, omnes Con
uentus ſuos, ipſo facto, deperderent: hoc infauſto Nunci
concuſſi, pauperculi Reformati, & Nimio confracti ludibri
aduerſariorum, quò confugerent? præterquàm ad Genera
lem ſuum? qui tamen manibus ligatis, ipſe prodeſſe non po
terat, quemadmodùm nec Anteceſſor eius. Hominem ita
que protectorem, ſub diô non habebant, Quinimò extempo
rè compulſi ſunt, pauperibus domibus cedere, tribulati, an
guſtijs pleni, derelicti, deſolati, & moribundis, quàm viuen
tibus, ſimiliores: cum Veteribus ſanctis, non in melotis, &
pellibus caprinis circumeuntes, ſed peiùs habentes; Euntib
alijs eorum profugis in ſyluas, & condenſa nemora, ibique
fletuum, & gemituum copia perſonantibus. Quibuſdam
eorum ad Obſeruantiam, vix ægrè, tamen, ad martyria
noua Conuerſis; quidam in inuijs ſylueſtribus locis, Inter
beſtias terræ, herbis & radicibus paſti, ſine tecto, & tegmine

ſol

lo miſeraturo Deo ſuo, Latitare, compellebantur, magno
idem vitæ periculo, inter ferarum eſuriem, commoran-
s; Alij pro tutiori loco Inſulam quandam paruam (quam
men Aras Guadiana, in finibus Caſtellæ, & Luſitaniæ
ngit) vno medio milliari latam, & integrum milliare ob-
ngam, elegerunt; Hic pauperes Zelotes ſecuri ſibi viden-
ntur, quod modicus ille locus, ab vtroque regno liber,
exemptus diceretur: Viuebant Nihilominus, ſicut & hi,
i in montibus habitabant; mirabili auſteritate, quieti
men, & conſolatione pleni cæleſti, quod nempè pro amo-
dilecti, pati mererentur: Diuinæ Maieſtati intereà calidis
ecibus, & lachrimis, ſuas tribulationes exponentes; de
tero autem, benè confiſi, ac reſignati in Deum, op-
rtunum auxilium in omnibus, pro Nutu Beneplaciti
m amantis Patris, ac Domini, de Cælo præſtolantes,
ec profectò decepti ſunt, quandoquidèm in ſanctis ora-
onibus, & ſpiritualibus exercitijs perſeuerando, exaudi-
, & animis erigi meruerunt; Creditur autem, ſanctum
irum Fratrem Petrum (uerè Altiſſimi filium) cùm tot
ibulationibus diſcruciaretur, aliquam à Deo reuelati-
nem habuiſse, Eâ namque lætitiâ, & virili alacritate,
huiuſmodi tribulationum impetus ſufferre, viſus eſt,
vt propemodùm, nec ijſdem, exteriori ſigno mo-
ueretur, diuinum enim iam in ſe reſponſum
acceperat, magnæ ſecuritatis, vt
non dubitaret.

Conclu-

Concluduntur tandem Controuerſiæ, inter Cu-ſtodiam S. Euangelij, & Patres Obſeruan-tes; & Pater Petrus mo-ritur.

CAPVT XVII.

FRATER Angelus Pincianus, aſſociatus nonnullis fratri-bus, Afflictiones illas truculentas aſpiciens, quibus eo-rum deſolata cuſtodia, lamentabilitèr vexabatur, cum licentia Patris Petri Melgarij, Cuſtodis, Romam ſe contulit vbi, proiectus ad Sanctiſſimi pedes, oppreſſiones pauperum S. Euangelij Diſcalceatorum (quas in Hiſpanijs Exantlabāt fidelibus narratis expoſuit. Cuius Pontifex comperta ſyn-ceritate, & ſpecie facti; paterna miſeratione commotus, in-doluit, ſtatìmque, motu proprio, Ampliſſimum Breue de-cernens, omnes gratias, fauores, beneficia, indulta, & cuiuſ-cunque nominis Papales authoritates, à Prædeceſſoribus ſu-is, in fauorem illius Cuſtodiæ Reformatæ deciſas, atq; emiſ-ſas, Noua Ratihabitione, & approbatione firmauit; adi-ciens, Et illis potiora, & ampliora, vti nimirùm Cuſtodia illa, non inſtauraretur ſolùm, Verùm & in Prouinciæ digni-tatem eueheretur: Cuius Patrum facultas eſſet, Nouū Pro-uincialem in Miniſtrum ſuum eligendi, Interim tamen, Pa-tre Melgario in Cuſtodiatus munere, cum aliquot Reforma-tionis ampliatis honorib⁹; derelicto: Breuia verò quæ in Con-trarium, quouis prætextu & inſtantia, à ſede Apoſtolica e-manaſſent, in vniuerſum reuocabat, præcipiens omnibus, & ſingulis, vt hæc vltima ſua voluntas, (non obſtantibus qui-buſcunque) effectui mancipraretur; cui ab omnibus obtem-perandum eſſet; Adiectæ ſunt & aliæ cauſulæ validiſſim quæ ex Tenore Breuis Anno 1507. Exarati, iamque in Con-uentu Borbæ, diligenter aſſeruati, patere poſſunt, ad oc-lare

rem demonſtrationem , cuicunque deſideranti.

His, à Pontifice expeditus, Pater Angelus, & blando ſer-
one Vicarij Chriſti, eiuſq; repromiſſo fauore, & benedicti-
ne recepta, perfuſus animi Iocunditate, cum ſuis in Hiſpa-
iam rediјt, fauores & gratias Papales, explicuit fratribus,
œſtis alioquin, & cum Patre Melgario, ſuſpenſo metu, flu-
uantibus, ac deſolatis; Reuixerunt autèm illi, cæleſti nun-
o, & Breui, honorantèr, excepto, magna circumſpecti
utela, ac prudentia, (vigore illius) ſua loca deperdita re-
eperunt: exhibentes, cui, & vbi, opus eſſet, indiſputabilem
apæ deciſionem, ſpecialiter autem Portugalliæ Dominis, v-
i, Dux Brigantinorum, ſanctæ Reformationi addictiſſimus,
bitò eos, ad illam paruam inſulam, miſit, in qua Fratres de
ancto Euangelio, abſconditi, penè penitus necabantur, &
ulto ipſe affectu, eos, ad ſe venire deſiderans, bonam par-
em Conuentuum amiſſorum, recuperari procurabat, poté-
er ac ſolidè apud Regem Luſitanum, Eorum interuentione
borans, Qui tandem inflexus, & toto decurſu Negotij cog-
ito, fratrumque protectionem ſuſcipiens, author erat, vt
orũ domus, non tantùm reſtituerentur, ſed inſuper, vt eiſdẽ
omplures aliæ adijcerentur. Ideoque paucos poſt dies, in
Conuentu Sancti Ioannis de Chaues, præclarum Capitulum
Recollecti celebrarunt; vbi in Miniſtrum ſuum Prouincialẽ,
Patrem fratrem Petrum Melgarium, Electum, canonicè pro-
lamarunt; Cui mox ad officij ſui partes accincto, ite-
ùm iterùmque Patres Obſeruantes, nouis adinuentionibus
buerſati ſunt; mediante namque Ferdinando Caſtellæ Re-
ge (Eò quod ipſis de Obſeruantia, hæc Prouinciarum, multi-
iplicatio & diuiſio, in detrimentũ ſuũ cedere videretur) lite-
ras ad Luſitaniæ Regẽ directas, Exceperũt, quas, ſuo foro bel-
lè fauẽtes, miſerunt per manus Fratris Ioañis de Argomanes
Prou. S. Iacobi Vicarij, pręſentãdas ſupdicto Regi, cui⁹, fauo-
re, progreſſus Reformatorũ quãtociùs impedit⁹ euerteretur.

Oblatis itaque literis, à Relatore ſuo, Ecce, & ipſi Patre
Diſcalceati comparuerunt, vbi multis rationibus, hinc ind
adductis coràm Rege; tandem in hanc compromiſſionem i
tum eſt, vt Monaſteria, quæ poſſidebant, vel poſſeſſuri eſſen
Patres de S. Euangelio, in Luſitania, in vnam conflarent Cu
ſtodiam, quæ ſoli Vicario generali Obſeruantium, Vltramõ
tano ſubijceretur: illi autem, qui in Caſtella degebant, M
niſtro Prou. S. Iacobi, tanquàm eidem Prouinciæ vniti, & in
corporati, morem gererent, è contrà ipſi Obſeruantes, ten
rentur de præſenti, cuicùmq; Fratri, volẽti in illis pauperibu
Cõuentibus secũdum puritatem literalẽ Regulę S. Franciſc
morari, liberrimam expedire facultatem. Vtrimque recep
ſunt, eâ tamen cõditione, vt ex indè impoſterùm, Fratres R
formati, Cappucio acuminato, ampliùs non vterentur: S
ad conformitatẽ Obſeruantiæ, rotundo: Nè inter illos, qua
tum ad habitum, differentia notaretur. In quo difficiles n
fuêre Reformati, vniformitatem Ordinis, præponderare ſib
patientes, in Negotio tantilli momenti; ſciebant enim, n
habitum, facere Monachum, ſed Regulæ Obſeruatæ pu
tatẽ. Nec in Cuſpide acuminati Cappucij, conſtitui perfect
onem, & genuinam ſequelam, S. Patris Franciſci, ſed in Ac
monia virtutum, & morum, eiuſdem Sancti, conformitat
illic Rem acu tangi, ibique acutiſſimè ſiſti poſſe, & opport
re, concludentes. Igitùr compoſitione facta (qua ſupra) R
tota, in Executionem venit, etenim ex vna parte, Sum̃us Po
tifex, quidquid determinatum fuerat, approbauit, & ex a
tera Luſitaniæ Rex, in eandem ſententiam condeſcendi
Pauperum Diſcalceatorum curam, ac protectionem vſqu
adeò libenti amore ſuſcipiens, vt patifici illi, & pro Spiri
ſuo, à quolibet inturbati, in ſua Cuſtodia (quæ nõ longo p
tempore Anno 1517. in Prouinciam Nominatam euaſit) b
neficio Regis commorarentur. Quibus finitis, Frater Pet
ſtatuit, Cuſtodiam Pietatis Portugalliæ (vbi electus Cuſt

era

rat) incolere: Enimuerò ibidem, ob Sanctitatis opinionem, omplurium adhærentium ſibi propagine fœcundari ſole-at; in quibus Nominatiores fuêre, Frater Petrus à Monte-nolino, Frater Franciſcus de Alchoncello, Concionator, Fra-er Bartholomæus de Alburquerque, & Frater Ioannes, eiuſ-em oppidi prædicator, qui tanquàm lectiſſimi, optimique urculi Reipublicæ Franciſcanæ, ſucceſſiuè poſtmodùm in Miniſtros Prouinciales ſuffecti, Prouinciam Pietatis illuſtra-unt. In Cuſtodia ſupradicta, multos annos exegit, tranquil-tate, & animæ ſuæ conſolatione, Pater noſter Petrus Melga-ius, qui in mortificatione carnis, auſteritate vitæ, & contēp-u mundi, ſpiritu dictante, valentiora quotidie media com-nentabatur: Inter alias perfectiones, in oratione mentali, requentiſſimus, & indefeſſus erat, per quam ſanè, plurimas à Deo gratias, eaſque ſingulares obtinuit; æmulus autem ge-uinæ Regulæ Seraphicæ, ſine comparatione Zelantiſſimus, demque humilitate, pauperie, & aſperitate, Sanctiſſimo An-eſignano ſuo, quàm ſimillimus, & facilè proxim⁹ fuit. quip-pè, qui à primordijs, ſuæ ad Vineam Domini vocationis, ad extremum agonem vſque, fidelem operam conducenti dile-cto, exhibuerit. Vbi, cùm tandem, ſui tranſitus, maturare di-em cognoſceret, in Conuentu Dominæ noſtræ Conſolatio-nis de Nemore, prope Borbam, recolligens ſe, vitam Euan-gelico Viro dignam, terminauit. Relicto in omni loco, boni IESV Saluatoris, odore: Iam viuit, & viuet, in æuum, memo-ria eius, exigentibus meritis apud Deum, & Sanctæ Refor-mationis Amore. Viuet perindè, apud Hominum laudes, pro Fundatione duarum Sanctarum Prouinciarum S. Gabri-elis, & Pietatis (vt adiutor, & Auctor, & promotor earum) Corpus Beati, in Conuentu Borbæ quieſcit, donec impleatur numerus fratrum ſuorum.

Vita Venerandi Patris, Fratris Angeli à Valleoleto, Siue à Pincijs, Vnius, ex primis Fundatoribus Religioſæ Prouinciæ Sancti Gabrielis, Fratrum Reformatorum Diſcalceatorum.

CAPVT XVIII.

PATRES Fratres Ioannes Guadalupenſis, & Frater Petrus Melgarius, Prouinciæ S. Gabrielis, & Pietatis, primitùs quidem fundauerunt; ſed erectas, vt ſatis ſuprà innuimus, non viderunt. At verò, ſtrenuus Athleta Chriſti, Frater Pater Angelus à Valleoleto (ſeu valliſoleto) vidit, & introiuit, firmitèr hærens veſtigijs duorum iſtorum Patrum, cùm regularis Obſeruantiæ zelo, tùm ardore inflāmatus, promotionis vtriusque illius Prouinciæ: quas breui ſpatio, pertinaci ſuo labore, & vigilanti indruſtriâ, in dignitatem Prouinciarum, præ cæteris inclitarum, erectas exornauit ipſe, & à morſibus inuidorum felicitèr contutatus eſt. Temporibus ergò illius, non erat ſingularis Satan, & occurſus malus, Deo melius aliquid nobis; per eum prouidente, vt, pro nobis conſummaretur; indueratille ſacram veſtem, in Prouinciâ Diui Iacobi Obſeruantium, cumque eſſet Theologiæ, & vtriuſque Iuris peritiſſimus, auxilio ſuperno, ſudoribus ſuis, concurrente, Negotiator Euangelicus factus eſt, & quidèm è difficultatibus innumeris emerſit, ſemper proſperè incedens in omnibus. Factum eſt demùm, vt reſpectu dexteritatis, & ſcientiæ, Procurator in Romanâ Curiâ pro Reformatione, à ſocijs ſuis, eligeretur; Quod Egregium onus, cum ſumma laude decem & octo añis, Romæ demoratus, ſuſtinuit, neque ab vrbe quidem recedens, niſi (cum in Hiſpaniam iturus) pro ſanctâ ſuæ Prouinciæ Reformatione

Zelari

elari cogeretur; ibidemque omni celeritate, rebus dili-
entèr exactis, indè, Romam repedabat, Et quod cumpri-
is mirandum eſt, ipſe durantibus octo, & decem annis il-
s, ante Reformationem, & in ipſâ, dimenſis; item & alijs
ecem ac quatuor inſequentibus (quibus in ſancti Gabrielis
rouinciâ floruit) decies nouies, nudis pedibus, ac miſere
ceratus, Romam iuit, totieſque in Hiſpaniam reuerſus, Ex
iuriâ temporum, & aëris variâ intemperie, maximè,
yemalium glacierum aſpredine, tantum in miſello cor-
ore malorum contraxit, vt quaternis vicibus, Ex pedibus
ngues omnes gelu crematos, & vſtos, cùm inſigni dolore,
erdiderit. Quas moleſtias, & his longè acriores, Singula-
ſpiritus dulcedine, ſupportabat. Et quia medulla ſpiritus
us, feruore deuotionis iam correpta erat, tanquàm Ecta-
cus, non ſatis aduertebat, quidquid in exteriori ſenſu ge-
eretur, idque ſolùm atque vnicè ob zelum ſanctæ, & amo-
oſæ ſuæ Reformationis, &, vt aliquandò fratrum oppreſ-
onibus, quas tenerè ſentiebat, terminante Deo ſuo, me-
eretur. Eoſdem animi conatus ad Cuſtodias Extremadu-
æ, ac Sancti Euangelij Prouincias, exaltandas, & firman-
as, adhibebat, & quia Selectum Franciſcanæ puritatis flo-
em (id eſt) formatiſſimos patres, poſt ſe trahebat, taleſ-
ue, quales Hiſpania, Eruditione & zelo, paris inſtituti, vix
aberet; facili negotio, per Heroas iſtos, Reformationis cau-
a, in Prouincijs ijs radicata eſt, ſtetit, ſtabitque, quotidie
ugmentanda magìs, Eorum precibus, qui neglectis charis,
& commodis omnibus, aliquandò, Ex Sancti Iacobi, alijſ-
que Prouincijs, ad fundandam, ſtabiliendam, & munien-
dam, Sanctam Prouinciam Sancti Gabrielis, per vaſtiſſima
loca, traiecerunt.

Habuit is Angelicus Pater in hac cœleſti actione, to-
tam, aduerſùm ſemetipſum, ab Obſeruantibus contradi-
ctionem, & ipſos Hiſpaniæ contrarios Reges, qui, per ſuos

Legatos, in Curiâ Romana reſidentes, bonum Virum, inde
ſinenti vexâ conturbando, & mordicùs affligendo, tandèm
eò profecêre, vt Vicarium Chriſti, ad non modicam indig
nationem, verſùs miſerum Innocentem ſuſcitarint, creuit
que eatenùs præoccupatio, vt primùm comparere nõ aude
ret, deindè ei, non ſemel carceres, cum minis pararentur, a
deniq; vt ex Vrbe pellẽdus cenſeretur. Ipſe verò Diuino fiſu
fixuſq; auxilio, obtinuit vt à cunctis Cardinalibus, & Princi
pibus, qui Romæ commorabantur, ſingularitèr amaretur
à quibus collectus in ædes eorum, ſolicitè & curabatur, &
Cuſtodiebatur: Donec ꝑ ipſos, altrinſecùs informato Ponti
fice, eoque rogato, foràs, & in publicum prodire liceret: a
deinceps à Papâ in priſtinam gratiam admitteretur. Ponti
fex, omnium inſuper illorum Breuium, quæ Patres Pro
uinciæ Sancti Iacobi, contra Reformatos, vel per ſe, vel pe
Regem Caſtellæ, obtinuêrunt, impetrationem caſſam eſſ
voluit, & inanem; vrgente quidem Fr. Patre Angelo, qu
ſimili modo, per continuos octodecim annos, à Pontificibu
nouas ſuæ cauſæ impetrarat confirmationes: Bullæ ver
decretorum Apoſtolicæ ſedis, vt ſuprà meminimus, Borb
in Conuentu reperiuntur. Pater igitur, Fratres de Sancto E
uangelio dictos, ad ſe conuolantes, & perſecutionem in
Hiſpania declinantes, cunctos per ordinem, ſuauitèr am
plexabatur, & quamuis in multitudine confluerent, decer
nebat ſua ſingulis, ſine querelâ, vt hoſpitiolis Excepti, l
benter cum eo, variorum defectuum ac penuriarum incom
modis, & tribulationum motibus, ſingulari humilitate, &
Patientia, colla ſubmitterent: Eatenus amore glutinati, v
ad extremam propè neceſſitatem viuendi redacti, pauper
Chriſti, herbis & fruticibus, per vias publicas veſcerentur
Interim, alij operibus manuum, vacando, & modò hui
modò illi, inſeruiendo, Eleemoſynam potiùs, quàm mer
cedem laboris, expectarent. Eamque mox ſolicita diuiſion

inte

ter fratros alios partirentur; At illi, qui Sacerdotes erant, ruiebant Altari, vt de altari viuerent, Sacrificia pro fideli- n animabus, ad loca ſpecialibus indulgentijs priuilegiata, citantes, ſaltèm vt de Oblatis in diem præſentem, non in- turum, victitarent. Denarij cum burſis ſuis, cane peius & gue, ab ipſis exulabant, & horrebantur à ſingulis. Rede- ntes autem ad Angelum noſtrum, Is quæcunq; Breuia im- etraſſet, dùm viueret Pater Melgarius, ad eum (honoris er- o) continuò direxit, donèc tandèm, Conuentus Caſtellæ & uſitaniæ ab inuicem ſeparati ſunt: Quo ſtatu videns ipſe, atrem Melgarium, ad Seruitium Dei & animæ maiorem. uietem, in loca Secretiora, ſe recepiſſe, iamque domos Ca- ellæ, incorporatas Prouinciæ Sancti Iacobi: adiecit animũ, d protectionem omnium eorum, quæ tantis laboribus par- fuêre, idque non inuitis Pontificibus, ac Generalibus Or- inis noſtri; Eoque redegit cauſam ſuam, vt denuò Genera- s Miniſtri ſpeciali gratiâ Cuſtodiam Extremaduræ redinte- râric, tres locos Conuentualium, ſed pauperes, & ſcopo ſuo lutari conformes, recipiendo. Alioquin enim, poſt ſupra- ictam compoſitionem in Ordine factam, Pater Angelus, cũ lijs Patribus, in locis Caſtellæ aliquamdiu commoratus, cer- um habuit, ob diuerſos reſpectus, ibi non poſſe vitam pau- erem, ſecũdum inſtitutum primæuum, teneri: eâ de cauſa, e Patri Rinaldo de Cotignola Generali Miniſtro, ſimul & ip- i Prouinciali ſubiecerat, à quò porrò deceptus, Monaſteria x conuentione (facta in Congregatione Generali Valliſo- eti Anno 1509. decimo tertio Aprilis) reſtituenda, non ac- epit: Contrà Prælatorum vnanimem conſenſum, accura- amque pro controuerſijs ſopiendis, in præſentia partium, emulgatam Deciſionem. Inter alia, namque matura conſi- lia, & ſtatuta, ſancitum erat, quod ſequitur, in ſubſidium Reformatorum.

Item

Item in eo, Quod Spectat ad Patres de Capucio, Sex hebdomadarum Tempus, à die, quâ Poſtulati erunt, illis concedatur, Vbi denuò ſe debeant declarare, ſub cuius obedientiâ eligant viuere, nempè, an ſub Miniſtro Generali? an ſub Vicario Obſeruantium? & ſi quidem Miniſtri electionem fecerint; debeant, & poſſint ad ſuas ipſorum domos reuerti, quas olim tenebant, & nunc auctoritate Apoſtolica tenent, Specialitèr ad Conuentum Sancti Franciſci de Chaues, in Luſitaniæ Prouinciâ: hoc intelligendo de reſtitutione, Quæ illis, iuxtà Breue in Capitulo Generaliſſimo Præſentatum, facienda eſt.)

Hæc Clauſula à Iulio ſecundo, anno ſexto ſui Pontificatus, litteris Apoſtolicis, quæ in Conuentu Salmanticenſi aſſeruantur, confirmata fuit.

Manente igitur Cuſtodiâ Pietatis ſub Vicario Vltramontano Boulier, Frater Angelus, Miniſtri generalis obedientiæ, ſe ſubmiſit, qui compatiens ipſis Diſcalceatis, quòd à Miniſtro Prouinciali Conuentualium, domus ex conuentione reddendæ Reformatis, non cederentur: quoniam aliud in promptu remedium non erat, Saltem Extremaduræ loca tria, ipſis de Iure, & facto, conceſſit; in quibus cum Exemplo pietatis, & fructu proximorum, quamuis non ſine ſtrepitu æmulorum, ſtadium Euangelij, legitimè decurrerunt. Nihilominùs tamen, ob Cautelam creſcentis mali, Pater Angelus Româ repetere coactus eſt; creatus erat tunc temporis, Pater Rinaldus (qui fuerat Generalis) in Archiepiſcopum Raguſenſem, F. Patre Philippo in eius locum ſubrogato, Anno 1510. à quo nullo negotio, confirmationem triũ Conuentuum (anteà conceſſorum à prædeceſſore ſuo) obtinuit. Quo mortuo Miniſtro, Anno 1512. eique in dignitatẽ ſuccedente Patre Bernardino Prato, ex Liguriâ, collegij Bononienſis Magiſtro, & olim Pænitentiario Sancti Petri in Vaticano, ac pauperibus Reformatis deuotiſſimo, ille quoſdam alios Conuentus ipſis aſſignauit, & ex omnibus, vnam Cuſtodiam, ſub nomine Extremaduræ conſtituit, Cuſtodem

ill

i ac Generalem Commiſſariũ præficiens, P. Fratrem Fran-
ſcum Frexenalem, ingentis feruoris, animique virum, cui
ræter Auſteram vitam, teſtimonium dabat publicum Ex-
nplum integritatis; Hæc in hunc modum acta, litteris A-
oſtolicis, à Leone decimo (qui Iulio Secundo ſucceſſit) fir-
ata, in Conuentu Beluiſij demonſtrationi pateſcunt. Tan-
èm ergò pauperes Diſcalceati, in Caſtellæ diſtrictu, quie-
, & optatâ Conuerſatione frui cepêre, Diuæ Maieſtatis be-
eficio, ad prouentus innumeros animarum fidelium, ac
ugalem Ordinis Reparationem. *Moles in memo.*

Quomodò Diſcalceatorum Patrum, Extremadura Cuſtodia, in Prouinciam Erecta, & Pater Angelus Primus illius Miniſter Effectus Sit?

CAPVT XIX.

CVM ſummus Pontifex Anno 1517. in Capitulo Sep-
timo Generaliſſimo, auctoritate Apoſtolica con-
ſtituiſſet, vt deinceps Miniſter Generalis, totius Frã-
ſcani Ordinis, eligendus, ex ſolis Fratribus Obſeruantibus
egulæ, ac Reformatis deſumeretur, iamque Sigillũ, huius
ipremi muneris, eiſdem attribuiſſet: Pater Angelus cum
ollegis (tametſi ab Obſeruantibus opprobrijs, ac perſecu-
onibus, non vnis, impetiti fuiſſent) ſubdiderunt tamen ſe
Iiniſtri Generalis Electi, Patris Chriſtophori à Foriliuio vo-
ati, Obedientiæ ac poteſtati. Malebant enim, præ ceteris,
ub protectione Miniſtri Generalis, tanquàm veri Vicarij, &
egitimi, magni Patriarchæ noſtri, Sancti Franciſci, Succeſſo-
is, regi ac corrigi, eique profundâ humilitate morigerari;
quã aliorũ liuidos in ſe oculos, ſine cauſâ proijcere; inter hæc
Comiſſarius Generalis Ciſmontanus, ex decreto pontificis,

Obſeruantibus eligitur Pater Gilbertus Nicolaus, vel Nico-
laus Gilbertus, ab alijs, Nicolaus Aue Maria, nuncupatus, ab
alijs, ſolo nomine Gilbertus; ipſum Pontifex Alexander Sex-
tus, Gabrielem Aue Maria vocitabat: Ciſmontanis autem il-
le partibus addicebatur Commiſſarius. Quià prædictus Mi-
niſter Generalis, Vltramontanus erat: Iunxerunt tamen
ambo dexteram fidelem, in obſequium pauperum fratrum
Extremaduræ Cuſtodiæ; quibus accedente Patris Angeli ſo-
lertia & induſtria, loca omnia, quæ patres Prouinciæ S. Ia-
cobi iàm occupauerant, Reformatis reſtituta ſunt; Con-
ſentiente quidem Patre Fratre Franciſco Safrano eiuſdem
Prouinciæ Miniſtro: Quibus Monaſterijs recuperatis, accre-
uêre memoratæ Cuſtodiæ, tot tantique, ex Obſeruantium
numero prodeuntes, vt non tenuem Prouinciam ex illis cō-
ſtituere licuiſſet: eapropter negotium Anno 1519. cum Pa-
tre Franciſco Licheto, Miniſtro Generali, in Congregation
Generali Lugduni (Anno priori 1518. electo) maturo con
ſilio contulerunt; ipſe verò ſingulari affectu opus, & prote
ctionem eiuſdem Cuſtodiæ ſuſcipiens, Patri Gabrieli Com
miſſario Ciſmontano, Reformationis Zeloti, commendaba
partes officij ſui, vt in hoc ſtatueret, quidquid ad Emolumē
tum Ordinis, cedere iudicaret. Ille, Generalis Miniſtri ordi
natione ſuſcepta, omnium Hiſpaniæ Prouinciarum Patre
Toletum, ad Generalem Congregationem conuocauit, ibi
que pro vltima reſolutione, ſtatutum fuit, vt Cuſtodia Extr
maduræ, à Prouincia Sancti Iacobi ſepararetur, & in nouar
Prouinciam ſublimaretur: Cuius, concluſionis executioner
deputandam cenſuêre, tribus Patribus Eximijs: P. Fratri Ga
brieli Aue Maria, Commiſſario Generali: Patri Fratri Fran
ciſco de Angelis, Miniſtro Prouinciæ Angelorum (facto poſ
modum Generali Miniſtro) & Patri Fratri Iacobo de Alcala
Guardiano Conuentus Cæſarauguſtæ, ex Prouincia Arrago
niæ: mandātes prætereà, vt Capitulū Prouinciale in Prouin

ci

ia S.Iacobi, illud in eo caſu ſtatueret, quod Religioni expe-
ire,& deciſioni congruere,manifeſtè comperiſſet. Congre-
ato ergo Capitulo in Monaſterio Beneuenti, eiuſdem Pro-
inciæ, Confluentibus Patribus illius, nec non Reformatis
Cuſtodiæ Extremadurę comparentibus;Multis hinc indè ra-
ionibus cauſa ventilata eſt: Ad extremum votis collectis, &
onderatis, Pater Frater Gabriel Aue Maria,cum duobus aſ-
ſtentibus deputatis, Anno 1519. vigeſimo ſecundo Iulij,de-
nitiuè pronuciauit; videlicet inducendam eſſe ſeparationē
rouinciæ S.Iacobi,à Cuſtodia Extremaduræ;Hanc verò,in
Prouinciā,ſub titulo S.Gabrielis promouendā; Eiq́; ex vigin-
i Cōuentibus (quos priùs aliquādo numerabat) vndecim aſ-
gnatis, Nouem inſuper alios ex Prouincia S. Iacobi tradi,
oteſtate(quâ ſuprà)demandauit; qui & omnium erant am-
liſſimi, & indè non multis annis, Pater Andreas Aſolanus
Miniſter Generalis,alteram Prouinciam, ſub titulo S.Micha-
lis efformauit; Nec renuerunt ſortitioni, Reformatiq; Pro-
inciæ Sancti Gabrielis,qui verè pauperes,illis vndecim pri-
oribus Monaſterijs anguſtioribus deſignatis, ſatìs ſuperq́ue
cquieuerunt, ſatiati deſiderio paupertatis, & Regulæ ſanctę
onformitate. Non ſine myniſterio tamen Pater Cōmiſſari⁹
Generalis,dictam Prouinciam,ſuo nomine appellandam cē-
uit, id eſt (Gabrielis) innuebat enim vir bonus, quanta Re-
erentia ferretur, in Altiſſimi Creatoris Parentem Virginē,
Et huius reſpectu, in Archangelum Gabrielem,qui verbi In-
carnandi Nuncius extitiſſet. Nam vti per eam Virginem,ſa-
us generi humano(Dominus Iesvs)immaculato Partu Vir-
gineo edendus erat in lucem, & cunctis per orbem gentibus
propalandus: Non ſecùs, ex Euangelica Reformatorum S.
Gabrielis Prouincia, mediantibus præconibus iſtis, ſalus vi-
tę nouæ,aut prioris,aliquantulū antiquatæ Renouatio,quaſi
rediuiua,& poſtliminio reuocata,renaſceretur,gratia ac me-
ritis Saluatoris, Virginis Matris, nec non vtriuſque, Nuncij

Gabrielis, officio, coadiutoribus Franciſcanis Reformatis, Qui innumerabilium populorũ lucro, Sanctum Euangeliũ, vſque ad Indos, & vltrà, promulgaturi erant; Erecto Viuifici Triumphatoris filij Dei tropheo (Cruce ſalutari ac ſacroſanctâ) per longos latoſque Mundos: adeò, vt diuinis oraculis, potiùs, quàm humano conſilio, Huic Sanctæ prouinciæ agnomen Gabrielis deberetur; Accedit ad honorẽ huius Prouinciæ, quod Mater ea fuerit, deuotiſſimorum pro Solidandâ Religione virorum, qui ſtrenuè in exaltationem nominis Chriſtiani, deſudauêre. Hæc quoque Prouincia ſigillum decoris (Actum Virginis Annunciatæ per Angelum) vulgò demonſtrat. Hoc inſigni vtebatur, pater Commiſſarius Gabriel, dictus Aue Maria, vt nomine ſuo, rem geſtam ſigilli ſui, pronuncians, tanquàm Alter Gabriel, honorem Virginis, ſtabiliret in terris, quemadmodum prior Gabriel, Virginis honorandæ, fundamenta de cœlo protulerat; Certè nec illud erat ſine Numine, quod in Vigiliâ eiuſdem Annunciationis, Virginis Mariæ, Congregatio illa ſancta, inchoaretur; cui pariter verba ea, (Aue Maria) vt ſalutis ſigna, Encomia, & ſimbola, meritò, quaſi domeſtica, tribuuntur, quod per Annunciationem Patrum iſtorum, Virgo Mater cum Prole diuinâ, bono nuncio, ad populos infinitos ferenda fuerit, & excolenda. Fuit autem Prouinciæ huius inſtitutio, â ſancta Sede Apoſtolicâ corroborata, & Anno ſequenti 1520. Creatus primus Generalis Miniſter eius (in Generali Congregatione, Burdigalæ habita) Pater Frater Angelus Pincianus, Cuius ſub benigno ac ſuaui Regimine, fratres religioſâ deuotione Exultantes, ſecuriſſimè in Via virtutum, & mentalium orationum ſtudijs, proficiebant, facti Deo ſuo, quaſi Victima Salutaris, mortificationum, & obſeruantiarũ Exercitijs. Ecce autem generis humani Iuratum hoſtem, iàm iàm Sentientem, Emolumenta gratioſæ conuerſationis eorum, furere, & cônatibus ſuis Acheronta mouere, Nam

emen-

ienſis paucioribus annis, adornabat nouam, eamque
rſipellem machinationem, quâ rurſum tribularentur
ecti; Si quidem Patres Obſeruantiæ, Sancti Iacobi, fortè
rtuitò, nullo alio impellente, prætendere monaſteria de
ngelis, & de Hoij (ſic dicta) ad Reformatos attinentia, præ-
mpſêre: Quarè ſenex dierum, iamque decrepitus, Pater
ngelus (qui ſecundò Prouincialis tùm erat) aſperrimum, &
ùè longum iter, nudis pedibus, reſumere cogitur, Par-
am verſùs, hinc Hiſpanias, & Romam Anno 1528.

Parmæ quidem in Capitulo ibidem feruente, Generalē
ım, Reclamatorijs ſuis, contra violentiam attentatam, pro
fenſione compellans: ſed imò, ad ipſum Papam, Clemen-
m Septimum, ſpecie facti enarratâ, imperterritus coràm
pellans: Commouitque Vicarium Chriſti, ad Nouum cu-
ndum Breue, cuius virtute, omnia & ſingula Prædeceſſo-
m facta, & geſta Capitulorum, ac Miniſtrorum Generali-
n placita, in fauorem Reformationis emiſſa, & vulgata,
nfirmabat ipſe; controuerſijs alijs, ac differentijs, non ob-
antibus quibuſcunque, ſed & futuris ijs, aut quâuis arte, &
lore, à quocunque mouendis, extemporè, perpetuum Si-
ntium, abſoluta poteſtate, indictum eſſe volebat; cum
ultis alijs Spiritualibus clauſulis, & perfectioris Obſeruan-
æ laudibus, ac puritati Regulæ ſummè fauentibus, adie-
is: Cuius Breuis, Commiſſio, Archiepiſcopo Toletano, &
piſcopis Placentiæ, atque Vuigorienſi, feriò, & commen-
abili ſtylo, committebatur; vt ſimul, aut ſeorſùm ſinguli, di-
iſis partibus, conſeruandæ pauperum Fratrum Prouinciæ
ancti Gabrielis, authoritate Papali proſpiciendo, indemnes
os, ab omnibus, & pacatos in ſeruitio religionis, manutene-
ent. Talibus officijs conſenuit Pater Venerabilis Angelus,
completus honoribus, muneris Prouincialatus (cui bis præ-
ſederat) & in ordine Defenſorum Patrum, Prouinciæ Gabrie-
is, ipſe quidèm Quartus erat, ſed non poſtremus defenſione,

pietate, & regularis Obſeruantiæ Puritate. Nam cum ſingu-la pene dignitatum munia in Religione ſubijſſet; Non erat tamèn, aut de Fratrum numero, aut ſæcularium ſtatu, qui c[…] ſummo guſtu, miniſtrantem eum, & fungentem Officijs, o[…] humilitatem, dexteritatemq; non ſuſpiceret, ac miraretu[…] abſit, vt cuiquam à ſeruo Dei, omnibus, omnia facto, non pe[…] omnia ſatisfieri putaretur; quo Nomine & publicè, magn[…] veneratione, colebatur: & exemplari continentia, Animo[…] ſuſpenſos alliciebat. Non aberrabimus à vero ſi dixerimu[…] virum abſolutum, & virtutum ſolidarum, relictum diuinitù[…] ornamentum, vt idcircò à cunctis, & vbiq; Amicus Dei, filiu[…] altiſſimi, ſeruuſque dilectus, præſertim Romæ (quæ diem e[…] clauſit extremum) æſtimaretur. Ex Româ, tutabatur Mino-rum Reformationem, & Prouinciam dilectam Gabrielis, a[…] deò, vt licèt poſt obitum eius, moleſtijs nonnullis pulſata fue-rit, tamen dexteritate illius præueniente, ſolidè ſtetit, ne an-tiquo more, concuteretur, Secundante Deo, cui gratus erat Beatus noſter: Qui tandem quotidianis aſpirijs in oration[…] depromptis: cum ſtrenuum agonem pararet, iamque maxi-mè conflictans in extremo confligeret, ad Cœlum eleuati[…] manibus, & oculis; Benedictus es, inquit, Domine Deus me[…] vnicum bonum meum, qui adeò inſignes, & præclaros fauo-res, in me contuliſti, permittens mihi, videre meam caram & dilectam Prouinciam Solidatam, ac benè fundatam; vt Fratres, qui poſt me venient, nullum ei detrimentum inferr[…] poſſint, nec vllâ, ei relaxatione nocere, quamuis totis viribu[…] id moliri conarentur: Et ſicut magno Patri meo, S. Franciſc[…] repromiſiſti, nunquam defuturos fratres, qui ſancta eius ve-ſtigia, in regulari Obſeruantia ſequerentur: ſic digneris, ob-ſecro, Domine mi, tuæ deuotæ Ancillæ Prouinciæ Sancti Ga-brielis, idem concedere, vt fratres qui in ea viuunt, & ex ea aliquandò dependebunt, animũ ſemper ardentem habeant, & charitate feruentem, ad deſeruiendum tibi, eo ſancto zelo,

quo,

o, his temporibus conuerſantur; atque in eo illos conſer-
s, quod totum ad honorem, & gloriam tuam omni tempo-
redundabit. His ſimplicitèr dictis, colligens ſe, cùm mo-
ſtia & ſolatio, ſanctam animam reddidit Deo ſuo, (magno-
m laborum glorioſo fructu gauiſurus in æuum) Romæ
nno circitèr Milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo.
ancisc. Gonzaga.

atuta, & Ordinationes, quibus viuunt Patres Diſcalceati Prouinciæ Sancti Gabrielis, & complures, aliarum Prouinciarum Reformati.

CAPVT XX.

IN CIVITATE BVRGENSI, Anno 1523. habito Generali Capitulo centeſimo quarto, Miniſterium Ordinis, Patri Fratri Franciſco Angelorum conferebar, viro ſanctæ Recollectioni, & Reformationi, amiciſſimo addictiſſimo, quippè qui Prouinciæ Angelorũ, in qua pri-a Obſeruantiũ recollectio viguit, filius eſſet. Hic pro virili tendens ſe, ad totius Ordinis purã ſanctamq; Redintegra-onem, Recollectionum monaſteriola, per omnes Prouin-as, potiſſimũ Reformatas Hiſpanię, ſub Miniſtro Prouinciali egẽtes, prudẽter erexit, & ſingulis ſuas ordinationes ac ſta-ita pręfigẽs, author fuit, cùr intèr õnes vbiq; puriori Obſer-ãtia Regulæ, & maiori Spiritu (pro deſiderio Seraphici Pa-ris) viueretur. id quod Añõ quidẽ 1502. intentũ atq; inſtitu-ũ erat, Sed (vt ſunt humani mores iniuriâ temporũ decliui-res) obſeruatũ nõ fuit. Itaq; præclar⁹ ille Reſtaurator, Nor-nam viuẽdi probatiſſimã, quâ clarebant Reformati ſiue Re-collecti, in vtrâque S. Gabrielis, & Pietatis, Prouincia, quo-niam ab ijs Zelo, & ſponte ſuâ, diuinitus impulſâ, excogitata fuiſſet

fuiſſet, Eandem ipſa Confirmando, introduxit, & partim viuo Exemplo ſuo, partim aliorum Sequelâ roborauit, in tantum, vt tanquàm pro Lege latâ, in præſentem diem inuiolabili conſuetudine teneatur.

Eſt autem hæc prouincia Sancti Gabrielis, Fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ, Recollectorum, ſitu ſu vergens ad Extremas oras, Regni Caſtellæ Nouæ, vndè & ipſum Nomen, Extremaduræ ſortita fuit: eò quod in Conte minis Regni illius, & Luſitaniæ, intermedium teneat; R gio, ſicut fœcunda, ſic temperie cœli benigna, & fauens Nu dipedibus pauperibus iſtis, quibus totus annus, propè, in mendicitate, & animarum curâ, per montium aſpredines Valliumque crepidines, decurritur; Vnde & producit ver Heroas, ſectatores Seraphici Patris in omnibus, quoniam a virtutum cumulum, ex Climatis dulcedine, prouocentur moderatiores fiant. Hæc inquam prima ſancta Reformat rum in Obſeruantia, Fratrum Cuſtodia, ac deinde Prouir cia facta, vt præmiſſum eſt, Franciſcanæ domui, mundoqu vt phæbus illuſtris apparuit, Anno quidem Iubilæi 150 Pontifice Alexandro Sexto: Nato Carolo Quinto Hiſpani rum Rege, Nouique orbis Domitore, Et Imperatore Rom norum Inuictiſſimo ſemper Auguſto, Eoque Seraphici O dinis poſtea Protectore, defenſore, atque exaltatore ſup modum ſtupendo; Dirigente quoque Romani Aquilam In perij Maximiliano primo, Eiuſdem Caroli Auo; ac diem e tremam claudente, Patre Fratre Franciſco Sanſone Brixi no, totius Ordinis, per annos viginti quatuor, quondàm G nerali eximiæ laudis Patre, & Obſeruantiæ patrono; Itèm Quo tempore Regimen, Minoris Eccleſiæ Seraphicæ, del tum eſt Patri Fratri Egidio, exiſtentibus interim Vicarijs G neralibus Obſeruantium, vltrà montes quidem, Patre Fr tre Oliuerio Maliardo, & citra montes Patre Fratre Ludou co de Turre Veronenſi, vtroq; virtutibus abſoluto: Adeò v

prim

ima illa Reformatorum Cuſtodia, vndequàque radianti-
a Potentatuum ac Dynaſtarum, vtriuſque fori luminibus,
lluſtrata, & circũdata, Temporum quodã benigno præſa-
o à Deo, inter medios cleros, coruſcans locaretur.

De Statutis laudatæ Prouinciæ nunc agemus.

PRIMVM, ſtabile & firmum ſtatutum habet hæc congregatio, vt nullo vnquam vtatur Breui, aut conceſſione, quæ Sanctum inſtitutum, & rigoroſam Regulæ ſeruantiam, quadantenùs relaxare, aut diſpenſare cum eâ netur, id ſolùm, quod ad vitam perfectam faciat, admittẽ-
). Quamquàm verò, complura Breuia â S. Sede Apoſtolica atioſè Patribus illis obuenerint, nullum tamen recipiunt, ceperuntuè, quo, à ſubiectione Ordinis, vel ab Obedientiâ iniſtri Generalis eximerentur, tàm eò tempore (quo Miſteriatus ſigillum in manibus Patrum Conuentualiũ erat) iàm poſtquã idipſum, in Manus Obſeruantiæ concreditum t. Quamobrẽ quæcunq; Breuia obtinuêre ad eorũ defenſiẽ ſimpliciter, & ad firmandã, ac ſtabiliendã hanc ſanctam ouinciam, à Vicario Chriſti, fauore, auxilio, & protectio- Generalis Miniſtri (qui in terris Seraphici Patris Sancti anciſci, perſonam gerit) impetrata fuère.

2 JN FABRICIS, autem ſeruant Regulam ad amuſſim, ordinationes inductas; Conuentus modicos, & humiles bricando, tot Cellis duntaxat inſtructos (ſimplicibus quiem non curioſis) quot incolentium Capitum, numerus xigere poſſit.

3 EA RATIONE ſanctam paupertatem obſeruant, vt tiam in Obſequiũ Dominici cultus, nihil precioſum, ſuperluum, nec ſerica paramenta, nec huiuſmodi patiantur adnitti; calicibus argenteis, & ornamẽtis ſimplicibus, nitidis,

tamen, ac mundis, tùm in Sacrario, cùm in Altaribus, ſatis ſuperque prædiuites, atq; contenti, opinione ſua, coutũtur.

4 OFFICIA DIVINA, maximo ſpiritu & deuotio ne, ſumiſſiori voce, intermediâ notabili pauſâ, ſine vll cantu celebrantur, & chorus ab omnibus, nullo diſcrimi ne, die, noctuque, multo cùm gaudio & ſpirituali iubilo, a queædificatione, frequentatur.

5 CEREMONIAS S. Romanæ Eccleſiæ, ritu quodam pulcherrimoque ordine, perpetuò ſeruant, id quod mirar circumſtantibus ingerit deuotionem.

6 SACRIFICIVM MISSÆ communiter ab omnibus, ab que vllo reſpectu & inſtinctu proprio, Deo dicatũ offertu Primo quidẽ æterno Patri, intentione, qua Dilectus eius fil us, Ieſus Chriſtus, Dominus noſter, in Ara crucis pro ſalute mundi, ſemel in cruenta hoſtia pro nobis ſe obtulit; Dei ceps, Maieſtatem Diuinam pro Benefactoribus (Neceſſita ſuam Eleemoſyna ſubleuantibus) deprecantur.

7 CONCIONANTVR, & confeſſionibus præſunt, nõ ali fine quam pro conuerſione, & ſalute animarum; neceſſar verò ſi quæ, per viam eleemoſynæ, in diem porriguntur, c humilitate ac deuotione ſuſcipiunt.

8 STATVTAS quaſdam, ordinariè habent horas, quib orationi mentali, & contemplationi vacare ſolent, ſinguli que propè diebus per annum Diſciplinis, potiſſimùm aute in Aduentu, & Quadrageſima, in carnem ſuam deſæuiunt.

9 VESTES eorum tàm interulæ, quam exteriores hab tus, ex rudi, craſſo & aſpero panno confecti, ab omnibus e dem modo, ſine aliqua exceptione penitùs, vſurpantur; V tuntur tamen Sancti Franciſci benedictione, nempè cum veſtes obſoletæ, tritæ, ac laceræ diſſuuntur, vt ſaccis, cum Benedictione Dei, valeant reſarciri, id quod ſanctiſſim paupertati, & Iuratorum mendicorum verecundiæ perop portunè conducit.

10 E

10 Eorvm habitus (pænitentiæ ſpecula ſunt) ab omni riofitate, remoti, & quò ad longitudinem, & quò ad latidinem parciſſimi, manicis anguſtioribus, quarum longido vltrà manuum iuncturam, vix ægrè porrigitur.

11 Nvdis ad terram pedibus incedunt, quo proceſſu ıllus eximitur, ſolâ demptâ infirmitatis neceſſitate, quaomperta, à Prælatis, indigenti ſoleas, vel ſandalia defer-(more Apoſtolorum) per ſolum tamen Conuentum, perittitur.

12 Absvnt à cellulis eorum, & ſtrata lanea, & ceruicaa plumea, & linteamina; nec quidquam huiusmodi, quod elicato ſopori commodare poſſit, agnouerunt, vnâ, vel mûm alterâ ſtragulâ operiente, & Ceruicali ſùbmiſſo ex odem rudi panno, quo induuntur, confectis; ſacco ſtramie, vel paleis repleto, vtentes; vnis, ſoliſq; morbidis Fratrius, lectulos præſeruant.

13 Infirmi, Cæteriq́ue, qui indigent ſeruitio, maimo cordis, & Fraternæ Charitatis affectu, curantur, ſubenitur enim ijs, ac deſeruitur ab omnibus, abſq́ue vllâ diferentiâ, eorumq́ue neceſſaria in ſpiritu, & corpore, tantâ rouidentur alacritate, eâq́ue ſollicitudine, & amore prourantur, non ſecùs, quàm ſi Seraphico Patri adminiſtraentur.

14 Hospites, & aduenas, pariter, ſingulari humaniate, & charitate ſuſcipiunt, æmuli in hoc (ſicut & in alijs audatiſſimis moribus ſuis) Antiquorum Sanctorum patrũ Eccleſiæ, eorumq́ue religioſæ quondàm hoſpitalitatis, ac beneficentiæ: Cuiùs conſuetudine, & vſu, hæc prouincia Sancta, quaſi miraculum ſtupendum mundo proponitur, Euangelica tenens veſtigia præcellentium Sanctorum, vt quemcumq́ue tranſeuntem, domiq́ue ſuæ hoſpitare, pro Dei amore, volentem, inuita charitate non deſpiciant (quinimò, largiùs inuitando) ſolentur; hoſpitibus enim, & in-

firmis diuerticula ſua, laneis ſtratis obducta, alijsque pr
ſtatu ſuo, & occaſione, requiſitis, optato venientium com-
modo, & ſummâ quiete, ordinata ibidèm reperiuntur.

15 Non Conſeruant granum, aut vinum, aut aliud ge-
nus eſculentorum, & poculentorum in futuram, aliquam
prouiſionem, pro annuo victu, excepta auena: pro iumen-
to neceſſaria, quod in aliquibus locis, ad neceſſitates Con-
uentus, alere coguntur, itemque excepto; modico oleo
quo, in Ieiunijs frequentioribus, veſcuntur; adhibentqu
etiàm ad perpetuum Lumen, Sanctiſſimi Sacramenti; & no-
cturnum penſum Diuini officij perſoluendum.

16 Non recipiunt, neque recipere à quoquã ſatagun
vllam eleemoſynam pecuniariam, nihilominus admittun
alia, quæ quotidianis elemoſinis offeruntur, & ea, quibus
infirmis Fratribus, alijsque, in præſens vrgentibus neceſſi-
tatibus (ſaluo Iure, & Regula) ſubueniri poteſt, ac conſueuit
in ijs Prælatorum Ordinis, & diſcretorum, Conuentus Pa-
trum, iudicio, humilitèr deferentes; ne vel latum vnguem
ſuam profeſſionem præuaricentur.

17 Praeterea In hac Prouincia communiter ſtudia
Grammaticæ, Philoſophiæ, & Theologiæ, ſecundum ipſa
Obſeruantium ſtatuta generalia, exercentur, ſed cautela
prouidiſſima, ſcholaribus inuigilant, Ne quà Feruor oratio-
nis, contra mentem Regulæ, literario ſtudio intepeſcat, &
extinguatur. Quarè non permittitur ſtudioſis, à choro, vl-
la ratione, ſiuè ab horis Canonicis, ipſaque oratione men-
tali, Exemptos eſſe, quin more aliorum, penſis dierum ac
noctium intereſſe cogantur; & tamen, mirabile auditu
eſt, tantæ excellentiæ & ſcientiæ viros, in ea Prouincia re-
periri, quanti, propemodùm ſcientia quaſi infuſa, ab ipſo
Deo, tùm ad munia prædicatorum, tum ad alia publica of-
ficia ſubeunda, ſperari, & optari poſſint.

18 Praedictas omnes conſtitutiones, aliaque ſtatuta
ſpecia-

cialia, Hæc ſancta Congregatio, inuiolabili vſu ſerua-
hactenùs, & ſeruat in præſens, nullatenùs interrupta,
uemadmodum (Eius æmula) Reformatio Mediolenſis (de
â libro quinto dicendum) modum eundem poſtmodum
tinuit: Porrò in ſtudijs, nonnihil ad praxim & vtilitatem
odernam, quæ ex doctrinâ ſacrâ ſuſcipitur, condeſcendi
ortuit, idque abſque vllo vitio & nota, aut diſpendio ſpi-
us, Ceteris alijs in vigore & flore ſuo perpetuo, duranti-
s. Prælati vigilantiſſimi ſunt in viſitationibus, ad decorũ
ſanctum regularem viuendi modum conſeruandũ, trans-
eſſores Regulæ, & Conſtitutionum rigoroſè punientes.
ametſi ergò Ordinis puritas, ob inconſtantiam fragilis na-
ræ humanæ, aliquantiſper ab incepto perfectionis ſtatu, &
uoris intenſione remittatur, vigilantia tamen Superiorũ,
quod remiſſum eſt, in ordinem redigitur, & renouatur
die in diem, vt fauente diuino Numine, Flos tàm Almus,
reæ Recollectionis, neque mane pereat, neque veſperi
duretur, vt areſcat: id eſt, perſeueret in ortu & exitu, ad
oriam Maieſtatis Dei, viuum mundi exemplum, & ad do-
eſticam Minoris Eccleſiæ ſalutem: Poſita eſt enim Recol-
ctio, in ſignum cui etſi contradicatur, manet tamen, in ſig-
um ad ſagittam, ad quod collimetur ſagitta ſalutis in Iſrael,
l eſt, intentiones ſaluari volentium eò dirigantur, inuitan-
Benigniſſimo Deo, ad meliora chariſmata, vt fiant anni
ſicut à Principio, antiquâ florente Obſeruantiæ Regula,
vt fiant, inquam, vnius moris in domo, qui extra
caulas paternas, aberrantes, prædæ lu-
porum patuerunt.

Prima Miſſio Fratrum Reformatorum Diſcal ceatorum in nouam Hiſpaniam, & Fundatio Prouinciæ Sancti Euangelij.

CAPVT. XXI.

IAM CHRISTOPHORVS Columbus Nauarchus Gene ralis, Anno 1495. verſus Occidentem in Inſulam Hiſpaniolam, aliâs Sancti Dominici vocatam, (tr bus ab annis primùm inuentam) ſecundò nauigauerat, in comitatu, ſecum adducto Patre Builio Catalano, Ordini S. Benedicti cum ſocijs aliquot; nec non in ſocietatem ad miſſo Patre Fratre Ioanne Piretio, de Obſeruantia Fratru Minorum, Prouinciæ Caſtellæ; qui litteris commendat tijs, conſilio, & opere apud Ferdinandum Catholicum Caſtellæ Regem, ipſum Columbum (in Aulis omnium pœnè principum, ob noua inaudita, pro deliro computa tum) defenderat, eiuſque negotio vehementer promoto eum ex calumnia prorſus eduxerat; Iamque per eundem pauperculum Patrem, in prædicta inſula (primum forte noui orbis) ſed exiguum templum erectum erat: ac dein ceps in noua ciuitate Sancti Dominici, Conuentus, vna cu Eccleſia (expenſis eiuſdem Columbi) ex polito lapide fabri cata ſurrexerant; & adiectis alijs Conuentibus, Cuſtodia In ſulana Sanctæ crucis, (quæ poſtea Anno 1565. ſex Con uentibus Fratrum & vno Monialium dilatata, in Capi tulo Generali Pincijs habito, Prouincia effecta eſt) cundata clarebat; Cum, ECCE paſſim nouæ Inſulæ, noue fontinenti, ſiue terra firma conſpicuæ, ab eodem Chri ſtophoro Columbo, & Americo Veſputio inuentæ, ma

gi

magiſque detegi, ac manifeſtari cœperunt, vndè an-
1516. quidam Patres Ordinis Minorum, Dominicanis
ſociati, in Cumànam continentis noui orbis Prouinciam,
ſulæ Cuenguæ finitimam, ingreſſi, aliquot in ea Eccle-
s & Monaſteria erexerunt, doctrina, patientia, bono
emplo, charitate, alijſque pijs operibus in plantanda
colenda illa vinea noua, tribus annis non ſine mediocri
ictu, deſudantes: tandem à ſceleratis Deo rebellibus Indis,
ingratis, poſt tot accepta ſalutis encenia ex Patribus iſtis,
fidem promulgatam, immanitèr internecioni dati ſunt:
æ cæteris verò Frater Dionyſius, & Frater Ioannes Garzes
uardianus, cum nonnullis alijs Chriſtianis Zelantiori-
is: Quorum iniuſtiſſimam interfectionem Hiſpani priùs
uidem vlti; ſed incorrigibiles remanentes, DEVS Vl-
r & Iudex, perduelles in ira concluſit, Nam Anno 1530.
llure eorum terræmotu ingenti quaſſata, & longè late-
ue dehiſcente, marinis inſuper aquis repente tumefactis,
in vindictam exundantibus, omnes illi operti ſunt vora-
ine, & aquis mirabiliter abſorpti. HIS itaque ſemini-
us fidei in orbe nouo, diſſeminatis, in regnum Mexi-
anum Hiſpanorum arma Anno 1520 penetrarunt, ibi
otentiſſimus Rex Monteſuma Imperium tenebat: con-
ra quem Ferdinandus Corteſius, validis Hiſpanorum
opijs congreſſus, ſtrenuam operam Ducum ſuorum,
nilitaremque eorum experientiam, ac bellicam virtu-
em, cùm aſtutiâ, & ingenio coniunctam, oſtendit; ap-
paratuſque in partibus illis, & munitiones, non priùs vn-
quàm viſas, ſtupentibus & trementibus hoſtibus coràm
expoſuit. Quamobrem Rex, cum toto ſuo regno, perter-
ritus, armorum vibrantium radijs, quibus reſplenduit ar-
matura militum in pugnam properantium; ſed & multo-
rum armamentorum conſpecto apparatu, maximè verò
Sclopetorum crepitantium denſo turbine, & ignium
arti-

artificialium crebrâ coruſcatione, ſed imò terribilius a
hæc bombardarum, ac tormentorum tonitruante Boatu
animo conſternatus, & timore correptus expauit; quar
conſiderans non poſſe oppida Regni ſui, cum muratis ciui-
tatibus, tantos furentium terrorum impetus, diutiús ſuſti-
nere, longè minùs autem lectiſſimo iſti apparatui reſiſtere
(à cuius conſpectu tremebat terra, reſonabat turbidus aer
fremebant animalia, elementa mouebantur, & in caſſum
non ibat, telorum iactus & ictus, cum cōminatione machi-
narum) Hìc, Rex, iacebat afflictus & mente proiectus, quip-
pè qui tantorum ſuorum Millium numeris, nec pedem, Hiſ-
panos Catholicos redire aut cedere compuliſſet, nec pro-
rumpentium valorem vllatenus auertere poſſet: augebatu
eius dolor, ex antiquo irreconciliabili odio Sihuangi Re-
gis Mechioacanis, & Xaliſſi, bellicoſiſſimi viri, cum qu
continuo bello deceptabat. Neſciebat enim quâ ratione
duobus exercitibus adeò formidandis, alteri Hiſpano, alter
eiuſdem Regionis, repugnare valeret: Vt igitur imminent
ruinæ remedium adhiberet, quia de die in diem ſuccumbe-
re ſe Chriſtianorum armis, & ruere in peiorem ſortem con-
ſpiceret; Pacem, aut inducias ſaltèm, cum Rege Mechioa-
canis inire meditabatur, vt (intermiſſis ad tempus antiqui
differentijs) vtriuſque Regni milites in arma coirent, faci-
liùs hoſtem communem, hac viâ deiecturi; addebat, quòd
iam hoſtium facinora augerentur. Et quia debellando illas
prouincias, & Regna deprædando, ac deuaſtando omnia
non feriarentur, Excidium cōmune exſpectatum iri. Qua-
rè niſi viribus animoque iungerentur, nullum aliud ſuper-
eſſe refugium, quàm ſinè gloriâ mori, & in medijs Regio-
num ſuarum fragmentis ſepeliri, vel certè, inter carum
ſubditorum ſanguinem, tinctam animam exhalare: vel (ſi
deniqúe dijs placebit) omni prorſùs honore priuatos, miſe-
rijsque onuſtos, in publicū, ad Victoris libitum, triumphali
pompâ

ompâ deduci & deludi, aut ſaltem indecoris, & intolerabi-
bus conditionibus extranearum gentium tributarios, &
ruos in perpetuum ſuppeditari: Ad hoc tàm arduum nego-
um pertractandum, in Aulam Mechioacanis Regis lega-
ionem expedijt, auxilium ab eo poſtulans, quo, Hiſpanos
xpellere, & peſſundare poſſet, ſpecialiter de hoc ipſum
ionens, Principijs, huius inimici communis, repugnare
iritìm omninò neceſſarium eſſe, nam ſi pedem ibidèm fir-
aſſet: nec deſperatis medijs, illum poſteà expellendum,
ſque cum detrimento & grandi, perdendi vtriuſque Regni,
ericulo. At barbarus Mechioacanis Rex, legationem hu-
ilem, & ſupplicem, ad inuitationem propinqui ſibi Regis
lonteſumæ (Deo ſic iuſtè promittente) contempſit: inue-
ratam iram, & antiquam inimicitiam præponens vtilitati
bono communi; vndè non ſolum, fœdus oblatum, & pa-
em reiecit, ſed ex ærario ſuo, nouum belli Neruum reſti-
it, & inimicitias auxit; Quo facto, exercitus Hiſpanus,
odicam inueniens reſiſtentiam, maximos habuit ſucceſ-
ıs, in Regnis iſtis; Inuictiſſimi Caroli quinti dominio glo-
oſiſſimam Mexici ciuitatem, cum toto reliquo regno, ip-
ımque pariter miſerum, & infelicem Monteſumam ſub-
ıgando. Domini noſtri quippè voluntas erat, ex amore
uo, perditas oues complectitur, vt inimicantibus propha-
is Regibus, ipſe Rex gloriæ, cum Chriſtiano grege in Reg-
a illa ſuccederet, nè ſimpliciores mille millium, qui inter
æuam & dexteram vix diſcernere poſſent, merito ſuæ ſa-
ratiſſimæ paſſionis (in ſuam aliorumque ſalutem impenſo)
niurioſè priuarentur. Eripuit ergò flameâ charitate (Deus
gnis conſumens ille noſter, & fortior armatus) Indos, è
aucibus infernalis inimici, tanto maiori gloriâ, quanto mi-
nùs ab omnibus exſpectabatur. Idcirco quemadmodùm
Hiſpani milites de Mexicanis reportarunt vctoriam, ſuo
Principi eos ſubiungantes: ita Fratres Sancti Franciſci, con-

ſcripti, iuratiq́ue milites IESV Chriſti, maledictum Chriſti inimicum Satanam, in illis regionibus debellarunt, templa falſorum Deorum deſtruentes, animas verò miſellas Deo noſtro clementiſſimo, & liberaliſſimo Creatori, ac Redẽptori ſubdiderunt. Ad quod grãde ſalutis opus, quamuìs cõplures alij poſteà, deuotione & religione magni confluerent, primi tamẽ facilè, Minores Diſcalceati Fratres fuêre, qui Seraphicũ Patrem S. Franciſcum imitantes, tribulationes, Paſſiones, & mortẽ ipſam, zelo ſalutis, animarũ ſanguine IESV Chriſti Domini noſtri redemptarũ, ſubire non dubitarunt. (*pulchrè ha*[c] *Sedulius noſter in Apologetico ſuo aduerſus Alcoran Franciſc. folio 11. Ex Sabellico demonſtrat*) Ex Euangelica igitur Prouincia S. Gabrielis, quę tot contradictionũ tunſionibus preſſa & expolita fuit duodecim, Eccleſię noui Orbis fundamentales lapides exci[ſi] ſunt, duodecim, inquam Diſcalceati & Euangelici viri, P. Fr[ater] Martinus de Valẽtia, P. F. Martinus de la Curunba: P. F. Franciſ[-] cus de Soto: P. F. Antonius de Ciudad: Rodrigo: P. F. Turribiu[s] Motolinia: Pater Frater Ioannes de Ribas, Pater Frater Gar[-] zias de Ciſneros: Pater Frater Ioannes Suarez de Sanct[o] Franciſco; Pater Frater Ludouicus de Iuenſalida: Pater Frater Franciſcus Ximenes Sacerdos; Pater Frater Ioan[-] nes de Palos: Pater Frater Andreas de Corduba, Laici; a[d] Chriſti Sacroſanctum Euangelium, non tàm verbo, quàm opere prædicandum barbaris nouæ Hiſpaniæ, omniumq́u[e] circũquaquè illius orbis Prouinciarum Gentibus, Ann[o] 1523. à Vicario Chriſti Leone Decimo, & Adriano Sext[o] per Patrem fratrem Franciſcum Angelorum totius Ordin[is] Generalem, inſtante Carolo Quinto, in Comitijs Genera[-] libus miſſi fuêre; ac tandem vigeſimo quinto Ianuarij (quæ Diui Pauli conuerſioni ſolemnis eſt) Anno 1524. e[x] Hiſpania ſoluentes, eodem anno, duobus ante Spiri[-] tus ſancti feſtum, diebus, in Sancti Ioannis de Vlna po[r-] tum appulerunt. Detulerant nihilominùs ſecum ampli[ſ-]

ſim[-]

imas Obedientiæ, non ſolùm Prælatorum ſuorum, & Mi-
iſtri Generalis Sigillo munitas, ſed & Patentes illuſtres,
ummorum Pontificum(quos præmiſimus)authoritate pollē-
es, quibus concedebatur nempè Prælatis electis, ab ipſis, vel
ominatis à Generali, cæteriſque omnibus ab ijſdem propo-
itis ac proponendis religioſis, in partibus Indiarũ conſtitu-
is, plenaria poteſtas Sedis Apoſtolicæ, (in vtroq; foro) ſuper
mnes fratres & extraneos Indos: prædictamque Authori-
atem extendi poſſe, ad omnes actus Epiſcopales exercendos
qui tamen non requirerent formalem ordinem Epiſcopa-
em) quales ſunt, conſecrare aut benedicere calices, para-
nenta, alteria, capellas benedicere, Eccleſias reconciliare,
uatuor Ordines Minores conferre, & confirmationis Sa-
ramentum, Indulgentias concedere, idque in locis, vbi vl-
ra duas diætas non poſſint Epiſcopi, vel eorum officiales in-
eniri: Præter hæc quoque omnia; illa voluit ampliſſimè cē-
eri conceſſa, quæ pro expeditione, & ampliori conuerſione
ictorum Indorum, & præſeruanda communitate Catholi-
orum, eorumque profectu, ac obedientia, Sedi Apoſtolicæ
Romanæ debitâ, proque augmento Diuini cultus iudicaue-
int expedire.

Duodecim iſtorum Patrum Anteſignanus erat, ſan-
ctus vir, Frater Martinus de Valentia, qui cum illis Mexicum
eniens, celebrato ſtatìm Capitulo (vtì electus iam in Hi-
pania Cuſtos erat) rurſum ab illis eligitur, & confirmatur:
ub ipſo autem principio, in quatuor Conuentus, Mexicanũ
cilicet Texcucanũ, Tlaxcallenſem, & Huexotcinzicum, re-
igioſos illos quadripartitus eſt; tametſi in vltimis duobus,
non ſemper religioſi degerent, ſed alternis vicibus, modò
in Tlaxcallano, modò in Huexotcinzico; vnde in vniuer-
ſam religionem excurrebant. Ex his quatuor primis Mo-
naſterijs alijſque paulò poſt accedentibus, hæc Cuſtodia pri-
mũ conflata fuit, quæ à fine & operatione iſtorũ Apoſtolico-

rum Fratrũ, Cuſtodia Sancti Euangelij nuncupata eſt, & anno 1535. in Capitulo Generali Niciæ habito, Prouincia S. Euangelij declarata, ac confirmata: Tota hæc Prouincia Reformatorum Diſcalceatorum fertili ſolo, & aere temperato gaudet, & quoad ſitum, ac terminos, meliorem, frequentioremque nouæ Hiſpaniæ plagam tenet, ſub Archiepiſcopatu de Mexico, & Epiſcopatu Tlaxcala: quinque autem circum vallatur altiſſimis montibus, qui niue pertinaci oppleti, per maiorem anni partem rigere viſuntur, quorum vnus nunquam niue deſtituitur, duo alij verò ignem fumantes, & flammarum globos caligine myxtâ rotantes ex cacumine, vomere quaſi & eructare videntur; Atque hæc ſunt munimenta, quibus eos natura circumdedit; Rurſùm à Vera Cruce, vſque ad oppidum Tuluca (quod eſt àb Oriente ad cadentem ſolem) 240 millia paſſuum habet, in longitudine, omiſſa tamen domo (dela Habana) quæ 900. paſſuum millibus, quà maritimum iter in Hiſpaniã eſt, ab hac diſtare cognoſcitur: Ab arctico autem ad Auſtrum, in nonaginta millia paſſuum per latitudinem porrigitur. Anno 1580 ſexaginta ſeptem Conuentus habebat; & Cuſtodias duas, quarum altera, Sancti Saluatoris cuſtodia dicitur, ſex conuentibus patens: quæ in Gaſteca & Panuco iacet verſùs orientem, Floridæ contermina, ſub Aquilone ad trecenta & amplius milliaria protenditur; Altera verſùs Aquilonẽ & occidentẽ, decem conuentibus conſtans, plena hominibus Chriſtianæ Religionis auidiſſimis, in immenſum protenditur, vocaturque Cuſtodia Sancti Franciſci de Zacathecas, Chichimecis finitima: Ex hac Sancti Euangelij Prouincia tres aliæ Reformatorum Diſcalceatorum prodierunt. Illa nimirùm, quæ Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum in Mechioacan, & Xaliſco dicitur, itèm quæ Sancti Ioſephi in Iucatane, & quæ nominis Ieſu de Guathemala nominatiſſima eſt, Siquidem illas Reformati Franciſcani, in cuſtodias Prouinciæ Euange-

ngelij, ad Dei Verbum diſſeminandum primitùs erexe-
nt. Nec prætermittendum eſt, præcedenti anno ante
odecim prædictorum Patrum aduentum, tres alios Sera-
icæ Obſeruantiæ Belgas, à Carolo Quinto miſſos, illùc
netraſſe quidem, ſed è veſtigio conſequentibus duodecim
s Recollectis, aſſociatos eſſe, in omnibus; cùm morum ſi-
litudine & operatione, tùm Reformationis conſuetudi-
, Comites indiuidui facti, ad Sacroſanctum Euangelium
ulgandum, quorum trium nomina, Pater Tectius, Pater
nnes de Aora, Frater Petrus de Gandauo Flander, Album
ernæ memoriæ apud Indos, & cœlos obtinuerunt, vt ali-
probabitur. *Franciſ. Gonzaga.*

quuntur Vitæ duodecim Primorum Patrum, ac deindè aliorum, præſertim Patris Archie-piſcopi Mexicani.

CAPVT XXII.

Atissimvs omninò ſcriptoribus campus patebat,
in horum illuſtrium virorum, præſertim Ioannis
Zumaragæ (quos recenſebimus) rebus geſtis propa-
ndis, niſi ſuperioris ætatis incuria, hiſtoricorum deſidia, &
ſa denique obeſſet neglecti temporis magna intercape-
. Quinimò eorum vitæ integritas, & religionis Zelus,
irat adhuc (non obſtante ſcriptorum ſilentio) in pleriſq;
dis Seniculis, & prouectiorum annorum hominibus,
i, qualem ab ijs Beatis Patribus imbiberant doctrinæ li-
orem, quaſi lacte materno firmati, etiàm nunc hodie
ctis veræ Chriſtianitatis exactiſſimis digniſſimiſque, per-
ueranter oſtendunt; feliciùs ſanè optimis his Chriſticolis
cidit, quàm ſoleat vaſtis ædificijs, & magnifici luxus

molibus, vſuuenire, quarum ex vetuſtate deiectarum rudera tantummodò, & comminuta fragmenta, cum ſeg mentis relicta notantur. Iſti verò architectante man dexteræ Domini collocati, creuerunt in domum manen tem, non diſſoluendam in Domino. Quare breuiter & per capita curſim quodammodò, ea quæ non ſine ingenti labore, à fide dignis narrationibus collegimus ſequenti materiâ perſtringemus. Tamen omnium prim loco Fratris ſcilicet Martini de Valentia vitam, tribus a eius obitu annis, à Religioſiſſimo Patre, eius familiariſſi mo, Fratre Franciſco Ximenio (vno de numero duodecim primorum) litteris accuratè man-datam proſequentes.

Hic Imago 4.

Vita



A. P. Joanne Guadalupi instruitur.
Hie wird Er vnder wiſen
Maxelliones reconciliat.
Er verainiget zwen Marggrauen.
Prout Cia
S. Euangelij
Indi venerantur Cilicium et tunicam
Die Indianer verehrn ſein harines kleit.
Cinerem cibo immiscet
Er thut aſchen in die
Ægritudine et Dæmone vexatos liberat
Den krancken vnd beſeſsnen kumber zuhilf
B. Martinus a Valentia. Ref: S. F.
Sic in patria vult
So will'er daheim
4
Corpus integrum veneratur.
Sein leichnam wird verehrt.
Resuscitatum baptizat
Den auffer weckten taufft er.
Durch das gebet er weckt

Vita B. Patris Martini de Valentia Primi Mexicanarum Gentium Apoſtoli.

e ingreſſu eius in Religionem, deque amore paupertatis Euangelicæ, & de tribulationibus ob Zelum ſuum exantlatis.

CAPVT XXIII.

MArtinus oriundus ex oppido Valentiæ, Domini Ioannis in tellure (de Campos) quod inter Legionenſem ciuitatem, & Beneuentum oppidum ſitum eſt, inge-
is parentibus editus; ſed iuuentutis ac pueritiæ illius nihil
emoriæ proditum eſt: vt enim erat humilis, & ſui contēp-
r, nunquam eiusmodi ſermonibus otiabatur. Sed ex ſene-
itis virtutibus, facilè colligitur non minimas quoque in-
erâ ætate habuiſſe. Suſcepit diui Franciſci habitum Maio-
ano in Conuentu, Prouinciæ Sancti Iacobi: multàsque
erturbationes à Diabolo, impedire eum volente ſuſtinuit:
as tamen diuino auxilio omnes eliſit. Magiſtrum habuit
uotum Patrem Fratrem Ioannem de Argomanis, qui Pro-
ncialis poſtea Miniſter, eadem in Prouinciâ delectus fuit.
ouitius laicus cùm eſſet, librum Conformitatum Sancti
tris noſtri Franciſci legit: eoque magnum animi ſplendo-
m aſſecutus, in virtutem, paupertatem, omnemque
tæ perfectionem mirum in modum efferbuit: adeò vt cùm
rofeſſus, iam maximis laudibus celebrari videret arctiſſi-
am Pietatis Prouinciæ Obſeruantiam, quæ in Regno tunc
uſitaniæ ſingulari ſplendore coruſcabat, multaque per-
piens de Dei Viro Fratre Ioanne de Guadalupe, ibidèm vi-
ente, non ſine maximis laboribus, & difficultatibus ab hu-
ani generis hoſte obiectis, eò tranſire properauit: ac, ta-
metſi

metſi ipſi etiam Fratres eum à propoſito auocare conare tur, ne ſanctam eius ſocietatem amitterent: omnibus ſup ratis, quod optauerat tandem aſſecutus eſt. Subq́ue diſcipl nâ Fratris Ioannis, per annos aliquot, non aliter, atque ſ Diuo Antonio Sanctus Hilarion, ſe exercens, in ſuam, di Iacobi Prouinciam, diſponente Domino, reuerſus, vt ibi ſcholâ Virtutum Magiſter egreſſus, matrem ſuam, in q fuerat profeſſus, adiuuaret, & veneraretur; Nàm cum e Prouinciæ Sancti Iacobi Fratres, vt ad ſe reuerteretur, ſu derent; aſſignaturos ſe illi domum ſpondentes, quam (vt ve let) arctè, & perfectè ex animo inſtitueret; accepta, ille co ditione, Recollectum de Belbis Conuentum, nomine D minæ noſtræ (del Berrocal) conſtruxit. Ex quo, & tribus lijs à Sancti Iacobi Prouincia ſurrogatis, alijsq́ue quatuo (quos Fratris Ioannis de Guadalupe ſocij habebant) proc rante Viro Dei, alijsq́ue eiuſdem ſpiritus, Sancti Gabrie Cuſtodia, in maxima, & arctiſſima Regulæ Obſeruanti anno humanæ ſalutis 1516 fundata, euaſit. Stetit hoc ei m ximis laboribus, non corporis ſolum, ſed animi. Præter i finitas enim preces, in quibus ob id, ad Deum iugitèr per ſtebat: multa omnino impedimenta ab alijs obiecta ſuper uit: multa itinera & longinquas profectiones ſuſcepit (vt) Romam, inq́ue alias Ciuitates; multa interim pericula, f mem, ſitim, defatigationem, perſecutionemq́ue, & cont melias abſorbuit. Cumq́ue aliquandò iter faceret, in m nus incidit latronum, & ab his comprehenſus, cùm euaſ ſet, non ita ſe celeriter potuit proripere, quin iterum con prehenderetur: multiſq́ue ictibus cæſus non malum pro malo reddidit; ſed eximia patientia pro cædentibus exorauit.

Qua

uantum amarit ſolitudinem, pacem & quietem proximorum, quaque fuerint illius exercitia.

CAPVT XXIV.

CVM iuxtà Dei Verbum, ſuper montem poſita ciuitas abſcondi nequeat, tametſi Frater Martinus valdè ab omnium conſortio abhorreret, & ſolitudinem ſe-
aretur: eius tamen nomen celebratum eſt in ore omnium,
ad primorum, atque illuſtrium hominum aures penetra-
:. Vndè factum eſt, vt, in primo Capitulo (poſt erectam
Gabrielis Cuſtodiam in Prouinciam) celebrato, redditus
eius virtutibus certior Comes de Feria, precatus ſit, vt
monaſterio ille S.Onuphrij (de la lapâ) de prædictis ſeptem
onaſterijs vno, ſextoque à zafra, milliario ſito, colloca-
tur. Idque diuina prouidentia factum videtur; eò enim,
m veniſſet, inter familiam, de Pliego, & familiam de Fe-
a, paulò ante coniunctas; Valde tum diſſidentes pacem
mpoſuit; tametſi enim Marchio &eius vxor maxima con-
rdiâ conuenirent: propinqui tamen, & famuli vtriusque
mus, maximas inter ſe ſimultates exercuêre. Marchio
r integram quadrageſimam, Beatum in loco de Montilia
buit; eique commiſſa peccata confeſſus, concionantem
idè audiebat: ex quo & vberrimi alij fructus collecti ſunt:
facta pax vtiliſſima ſorte prouenit. Sed quanquàm vir
ei Virtutibus omnibus clareret, abſtinentiâque ſe, & pæni-
ntiâ inauditâ conficeret, tamē, tantâ ſimul humilitate pol-
bat, ſibi vt ipſi diſpliceret; ſeque inutilem ſeruum arbi-
atus, nihil aliud intenderet, quàm qui fieri poſſet, vt altio-
diuinarum rerum contemplationi, relicto ſæculari con-
rtio, vacaret. Exiſtimans igitur expeditiſſimam ad, id vi-
n eſſe Cartuſiani habitus ſuſceptionem, poſt rem maturè
cpenſam, precesque ad Deum fuſas, habitâ ſuperioris fa-

cultate, ad illum ſuſcipiendnm abijt. Sed quia aliter Deu
diſponebat, eumque in Diui Patris Franciſci habitu conſiſte
re determinarat, ob profundiſſimam humilitatem eius mẽ
tem aliorſùm illuſtrauit. Cum enim iter illud perageret, nul
la occaſione præcedente, tàm acerbus pedem eius dolor
inuaſit, vt ſiſtere cogeretur, nec progredi poſſet: quo com
motus, facilè mente aſſecutus eſt, illam Deo profectionen
non placere: itaque in Conuentum ſuum ſe recepit. Hui
tamen ſuo ſolitudinis deſiderio, magna ex parte ſatisfecit
cum in Cœnobium Dominæ noſtræ de Hoio tranſijſſet
quippe cùm id in deſerto loco, & ab hominum veſtigij
ſemoto collocaretur. Hîc ille magna ſpiritualia collucra
tus ſolatia, frequenter in illa ſolitudine, internè Deo viſi
tante, gratificari promeruit.

De tentationibus, quibus à dæmone exagitabatur.

CAPVT XXV.

IN hoc Monaſterio multas à Diabolo paſſus pertur
bationes: (quos enim Deus diligit, eos velut igni exa
minat) carnem detriuit mirabiliter, atque edomui
Dum enim ibi Deo vacare conſtituiſſet, primùm quidem re
miſſum ſe in oratione cognouit: deindè deſertum abhorre
re cœpit; cumque anteà illi camporum & arborum ſpecie
iucundiſſimè arrideret; iam vltra quàm credi poſſit, diſpli
cuit, fratres reliquos amore priſtino & charitate proſequi
nõ poterat, nulla enim ſpiritualis res voluptatem illi moue
bat: ſed omnes eas obiter vt aliud agens, obibat. Acceſſit h
perturbationibus, quibus admodum torquebatur, illa omni
um maxima, vtpote circa fidem, quàm à ſe expellere null
pacto valebat. Exiſtimabat enim ſe dum miſſam celebraret
non conficere; & ſibi penè vim inferens, maximaque cum
diff

difficultate Sacramentum admittebat. Huiuſmodi imagina-
tione afflictatus, nec celebrare voluit, nec cibum ſumere: eo-
que debilitatis, propter abſtinentiam, pœnitentiam, & ſpi-
ritus afflictionē deuenerat; vt conſumptis carnibus, oſſa pelli
lurida cohærerent: ſibi tamen ipſe robuſtus eſſe videbatur;
vireſq; habere, quæ maioribus adhuc laboribus ſufficerent.
Cumq; p diē vnā nihil ſumpſiſſet cibi, die ſequenti, eiſdē, ſe,
& (vt aiebat ipſe) maioribus viribus pollere animaduertit:
ſic vt per quatuor vel quinque dies, ſine vllo cibo permanſe-
rit. Cumque & eius corpus vehementer debilitaretur; & in-
ſtarent acriter fratres, aliquid vt ſumeret, reſpondebat, nun-
quam ſe tantis viribus præſtitiſſe. Quæ quidem non minima
erat ſatanæ fraus, quo eò loci ipſum deduceret, vt aut inediâ
deficeret, aut de recto ſtatu mentis deturbaretur. Quam ſanè
rem non minimùm iugis vigilia promouere potens erat. Sed
cùm Deus nunquam ſuos deſerat, præſtò ei auxilio fuit, ſim-
plicis cuiuſdam mulierculæ operâ vſus, quo nos doceret, nō
ſe ad manifeſtandum miſericordiam ſuā ſuperbis mundi ſa-
pientibus, ſed humilibus & ſimplicibus quibuſque vti. Cum
igitur Vir Dei collectam panis faciens, in locum, Robleda nū-
cupatū, perueniſſet, eum vſq; adeò debilem conſpicata mu-
liercula: heu me, inquit, pater quid tibi mali eſt? Videris
enim præ debilitate velle animam exhalare. Hæc ille verba
audiens, perindè ac ſi ab angelo aliquo pronunciarentur; ve-
luti è ſomno experrectus, totus commotus eſt: ſecumque co-
gitare cœpit, ſe nullum cibum ſumere, vererique, ne qua ibi
hoſtis eſſet machinatio: planeq; ita ſe rē habere animaduer-
tit. Fugato igitur Dæmone, apparuit virium debilitas, tan-
taque defatigatio, vix vt pedibus conſiſteret. Cibum igitur
moderatè quidem ille ſumpſit, cautiorque inpoſterùm fuit,
ne quam, inuadendi ſe occaſionem, inimico præberet. Diſ-
ceſſerunt ſtatim cæteræ quoque perturbationes: ipſeque &
delectari diuini Sacramenti cibo; & diligere fratres, &

cæteris ſpiritalibus rebus mirificè frui perrexit: quibus operibus in immenſum proximorum amorem excreuit: adeò vt propter eos, vehementi martyrium ſubeundi deſiderio teneretur.

De Magno martyrij deſiderio, quo B. Martinus exæſtuabat, & de Reuelatione conuerſionis Indorum.

CAPVT XXVI.

MARTYRII huius deſiderium multis ille ieiunijs, vigilijs, precibus, multiſque corporis laboribus aſſequutus eſt. In quo quidem ſolari eum Deus voluit, ei, quæ euentura poſtmodùm eſſent, circa eam rem in ſpiritu oſtendens. Cum enim aliquandò matutinas preces, feriæ quatuor temporum aduentus, in monaſterio de Hoio recitaret, initio ſtatim verbis delectari interiùs cæpit; & conuerſionis infidelium recordatione exultare, & quò diutiùs in ea cogitatione morabatur, eò plures in pſalmis, quos recitabat, ad eam rem intelligentias penè habebat: augebatur autē iſtiuſmodi delectatio in pſalmo incipiente: *Eripe me de inimicis meis Deus meus &c.* Vbi bis repetitur Verſiculus ille, *conuertentur ad Veſperam, & famem patientur vt canes.* Secumque ipſe aiebat: Quandò hoc erit? quandò adimplebitur hæc prophetia? quando erit hæc Veſpera? Non erit modò? Non ero dignus ego, qui hanc conuerſionem videam? ſiquidem in vigilia iam, & dierum noſtrorum fine ſumus? quando vltima inſtabit mundi ætas? Hæc ſecum medullitùs ruminando, pſalmos omnes in charitatis ergà proximū deſiderijs abſoluebat. Factum eſt autem (diuinâ prouidentiâ) vt abſente eo, ad quem id ſpectabat, abſolutis pſalmis matutinarum, lectiones ei ad recitandum iniungerentur; cùm legiſſet, multò

ultò magis erectus eſt in propoſita ſententiâ, lectiones, iippè quæ recitabantur, ex Eſaia propheta ad propoſitum ant, adque id vehementer hortabantur. Spiritu igitur ſub- tus, immenſam animarum infidelium multitudinem ad dem conuerſam, & ad Baptiſmum accurrentẽ vidit. Tantâ ue perfuſus eſt voluptate, vt ſe continere nequiuerit, quin luti lymphaticus ter vociferaretur: Laus ſit Ieſu Chriſto. uâ voce editâ, extrà ſe poſitus, vlteriùs progredi non va- ns, remanſit. Religioſi, qui myſterium ignorabant, cùm iectum de ſtatu mentis arbitrarentur, in cellulam detruſe- nt; obſeratiſque foribus, & feneſtris, ad abſoluendum di- nas preces, reuerſi ſunt. Ille extra ſe poſitus vſque ad aiorem Miſſam poſterioris diei ſic hæſit: quo tempore in reuerſus, concluſumque ſe in cellulâ cernens, feneſtram erire voluit, ſed, quòd illam clauis monachi obſeraſſent, n potuit: ſubriſit igitur, intelligens, factum id ab illis me- , ne ab ea, ſe præcipitaret: cogitanſque rurſum, quæ in iritu viderat, precatus Deum eſt, id vt ſe ſineret corpora- us oculis conſpicere, nec ſe vita priuaret vſquequò viſio- m aſſecutus eſſet. Annuit Deus; cumq; ille in Hiſpaniam uam perueniſſet, vt inferiùs dicetur, vidit ſæpènumerò gentem Indorum multitudinem baptiſmum poſtulan- m, & doctrinam Chriſtianam audientem. Quâ ille de re rmagnas gratias Deo agebat: adque honorem Dei non- llis tunc religioſis, prædictam viſionem explicuit. In iſpania enim, tametſi cùm primùm in ſe reuerſus eſt, in- rrogatus à pleriſque ſit, de cauſa illius rei, adduci tamen illo modo potuit, vt cuiquam eam aperiret. Poſtquam il- hanc viſionem conſpexit, inflammatus multò magis pro- mi amore, de profectione toto animo cogitare cæpit, pre- bus ad Deum inſiſtens, apudque omnes, quos nôrat, oc- ſionem quæritans, deque tranſitu in Affricam audactèr æſumens. Quò cùm proficiſci conſtitueret, ac facultatem

ter poſtulaſſet, minimè impetrauit. Immò cum ſemel eâ o-
caſione ad Prælatum pergeret, in cuiuſdam fluuij, multitu-
ne tunc aquarum, tumentis, traiectione, non paruum in d-
crimen adductus eſt: vt neceſſe fuerit bibliorum volum-
& nonnullos libellulos, quos ſecum deferebat, relinquer-
Quos cùm à flumine deferri videret, vehementer eos DE-
& Virgini Matri commendans, ipſos magno, ab eo loco
teruallo, eodem in flumine, nihilomninò ab aqua læſos,
cepit. Hoc tempore vir quidam magnæ probitatis, -
multa Deus arcana reuelârat, futurum tempus intellige-
quo Deus Fratrem Martinum, & reliquos eius ſocios ad co-
uerſionis opus vocaturus eſſet, iuſſit ei annunciari, vt co-
quieſceret, cæptumque iter non abſolueret: neque eni-
eam eſſe Dei voluntatem: proque comperto haberet, De-
congruo tempore, ipſum id non procurantem vocaturu-
Quieuit ille; ac 12. poſt añis, Generalis Miniſter frater Fr-
ciſcus de Angelis, ſingulari præiudicio eum ſelegit, vt cu-
12. focijs ab ſe deſtinatis in nouam Hiſpaniam, ad anim-
rum conuerſionem proficiſceretur.

De Abſtinentijs & Mortificationibus eius, d- oratione, & contemplatione.

CAPVT XXVII.

FVIT MARTINVS Regulæ Obſeruantiſſimus, in magn-
penuria & paupertate procedens: nudiſque ſemper p-
dibus ambulans, vno tantùm habitu indut⁹ eſt, cilici-
ſubtus è ſetis aſperrimum ferens: in cibum paululùm iuris,
carnis fruſtulum, tantum ſumebat, idque ſolum cum pr-
latus exiſteret; feſtuſque adeſſet dies. Præter Eccleſi-
& Regulæ ieiunia, pleraque alia obſeruans, cinerem -
cum deferebat, vt in cibum quo fieret inſipidus, imm-

ter-

et, Propheticæ vocis recordatus: Quia cinerem tan-
àm panem manducabam, & potum meum cum fletu
ſcebam. Et illius alterius propheticæ adhortationis: Re-
rdare paupertatis meæ, amaritudinis, & fellis mei. Se-
x, D. Hilarionis exemplo abſtinentiam augebat, quater,
hebdomadæ diebus ieiunans, pane tantùm & legumi-
bus veſcebatur. Aſperè ſe cædebat, & ad multam no-
m id facere pro delicijs habebat. Aſſiduus in oratione,
riſtum ſemper Crucifixum ob oculos tenuit: quâ recor-
tione, tàm in ſe ſeuerus erat, nulli vt ſpontaneæ pœni-
ntiæ parceret; ſed corpus ſuum ieiunijs, inedia fame,
i, vigilijs, verberibus, fatigatione, frigore, calore,
jſque tormentis attenuaret. Quoties morbis affige-
tur, nihil aliud pro lecto, quàm culcitram quandam
bſternebat, vinum non attingens, nec medicamen-
vlla aſſumens, aut medio alio, quàm Chriſti IESV, qui
rus ei medicus erat, vti ſollicitabatur. Quando poſtremò
ælatus fuit, in extremis vitæ diebus, non contentus vſita-
s ab ſe, ad eam diem, exercitationibus, pleraſque addidit
ias, ne qua, afflicto corpuſculo requies daretur. Præſer-
m autem propoſuit genua crebriùs humi defigere; quod
ciens, frequentèr, per quartam horæ partem, perdura-
it, magno certè labore, magnaque ob ſenectutem de-
tigatione: ita, vt quum id nocte quadam in cellula
ceret, è cella quadam proxima, religioſus alius gemen-
em ipſum audiens, ad oſtium accurerit: quumque ipſum
rebrò, vt defatigatum hominem anhelantem audiſſet,
eligioſum alium eâ de re admonuit. Qui cùm
ancto viro familiaris eſſet, rem vt ſe haberet intel-
igens, illum eſſe quietum iuſſit, longè enim aliud ſan-
to ſeni eueniſſe, quàm ipſe exiſtimârat. Huiuſmodi
lle exercitationibus vſque adeò erat deditus, eas vt nul-
o prorſùs modo omitteret: quas ſi vel ob muneris,
vel

vel aliquam ob aliam occupationem præfinitis horis ſuſci
pere non licuiſſet; quùm primùm tempus nanciſcebatur
complebat; quaſi verò præcepto ad eas obligatus eſſet: di
cere ſolebat: (nondum hodie debita mea perſolui.) Quan
in eo vim haberet Dominicæ paſſionis meditatio, experiebā
tur planè ſocij eius, à Dominica præſertim paſſionis, vſque
ad reſurrectionis diem: eo enim tempore vsque adeo defi
ciebat, ac ſi multis diebus decubuiſſet. Statimque in paſ
chali Dominica reſtitutus reualebat, faſſuſque eſt aliquand
pleriſque religioſis, ex continua paſſionis Chriſti meditatio
ne eam alterationem prouenire. Alijs temporibus, alijs
quoque exercitationibus vtebatur, maximo illi ſolatio ex
ſtentibus. Poſt matutinas enim preces, cantica quædam d
uinas laudes continentia, eâ ſuauitate vocis canebat, vt m
rum in modum omnes afficerentur; cum nihilominus, qu
in illis continebantur, nullus præter Deum intelligeret
Magnam is operam in virtutibus comparandis locauit, hu
militatem verò præſertim, tanquàm omnium fundament
coluit: eâque in re magnum ſubijt laborem, quippe cum
elatus, ſuapte naturâ eſſet, & cholericus: quo factum, vt cō
ſtantiùs in pænitentiæ rigore perſeuerarit. Neque id ſolum
interiùs actitabat, verùm exteriùs etiam eos vehementer a
mulatus, qui re verâ humiles eſſent. Ea propter dicere era
ſolitus Fratri Franciſco Ximenio, familiari ſuo amantiſſimo
quique alter illi quodammodò Frater Leo erat, (quem
diuus Franciſcus Fratrem ouiculam nuncupa-
bat) affabilis ſcilicet & manſuetus: O fra-
ter (inquit) qui tui ſimilis eſſet?
dicebat optando.

De ſingulari illius Humilitate.

CAPVT. XXVIII.

INTER pleraque alia humilitatis eius monumenta recenſeri poteſt, quod, cum ſancti Gabrielis Prouinciæ Miniſter eſſet Prouincialis, & in vigilia aſſump-
onis Dominæ noſtræ, anno 1518. in primum eſſet Prouin-
alem electus; viſitando ſubiectos conuentus, morem hunc
nebat: aliorum culpas ſuſcepturus, ſuas prius recitando
texit, flexiſq; in choro genibus coram omnibus ſe ipſum
crepans, defatigatum corpus flagellis acriter affligebat,
que tempore ciliciũ (quod nunquàm à Religionis ingreſ-
depoſuit) à ceteris omnibus perſpiciebatur. Id, ille, tàm
opter ſe, quàm vt exemplo eſſet alijs, ſolertèr inuenit, e-
nque corrigendi alios rationem, inter Indos quoque re-
uit; quos, quotieſcùmque caſtigaturus erat, ac ſe vt ver-
rarent iuſſurus, ſe ipſum prius coràm ipſis, ictibus exce-
t; quo intelligerent caſtigationem eiuſmodi ex charitate
ocedere. Item cum è Prouincia Sancti Gabrielis ad ſuos
uiſendos è Patria profectus eſſet, poſtquam Valentiæ (ea
im Patria erat) appropinquauit, cogitans quæ nàm eius
ofectionis cauſa fuiſſet, ob quam tot laboribus, tantum
ſet itineris emenſus: eàmque ad mundi res deſtinatam
iſſe; deprehenderet: tumens in ſe ipſum antequam oppidũ
grederetur, veſtibus ſe omnibus ſpoliauit, relictis tantũ-
odo fæmoralibus, coniectoque in collum fune, ſe à laico
er vniuerſum oppidum, atque eam præſertim viam, in qua
opinqui eius frequentes habitabant, tanquam facino-
ſum reum, ac phanaticum hominem trahi iuſſit: Qua re
racta, neminem inuiſens, aut alloquutus, in Monaſteriũ
um corripuit ſe. Vnde accidit, vt à propinquis, & reli-
uis oppidi incolis valdè contemneretur: quod ille iſtis acti-
us expetierat. His ille exercitationibus humilitatem veram

aſſequutus eſt: referebatque ſocius eius Frater Franciſcus Ximenius, exhibuiſſe eum pleraque humilitatis monumē ta omninò admiranda, & ſanè prodigioſa; verba illa Chriſti identidem repetentem: niſi fueritis ſicut vnus de paruuli iſtis, non intrabitis in regnum cælorum: cumque de diu Michaële arcana quædem & ſublimia percenſeret; collegit Frater Franciſcus, ſanctum eum Archangelum, multa ei ve ræ humilitatis abdita & arcana reuelaſſe. Sanè Humilita eius, eo maximè apparuit, quòd in nouam Hiſpaniam ad fi dei prædicationem, tanquam Pontificis legatus miſſus, ma ximis tùm eius, tùm etiam Imperatoris priuilegijs commu nitus, Caputq; ampliſſimarum regionum, conſtitutus, nun quàm tamen Humillimā pauperrimi Fratris perſonam de poſuerit, ſed hòc magis ſe ipſum contempſerit: quod fund mentum fuit illi Euangelizanti, & eius ſocijs: cum nudi ſemper pedibus, vili, & lacero cooperti amictu vbiuì pr cederent. Ipſe ſolus è Prouincia in Prouinciam, ad viſitand pergebat: cum enim adhuc pauci eſſent fratres; hominum autem ad fidem venientium infinita multitudo; ſocium ha bere non poterat. Ipſemet humilis conſortio ſtipatus Ang lico, manticen mendicitatis ſuæ, in timore Domini ſolus b iulabat.

De fructibus vberrimis, quos apud Indos protulit.

CAPVT XXIX.

INGRESSVS nouam Hiſpaniam iam ſenex, cùm ſpiritual orationis & contemplationis exercitationes relinquer nollet, non potuit magnam Indorum linguæ cognitio aſſequi: ſed vtcumque eam calleret, plus cæteris profici bat: quod enim loquelæ deerat, vitâ & exemplis adimpl bat. Indos præcipuè pueros legere docebat, eos percipie

futur

uturos aliquandò parentum atque aliorum inſtructores: uos poſtquàm docuiſſet, orationi vacabat in loco, ex quo pſos videret, ab ipſiſq; videretur, tùm vt ſtudium illi non ntermitterent : tùm etiam vt exemplum caperent Deo ipproximandi: cùm ſciret ita eſſe Indorum naturam comparatam, vt meliùs, oculis obiecta, perficiant, quàm viſu reondita, & aure ſola percepta: Cum his igitur poſt matutinas præces hymnos concinebat, eos interim orare docens xtenſis in crucis modũ brachijs, ad interuallum, quo ſeptis Dominica oratio, & ſalutatio Angelica recitari poſſent. Quo factum eſt, vt diſcipulos habuerit diuinis rebus pro cuiuſque talento egregiè addictos. Multum ille ijs populis conulit, in quibus eſt aliquandò commoratus, veluti Tlaxcallẽi, & Tlalmanalcenſi, vbi memoria, & nomen eius percelebre emanſit. In hoc vltimo oppidum eſt, de Amaquamecan, bi hodie Conuentus eſt Patrum Dominicanorum. Indigenę anto ſunt amore Dei virum proſequuti, vt eo mortuo Amiculum, quo miſſam celebrabat, & ſetarum cilicium, quo ſuper carnem ſtringebatur, ad annum vſque Dominicæ Incarnationis 1584. apud ſe, clanculùm retinuerint, quod Indus quidam fratrum monaſterio deſeruiens, noſtris aperuit: quibus reſtitutum, illud in Conuentus ſacrario repoſuerunt, magnaque hoc veſtimentum veneratione recolitur. Cilicium autem plurimas in particulas conciſum, inter multos diuiſum eſt, ita vt fælicem beatumque ſe exiſtimauerit, qui aliquam eius particulam & ſi minimam, illamque magnâ veneratione habendam ſortitus eſſet.

Deſideratur B. Viri præſentia (ob famoſam eius Sanctimoniam) ab Archiepiſcopo Mexicano & alijs: Sinarum vel Chinæ, via, in ſpiritu illi oſtenditur, ſimul & Iaponis, & Philippinarum.

CAPVT XXX.

PLeriqúe ex primis ordinis, religioſis, ob ea quæ de eius ſanctimonia, tàm in noua quàm in veteri Hiſpania, ferebantur illum videre, & cum eo conuerſari intimè geſtiebant: Inter quos Sanctus Epiſcopus, ac religioſiſſimus Pater, nec non de Franciſcana religione optimè meritus, frater Ioannes de Zumarraga, cum ex Hiſpania primum profectus eſſet, maximo ſanctū hunc hominem, ac præſtantiſſimū religioſiſſimumq́; Patrem cognoſcendi, nec non cum eo de quibuſdam rebus animarū ſalutem apprimè concernentib' conferendi, deſiderio tenebatur, idq́; ob ea, quæ de eius ſanctimonia ferebantur: quôquè eo tranquilliùs, & vberiùs frui poſſet, in ſocietatem eum aſciſcere laborabat: idcircò Tlaxcallam ſe contulit, vbi ille Guardianum agebat, deſideriumque ei ſuum expoſuit. Ille, tametſi multùm in contemplationis exercitio obſtare cognoſceret, ad preces tamen ſancti viri, ac Præſulis, (vt facere ſemper aſſueuerat) acquieuit, cumq́; in ſomnum incidiſſet, (id enim ei ſemper in viſionibus, & reuelationibus accidit, quarum non paucas præſertìm circà Indorum conuerſionem habuit,) videbatur in mari conſtitutus quadam in cymbula remis carente; ipſum verò mare concitatum furere & debachari, vt abſorbere cymbā videretur. Vndè timore, fluctuanti Martino dictū in ſpiritu eſt, perturbatum illud mare, ſæculum eſſe: eoſq́; qui in illo verſantur in cymbâ eſſe, remis (quo facilè pereant) vidua-

luatâ. Id ille Epiſcopo referens, excuſabat ſe, quod hâc
cauſa non obtemperaret. Nec ideò Præſul eum minùs di-
cit inpoſterùm; ſed planè magis, vt integrum ſcilicet, &
um Heroem, tractus eodem eius amicitiæ deſiderio. San-
ſſimus vir, quoque & intimus eidem Epiſcopo amicus,
c non & religioſiſſimus Pater Frater Dominicus de Betan-
s, Ordinis Patrum prædicatorum alumnus, & decus, vnuſ-
e illuſtrium eorum hominum, qui nouam ſunt Hiſpaniam
greſſi. Qui quidem, cum eo frui non facilè poſſet, quip-
cum diuerſi inſtituti exiſtentib⁹, diuerſis in locis, & remo-
ſimis quandoque regionibus commorari neceſſum eſſet:
dit operã, vt quem ipſum habere ſemper coram non pote-
; eius ſaltem imaginẽ haberet: eũ que depingi curauit, in
onaſterio de Tepetluaztoc, vbi vt plurimum commora-
tur: (quin etiam vſq; hodie ea illic effigies viſitur.) Tres hi
i perfectiſſimi, quo ardebant, deſiderio animarum con-
rſionis, ſummopere, concupierunt in Chinæ regiones na-
gare, quo tempore in eas, ea quæ modo reperta eſt, in-
nta via non erat. Quorum quidem primus id Frater Mar-
ius propoſuit; reuelatione enim compererat, reperiri ple-
ſque regiones Occidentem verſus, homineſque acutioris
genij, quã ſint Indi nouæ Hiſpaniæ habitatores: ſpirituque
uebat eò pergendi, & Chriſtianam fidem ibidem præ-
candi. Id autem accidit viginti annis antequàm de manife-
tione, & itinere in illam regionem, tùm per viam Luſita-
rũ, cùm Indiarũ Caſtellæ occidentaliũ ſcientur; quã rem
viſu hac ratione cognouit. Vidit homines ſtaturæ benè
mpoſitæ, qui valde vrbani & honeſti comparebant, corã
s diuerſæ aues volitabant, & per conos, ſiue angulos, & ex-
emitates alarum, ora iſtorum, & labia perſtringebant, vo-
tuum agitatione ſuauem auram excitantes. Quamobrem
aeris dulcedine, afflata gens, miras delitias hauriebat, &
imarum perindè lætitia perfundebatur. Cum autem

Beatus Pater Spiritus viſionem auereragnoſcere, ablato v
lamine, reuelatum eſt illi; homines quos viderat, alios ge
tiles, vel paganos innuere; qui adhuc inueniendi eſſe
ſpiritu nobiles ac ſubtiles, orationis, & contemplatio
capaces; auram verò ſuauem, qua aues mirificè eorum
cies recreabant, orationis, & contemplationis dulcorem
gnaſſe, quam ex contemplatione myſteriorum audienc
rum, & credendorum eſſent percepturi.

Ex alterâ viſione beatus Pater maiorem lætitiam c
pit, videbatur ſuper flûminis crepidinem eſſe, & ex alt
parte duas mulieres ſtantes conſpicere, quæ duos vlnis
fantes habentes, inambulabant, altera turpis, ac deform
& ſimilis matris filius; altera pulchra, & gratioſa; fœmi
deformis flumen tranſuadare conata, non valebat; tand
aquam ingreſſa, quamuis magno timore, tranſire perrex
& tanquam cæca, ac defeſſa nutabat greſſu, propter mo
ſtiam, quam currentis aquæ impetus illi faceſſebat; ſed h
quidem, impedimentis ſuperatis, flumen traiecit; fœmir
pulchra cum infantulo, quem vlnis complexa, tenerè ſer
bat, priuſquàm introire tentaret: ſeruum Dei attentiùs
tuita, quaſi opem ſollicitans, puerulum valdè feſtiuum,
illi blandientem, oſtendit; expanſiſque manibus proles cu
formoſâ matre indicabant, amplexandi deſideriũ, quod r
tibus inſuper affirmabant, omninò optare ſe in Beati Pat
ripam commeare; periculum itaque faciens in aquis, m
lier onuſta, ſimulatque fluuium cum filio contigit, facilli
& ſine vllo timore, aut fluctuum, & impetus currentis aq
impedimento, torrentem pertranſijt. Declaratum aute
in ſpiritu ipſi fuit, mulierem deformem Eccleſiam eſ
nouæ Hiſpaniæ, cuius filij cæcutire videantur, propte
modicum lumen, quo hactenùs vſi fuiſſent, eoſque to
rente myſteriorum cæleſtium conturbari, ac veluti ame
tes tranſire per aquas, cum neque diuinorum, nec

comp

npotes, rationem conditionis ſuæ reddere valuiſſent. eram verò pulchram, & gratioſam mulierem, indiare, aliam nouam regionem, nouamque Eccleſiam æ ſuo tempore manifeſtanda foret. Quam quidem, Christus Dominus in funiculum hæreditatis ſuæ, quaſi nouiſſim Sponſam accepturus ſit, & cum eâ finem ſæculi omimque terrenorum cultuum, Maieſtati ſuæ debitorum, tam poſiturus: cuius filij, veluti ſpecioſæ matris atque ulentiſſimæ, formam conſecuti, pulcherrimi erunt (init) id eſt Spiritualium morum Chriſtianos decentium core, cumulatiſſimi, quaſi ſub vltimâ benedictione progti, ſpontaneè ſine aliquâ violentiâ ſeruituri, ac ſine vllis nis conuertendi: atque ideò feruentes futuros eſſe, & in e ſolidos, inque lege Domini perſeuerantes. Quæ quim omnia poſt obitum Benedicti Patris Martini, filijs ſuis Spiritu generatis, ad amuſſim contingerunt, vti iam eom implemento & euentu, verificatum notamus in gentis, & deinceps animaduertemus.

Nunc enim proſpectum eſt, Fratres Diſcalceatos, i iam in Philippinas Inſulas nauigauêre, in ampliſſima a regna multo animarum profectu ingreſſos fuiſſe. Sunt tem illi filij Prouinciæ Sancti Ioſephi, quæ ex Prouincia Gabrielis, huius Patris propriâ matre, prodijt, iſti ſunt ri miſericordię, ex patre Zelote ſalutis animarũ, deſcendẽs, qui Indorũ nõ ſolùm, vrbanis gentibus, ſanctũ Euangeliũ ædicarunt, ſed etiã Barbaris iſtarum gentium, carniuoriſue humanorum corporum belluis hominib⁹; Crucifixi noen intulerunt, & ad fidem eos conuerterunt. Deus itaue qui alijs meſſoribus eam Prouinciam reſeruauerat, inrimâ vocatione Martinum perſiſtere voluit. Quod ſecunum propoſitum eius euênit. Cum enim in portum Tequãepec ad nauigia petenda (quæ ad eas regiones parauerat Dux Ferdinandus Corteſius) deueniſſet; proficiſci non potuit,

tuit, quod, cum nauigia examinarentur, diſponente De
& carioſa, & corrupta, minimeque ad nauigandum ſecur
comperirentur, quippè quæ ex viridibus tignis coniuncta
Nautarum vſui non ſeruirent. Sed imò continuis annis, ea
dem profectionem meditantes, parimodo votis ſuis deie
ſunt; tametſi ingenti ſpe, inueniendi, quod quærebant, in
pellerentur; adeò quidem, vt cum Frater Dominicus na
oblatæ breuitatem improbaret, reſponderit Pater Martin
(mittite in cucurbitam me, non enim dubito, quin, q
cupio, deducturus me Deus ſit). His verbis dolorem, & a
guſtiam ſatis exprimens, quâ intimè anima eius, eò qu
deſiderium implere non poſſet, anxiaretur. Itaque beat
ſenior in Mexicum, afflictus, & laſſus ex prolixo, trecent
rum leucarum itinere, quod nudis pedibus confecerat, r
dire coactus eſt.

De raptibus Ectaticis huius mirabilis Sancti.

CAPVT. XXXI.

SÆpè extra ſepoſitus viſus eſt, quemadmodum in H
pania per horas octo, cum (ad matutinum) gentiu
conuerſionem præuidit. Aliquandò cum Minoritico
Salmanticenſi conuentu, hoſpes eſſet, ſæcularis, qui re
gioſos, in oppido Candalapiedra, hoſpitio excipere aſſue
rat, caſu quodam ad hoſpitũ ædem eiuſdem Monaſterij pe
uenit; foreſque cellulæ impellens, Fratrem Martinum vi
orantem, extenſis in crucis modũ brachijs, (vtque patebat
ſolo ſublatum, totoquè corpore, & brachijs contrem
centem; ad ſtuporem videntis. In Conuentu Beluiſij, Pr
uinciæ S. Gabrielis, cum eſſet incola, & pro eleemoſy
mendicandâ ad locum, qui dicitur, (Meſſa Ibor) perrexiſſ
ſe

rò perueniens ad domum cuiuſdam deuoti germani fra-
um, hoſpitio ſuſceptus, ſeorſum ſe recipiens, ſalutatis do-
eſticis, in aream domus diuertit. Iam deceſſerat bona
articula noctis, cum deuotus hoſpes ille, Patrem ad refe-
tionem, inuitatum, inquireret, ſed vbi per totam domum
inimè repertum, indagaſſet, demùm in aream egreſſus,
um in angulo illius, propè clibanum eleuatum, & in ſpi-
tu raptum, totumque igneum, & magno ſplendore co-
uſcantem offendit: obſtupuit ille, & ſanctitatem in viro
ei demirans, quod viderat oculis ſuis, fideli narratione
biuis emulgauit, vt factum inſigne memoriæ poſteritatis
ommendaretur. Aliquandò ex Conuentu S. Mariæ Ange-
orum, in templum S. Crucis ad concionandum abijt, (erat
i ſedes Curiæ Epiſcopi illis diebus) quò, cum prope meri-
iem, laſſus, & fatigatus ex itinere, percurriſſet, in domum
e contulit fautoris Minoritarum, quo tempore ille reficie-
atur: at fautor optimus, vbi tanti viri præſentiam accepit;
umaniſſimè eum cum ſocio colligens, in interiora domus
dduxit; ac ſtatim mandans vxori, vt ſolicitè pararet paſcē-
is hoſpitibus iſtis; nam ſatagebat lautiùs habere, quos ſuſ-
eperat; at coniux, aliquâ moleſtiâ commota, reſpondit, nec
ſſe quidem panem in domo, &, quod vltimas reliquias
aritus cum liberis abſumpſiſſet: diſplicuit homini reſpon-
um vxoris, & territus, inſtitit, vt accuratiùs arcam per-
uſtraret, ſi quæ portio ſupereſſet. Mulier ægrè ferens in-
ſtantiam, (quod, ipſa candidè defectum panum agnouiſſet)
obſtinatiùs replicabat, non eſſe panem; Quare maritus ſu-
prà modum afflictus, nihilominus pergit inſtare, vti dili-
gentius inquirat; mandanſque ſeuerè, ſcio ego, inquit, &
confido, magnum Deum, Seruis ſuis, quos recepi, non de-
futurum: vbi verò Beatus Pater fidem patroni, tàm poten-
tem, agnouit; ait Coniugi, Soror (inquit) obſecro, per-
ge, ne contende cum marito, vade ſecura, quære, re-

peries: Amicus enim noſter, maritus tuus, tecum conſola-
bitur, perrexit mulier ad vocem Patris, aperit Ciſtam, re-
perit eam recenti pane eoque optimo plenam: exclamau
præ ſtupore, & lætitiâ, miraculum, inquit, & ſanè miracu-
lum; refectis ergò hoſpitibus, & familia domeſtica, deuo-
tior euaſit in filios Seraphici Patris, cum aliàs minùs mar-
to pauperculis afficeretur: ideoque diuertentes eò Fratre
ordinis, impoſterùm, mirâ benignitate, & hoſpitalitate
recepit.

Rurſùm ex Conuentu Dominæ noſtræ Rupis amato-
ris, vel Rocamatoris in pagum de Turre apud Almen-
dralium, ad eleemoſynam petendam abiens, ad multam
noctem, tempore pluuio irruente, cum ſocio madidus, &
omninò defeſſus ad domum cuiuſdam benefactoris
qui cum familiâ iam quieti ſe dederat, deuenit. Inuenti
ianuis clauſis, acriùs pulſabat, ſalutationis verbo ſæpius
repetito. Tandem vxor, Minoritarum & ipſa obſeruan
moroſo tamen greſſu, & apparatu ſurrexit, marito inte-
rim monito, ſed cunctante; fœmina in tenebris oberrans
nec portam domus, neque focum, aut cotem ad excutien-
dum ignem pro lumine reperit; ſtetit deliranti ſimilis, ex-
ſpectans vndique conſilium. Pater autem foris intempe-
ſtuoſo Cœlo coactus, moram non ſuſtinens cum collegâ
vrgebat introitum. At illa plorans, vt res habebat in te-
nebris, lamentabatur, nec quicquam reperire poſſe, nec o-
ſtium quidem. Quo audito, Beatus Martinus ſubintulit
IESVS, inquit, ſit nobiſcum; dixerat verbum, cùm eo i
inſtanti, quo ſanctum nomen ediceret, irradiauit totam
domum ſplendor mirificus, qui omnia colluſtrans mutuos
conſpectus exhibuit; mulier eos videns velut in meridie
oſtium aperuit, eoſq; multa conſolatione collegit, qui ſplen-
dor longâ morâ, donec Hoſpites officioſè recepti, & cæter
rurſùm ad quietem eſſent compoſita, perdurauit.

De

De Morte & Sepultura B. Martini.

CAPVT XXXII.

INTER alias reuelationes oſtenſum ei quoque fuit, moriturum ſe extra domum, & extra lectum eſſe, quod ille decẽ antè mortem añis, religioſo viro fra-i Antonio Hortiznarrauit: quanquàm quo mortis genere biturus eſſet, omninò neſcierit. Quod ille ſciens, magno Hiſpania deſiderio, Africanam profectionem procurabat, iſſuſque à ſuperioribus, tandem nouam Hiſpaniam eximia etitiâ, veluti quod optauerat conſecutus, iter arripuit. Po-eà autem, cùm perſpexiſſet, non poſſe ſe martyrij palmam onſequi, eo quòd Indi ſine vlla contradictione fidem ſuſci-erent, de petendo Chinam cogitauit, anno vno priuſquàm orereretur, & ſalutis milleſimo quingenteſimo trigeſimo ertio, cùm fratrum nouæ Hiſpaniæ ſecundò Cuſtos eſſet. ed cùm ea profectio effectum ſortita non ſit (vt dictum ſu-eriùs eſt) Mexicum reuerſus eſt, cùm mille millia paſſuum o in itinere peregiſſet. Eò cum primùm defatigatus, & pe-e miſerè affecto perueniſſet, quadrageſimæ & paſſionis tẽ-ore induci nullo modo potuit, vt gen⁹ aliquod calceamen-ſumeret, nudis, & ſanguinolentis pedibus ambulans, ip-ımque crus trahens potiùs, quàm in vſu tenens; diuinaſ-ue ſemper laudes, vt in iſtiuſmodi laboribus ſolebat, ite-ans, atque exemplo ſanctæ Virginis & martyris Agathæ, ec medicamentis, nec medico vti ſategit. In hoc itinere deò profecit, vt alius nouo ſpiritu reuerſus ſit, arden-iuſque internis tractibus deſeruiret. Cùm primùm ve-ò Mexicum peruenit, munerum oneribus, quod vehe-nenter cupiebat, liberatus eſt. Celebrato enim Capitulo oſt abſolutum eius trienium, Anno 1533 alioque Cuſtode lecto, ipſe ſe ad quietem recepit in monaſterium de Tlal-

manalco; ibiq́ue quidquid ab Indorum & puerorum doctr
na vacabat, in oratorio, quod in monte de Amaquemeca
priùs ipſe fabricarat, impendebat. Sed non multo id tem
pore ſtetit: anno enim Dominicæ Incarnationis 1534 mor
tali ægritudine oppreſſus eſt, lateris eum dolore inuadente
cùm priùs ad ſocium dixiſſet, peractum hoc eſt: Quo rogan
te; quid pater? Nihil reſpondit: ſed paulò poſt, dolere capu
inſinuans, augeſcente morbo, eum in conuentũ de Tlalma
nalco contulerunt, ſuſceptiſq́ue omnibus Sacramentis, fra
tres eum deferre Mexicum ſtatuêre, apprehenſoq́ue itiner
cùm in loco de Ayozinco cymbam conſcenderet, animad
uertit horam exitus maturare: iuſſitq́ue ſe in terram expon
Vbi genua humo incuruaret: ſtatimq́ue ad Fratrem Anto
nium Hortiz, cui multis pridèm annis non ſe in lecto mori
turum, prædixerat: frater, inquit, fraudatus ſum à deſide
rio meo, animamq́ue Deo comẽdans, exhalauit. Innue
bat autem per verba illa, fraudatum ſe martyrio ſæpiùs op
tato, neq́ue eas oculis gentes perſpexiſſe, quas ad fidem ve
nientes in ſpiritu conſpexerat. Sed non deceptus eſt in reue
latione mortis, ſiquidem extra domũ, defixis in nudâ hum
genibus, mortuus eſt. Socij eius corpus in Tlalmanalco re
tulerunt, & in medio maioris capellæ tumulauêre. Eò ſe cur
primùm, Cuſtos contulit, erutumq́ue cadauer in veteri li
gnea capſa concluſit, ſuperpoſito lapide, demortui nome
continente: Cumq́ue illum, præcipua veneratione quadam
S. Michaëlem coluiſſe meminiſſet, eius Archangeli Miſſar
celebrauit. Ferunt autem, integrum probumq́ue hominem
ab eo momento, quo à fratribus cani, *Gloria in excelſis*, &
ceperat, vſq́ue ad finem, Fratrem Martinum vidiſſe ante
ſepulturam erectum, habituq́ue Franciſcano veſtitum, a
manibus cõpoſitis, vt de ſancto Epiſcopo Ludouico legitur
Tantus in eo paupertatis amor fuit, vt mortuus etiam in tu
mulo eam ſecum habere voluerit. Cùm enim corruptam

ex cap

capſâ illa tabulam tollere, aliamque nouam & depictam, uotioremque, ſubrogare fratres conarentur, maximus in mulo ſtrepitus excitatus, non priùs deſijt, quàm ſublatâ ua tabula, antiquior reſtitueretur.

Corpus eius pluribus quàm triginta annis, integrum anſit, tumuloque ſæpius recluſo, à quàm plurimis viſum. Religioſi enim variarum profeſſionum, & noſtrates om-s operam dabant, vt illius conſpectu potirentur. Anno ta-en Domini 1567. euanuit, nec ad præſentem diem repertũ. Quod Dei voluntate factum videri poteſt, ne ſcilicet ho-inis corpus, tam crebrò indecenter fortaſsè contrectare-r. Res autem ita comperta eſt, Anno Domini 1567. cum almanalco perueniſſet Secretari⁹ Patris huius (Prouinciæ iniſtri) audiſſetque ante annum vnum recluſum tumulum iſſe; inuentumque ipſum corpus integerrimum, Genera-Commiſſario perſuaſit, miraculum vt viderent. Apertâ i-tur ſepultura, nihil omnino repertum eſt, præter ligni fra-nenta, quæ ex capſa reſidua videbantur. Facta eſt diligens iique conquiſitio, nec quicquam vel ab oppidi Indis, vel à atribus comperiri potuit ea de re, tametſi ſuper eâ, anno ominicæ Incarnationis 1580. Apoſtolicæ literæ publi-tæ ſint.

De Miraculis B. Patris Martini ante & poſt mortem editis.

CAPVT XXXIII.

PAVCA omnino miracula DEVS operatus eſt in noua Hiſpania, tametſi admodum inſignes Apoſtolici Viri, in ea deſudarint: fortè ideò (coniecturare licet,) quod fideles quidem, nempè Græci, Tartari, Aſiatici, Eu-opæi, Africani, vt conuerterentur, miraculis indiguerunt:

Indi verò ſummâ cupiditate Chriſtianam fidem amplex ti ſunt. De fratre Martino præter ea, quæ ſuprà narrau mus, nonnulla feruntur, quorum paucula referemu Paucitas enim Patrum in illis regionibus degentium, hu militas profundiſſima huius viri, qui ſolus vt plurimùm in itineribus incedebat, quæ calamo digna, celabat, nud tas quoque & memoriæ tarditas Indorum, qui tàm mult mirabiles actiones memoria tenere; vel litteris mandare n ſcierunt, in cauſa fuêre, cur tàm pauca de tanto Apoſtol reſcirentur. *Certè Thomas Bozius* in libro ſuo de ſign Eccleſiæ ſigno 11. lib. 5. aſſerit Martinum de Valentia oriu dum, è familiâ Franciſcanâ, multum ſtudij poſuiſſe in prop gando per ſupradictas Regiones, Chriſti cultu, multaque mirabilia effeciſſe, Hæc ille. *Et Thomas à IESV*, in th ſauro ſapientiæ lib. 2. cap. 6. aſſeueranter ait, Martinum noſtrum ſummis in vita functum miraculis coruſcaſſe, innumera miracula ex eius reliquijs in dies emanare. Cu adductus ei in Tlalmanalco ægerrimus puer eſſet, vt b ptizaretur, priuſquàm id fieret, mortuus eſt puer, dolu ille vehementer, ſuſceptumque in manibus infantem, ſ per altari quodam collocauit: ſe verò orationi committen paulò poſt ſublatum viuum, & diuino lauacro tinctum, ij qui eum adduxerunt, reſtituit. Quæ quidem res pro compe tiſſima habetur, tametſi eo tempore ob religioſorum pauc tatem, & Indorum imperitiam, qui iſthæc litteris mandare non reperiretur. Ex eò ſimiliter factum eſt, vt quàm plur ma valdè illuſtria, & mirabilia, obliuione deleta perierin Rurſùm cùm eius aliquandò corpus, recluſo tumulo oſte deretur, frater Ioannes de Ouiedo, qui in Angelorum Ciuit te Tecamachalci Guardianus obijt, cum olfact⁹ ſenſu priu tus omninò rigeſceret, eximiã odoris ſuauitatẽ ſenſit, ſanit tiq; ex ea reſtitut⁹ eſt, & vegeto illo ſenſu ad mortẽ perma ſit. Narrabat quoq; id quod in ſe fuerat expert⁹, cũ reliqui

aliqu

iquas ſancti corporis concupiſceret, minimum ei quendã
anus digitum ſuſtuliſſe, cumque iam abituriret, verentem
ctum ſuum, digitum in capſam conieciſſe. Rurſum ſenio-
s, & præcipui Tlaxcalæ viri teſtificantur, año Domini mil-
ſimo quingenteſimo vigeſimo octauo, quo tempore ſan-
us vir Guardianus erat, eam fuiſſe aëris ſiccitatem, vt fru-
enta, quæ iam florere cæpiſſent, exurerentur, & decide-
nt, qualia infidelitatis tempore (nullius memoria) conti-
ſſent. His in auguſtijs ad virum Dei properarunt, inſtantes,
pro his ad Deum intercederet: Quod ille intelligens, con-
egari eos iuſſit, proceſſionemque inſtituere ad Crucem
ectam, vbi modò eſt habitatio nomine Eccleſiæ Natiuita-
Dominæ noſtræ: ipſe verò habitu ſpoliatus, totum illud
r (verberibus ſe fatigans) genibus irrepſit. Vix eò per-
nerunt, cum perturbato cœlo, pluere cæpit, nec amplius
ua defuit. Idipſum eueniſſe iterum Indi teſtantur, cùm ſe
oque diuerberans ad aliam crucem, in loco de Tlaëlpan,
am, eoſdem proceſſionem agentes, deduxiſſet. Ferunt
oque fæminam quandam ægrotantem; & alterum reli-
oſum, varijs perturbationibus à diabolo afflictum, cùm ſe
commendarent, liberatos fuiſſe.

De Epiſtolis ſcriptis à B. Patre Martino CAPVT XXXIV.

FAMA eſt deniq́ue; ſanctum hunc virum pleraſque, epiſtolas ſcripſiſſe, in quibus religioſorum labores, & Indorum conuerſio explicabatur. Quæ tamen
iuria temporum euanuerunt, vnâ tantummodò relicta,
æ typis excuſa, nonnullis latinis libris conſerta vulgatur:
ripſit eam quidem anno 1531. cùm ſecundò S. Euangelij
ſtos eſſet, ad reuerendiſſimum Patrem fratrem Matthiam
ueinſſen Ordinis Minorum Generalem Commiſſarium
Ciſmon-

Ciſmontanum, quæ ita habet. *Reuerendiſſime & digniſſime Pa-ter, Frater Martinus de Valentia Cuſtodiæ S. Euangelij Cuſtos, ac cæte-Fratres Ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, in noua nunc Hiſpa-nia exiſtentes, filij, & ſubditi, reuerendiſſimæ paternitatis veſtræ, fide-ei obedientiam præſtamus; eiuſque manus oſculamur. Nos quidem in vltimis verſamur orbis partibus, in India, in Aſia maiori, vbi Chri-Euangelium à filijs primùm veſtris annunciatum eſt, & in aridis vi-gultis producere fidem cæpit. Saluatoris enim gratia, inebrians torre-tes, vino amoris ſui, hoc eſt Euangelij concionatores, in ſtillicidijs ve-borum ſuorum plantas ſuas multiplicauit.* Vt enim verũ dicamu-nec hyperbole vtamur, plus quàm decies centum millia In-dorum, à filijs veſtris baptizata ſunt. Quilibet enim illoru-duodecim, præſertim, qui mecum ſimul â Reuerendiſſim-Domino Cardinale S. Crucis, & Patre noſtro Fratre Franc-co de Angelis, Miniſtro Generali miſſi ſunt, pluſquàm ce-tum millia baptizarunt. Qui quidem omnes, præter vnu-me, Indorum idioma, vel vt veriùs dicam, diuerſiſſim-eorum idiomata didicerunt: ijſque & concionantur, & m-ſteria fidei noſtræ, innumerabilibus illis gentibus enarra-Inter ipſos Indos, Nobiliorum & ditiorum liberi, magnan-nobis ſpiritualis ipſorum ſalutis ſpem præbent. Hi enim religioſis noſtris, in vita, & ſanctitate morum, nutriuntu-noſtris in Conuentibus: 20. enim iam habemus conſtructo-conſtruunturque in dies alij, ſingulari in eiuſmodi opera I-dorum proſpenſione. In domibus, quas ipſi iuxta Conue-tus noſtros fabricantur, in nonnullis quidem 500. in alijs pl-res, in alijs non multò pauciores habemus, qui iam ſunt i-Chriſtiana doctrina inſtructi. Liberi verò & parentibus p-uatim concionantur, & publicè è ſuggeſtu mirabiliter: m-tique eorum, aliorum puerorũ Magiſtri ſunt. Cantant qu-tidiè magnâ cum deuotione, & ſolemnitate Dominæ noſt-preces, & Miſſam: noctuque in templis ſuis, eo modo, q-Monachi facere conſueuerunt, ad matutinas preces re-

tan-

ndas ſurgunt. Firmiſſimâ memoriâ pollent, perſpicacibuſ-
ue ingenijs: ſimplices, illi, & ſine vlla calliditate: pacis a-
antes; neque vlla inter eos vnquam contentio eſt: placidè
demiſſis oculis loquuntur. Fœminæ honeſtiſſimæ ſunt,
apteque natura muliebri pudore conſpicuæ. Eorum con-
ſſiones, mulierum maximè, incomparabilis puritatis, &
auditæ cuiuſdam perſpicuitatis ſunt. Sanctiſſimum Eu-
ariſtiæ Sacramentum multis lacrymis ſuſcipiunt: religio-
s magni faciunt, noſtros præſertim, quod eò primi vene-
nt, & Dei gratiâ, bona morum exempla præſtituant. Qua-
& his priuatim, pluſquàm cæteris obediunt, & ab his ie-
nia, cæteraque pœnitentiæ exercitia accipiunt. Profici-
t mirificè in Chriſtiana doctrina, valdeque Catholicæ no-
æ fidei rebus dediti notantur, eaſque celerius quàm Hi-
anorum filij, apprehendunt, ad gloriam, & honorem Do-
ini Dei noſtri, qui Benedictus ſit in ſæcula ſæculorum, A-
en. Ex noſtro Conuentu Tlalmanalci iuxta magnam
exici Ciuitatem, ex Cuſtodia S. Euangelij die 12. Iunij
nni 1531.

De Loco, vbi Solitarius egit Vir Dei, & de Reliquijs eius.

CAPVT XXXV.

OPPIDVM Amaquemecha duodecim fermè Leucis à
Mexico orientem verſus, ad ignis altiſſimæ Voragi-
nis montanas radices ſitum eſt: vbi præcipuè frater
artinus habitauit, & poſt mortem ſepultus eſt. Quod qui-
m oppidum, & vniuerſa circumuicina Regio, Fratrum eò
mpore minorum curæ, commiſſa fuerant: ac poſt Indos
nique Chriſtiana religione imbutos, ſuum ibi monaſte-
um D. Dominici fratres ædificarunt. Non procul ab eò

mons extollitur, pyramidali propemodùm voraginis, & vor ticis, formâ, arboribus nonnullis comatus & criſpus, è cuiu faſtigio, vicina regio, circumſpicitur, valliſque amæniſſim ad præfatæ voraginis radices ſita, montibuſque, circumua lata. In ipſo monte quinquaginta fermè ſtadijs à radice quindecim in latitudinem, totidemque pedum in longitu dinem, in ipſa rupe ſolidâ ſuapte natura, excauatum a trum reperitur, Eremitorij forma, quæ ſolitudinis amat res mirificè queat allicere. Hoc igitur antrum velu tumultuum portum aliquem præcipuè colebat Sanct Martinus, eaquè propter in nullo alio libentiùs, quàm i Tlalmanalci Conuentu morabatur; eoque ſe ſæpiùs co ferebat, tùm vt doceret Indos; tùm etiam vt illic rebus mnibus alijs abſtractus, vni vacaret Deo. Ibi ille genus o ne pœnitentiæ in ſe acritèr exercebat: orationique & co templationi iugiter inſumebatur. Feruntque, quum m ne ad orandum, inter dumeta quotidie procederet, ſolita eſſe magnam auium multitudinem arborem, ſub qua pr caretur, occupare, excitatoque muſico concentu eun quodammodò in Dei laudibus concitaſſe. Ferunt quoq apparuiſſe ibidem illi diuum Franciſcum, diuumque A tonium, eumque de ſalute propriæ animæ certiorem re didiſſe. Indi cum iſthæc omnia perſpicerent, Vırum, ta quàm oraculum (de ſanctimonia illius certi) vereba tur; ſcientes nequaquàm ipſius vitam à doctrina diſſe tire. Quum verò diſceſſit, quidquid veſtium eius a qui potuêre, diligenter retinuêre per annos 5 0. quaſi ſa ctiſſimas reliquias obſeruantes, inque diuerſis, peſtis, æg tudinibus, quæ nouam Hiſpaniam corrupêre, eiſdem ſanitatem vſi ſunt: nec vel noſtris fratribus, vel Patrib Dominicanis (qui eius poſtea oppidi curam ſuſcepêr eas vnquam oſtenderunt (ſacri enim pignoris ſacra inuidi la Gentis amorem inſtigauerat) donec ſuperioribus ann

reuela

uelatæ fuêre. Quùm enim in Amaquemechano monaſte-
o, venerabilis quidam pater, nomine frater Ioannes Raës,
tris Martini amantiſſimus, Vicarius eſſet, aliquandoque de
cum Illo diſſereret, ſeque reliquias illius aliquas habere
rcupere oſtendiſſet: paulò poſt Indus quidam, qui mona-
rio deſeruiebat, ſecretò ei oſtendit, per multos iàm annos,
liquias ſancti viri inter Indos aſſeruari. Diligenti igitur in-
iſitione facta, Cilicium quoddam è ſetis confectum, vilem
craſſam tunicam eiuſdem, duaſq; caſulas è linteo Indico,
ibus Miſſam celebrabat, aſſequutus eſt. Certiorem igitur
hâc re cùm reddidiſſet Prouincialem ſuum, inſtitit eas in
exicanum Conuentum deferri: quibus allatis, & ab omni-
s reuerenter habitis: in Amaquemecham illas, ex pacto
duxit, quùmq; repoſitis ijs in Sacriſtia, magnus hominum
merus accurreret, particulaſq; viritim deprecarentur, in-
ligens, pleriſque iam è cilicio, tunicaq; donatis, paulò poſt
rumque abſumendum eſſe, cauit, vt antrum illud montis
e quo ſuprà) exornaretur: & ad eius vnum latus, altare ad
lebrandum ſtrueretur, ad alterum verò ſepulchrum, cum
riſti imagine, ſubque eo capſula ferreâ craticulâ ſepta, in
â tunica, & ciliciũ collocata videri quidẽ, ſed non auferri
ſſent. Tametſi verò foribus antrum obſeretur, nihilomi-
s in alio proximo antro, Cuſtodia ſemper Indorum perſe-
rat, dieq; Veneris Sacerdos eò Miſſam celebratum ſe con-
t, magno cum mortalium & aſſiduo cõcurſu, tùm eorum,
i ſancti viri memoriâ tenentur, tùm aliorum illàc tranſe-
tium, nam illìc publica Mexicum verſus via porrigitur.
æ reliquiæ cùm oſtenduntur, in antrum religioſi conueni-
t, accenſiſque cereis, & cantu comitante, veſtibus ſacris
indutus Vicarius, ad altare procedens incenſum adolet,
poſteaque veſtes oſtendit, quas, omnes venerati,
ſummâ reuerentia proſequuntur.

In laudem Indiarum Mexici &c. facilè primi Conuerſoris B. Patris Martini de Valentia.

TE, Decus, Alma (Valens Martine) Valentia, mundos
Miſit adire nouos. & ſata ferre Dei.
Mexica, nil valuit, licet Auro, atque ære valeret.
donec colloquio, docta valere, tuo eſt;
Nil Valuit, contra validum, vis Inda, Valentem,
Fortior, aptaſti, Barbara colla Iugo.
Inualidos, reualere doces: diteſcere, Pauper.
Franciſci Loculis, iſta Moneta valet.
Jam pereat Mundus, cum nummo: Et Gloria Mundj,
Vt valeat, valido, Tantus, in orbe, valor.

Aliud

Quàm validus valor hic? valet illa Valentia valdè,
Quâ valuit, validans Indica Regna, Valens.
At quantum valeat, fari, num lingua valebit?
Quæ valeat chartis prodere penna decus?
Tinxit aquis Indum, rediuiuum è funere; longè
Eminus edixit, fata futura ſua.
Traxit Amore ſui, tot millia, totque phalanges
Quot Magnes Acuum millia, nulla poteſt.
Pacificare potens: Animos componere dulcis:
Conciliare celer: & reparare pius.
Pauperiem Viuus, Tanto conduxerat æſtu:
Vt moriens, Tombæ nollet habere locum.
Sed Lacer, antiquo concluſus in aſſere: pompam
Inſtantem ſtrepitu, Terruit eſſe propè.
Præcauitque Deus, fieret, ne poſterus, illi,
Faſtus, & (vt Moyſi) membra ſepulta tulit.

Occu

luit Gazam terræ, diſparuit Indis.
Fauſtior vt ſoli, pareat illa Deo.
Mirandarum Miracula maxima Rerum!
Quod Deus hunc, lapſo, protulit orbe, virum.
nentarat Agrum Domini, Spurca Harra Loderi,
Ara Valentini, diruta ſuſtinuit.
rtinus Loderus, centum detruſerat Orco,
Martini Lucrum, mille, Valentis, erat.
ſuperat Lucrum, Damnum: Bona cauſa Triumphat,
Et paribus, vicit, Tempore, marte, Deus.
Eâdemque viâ, quâ Machina Dæmonis, Orbi
Jlluſit Veteri, luſit & ipſe Deus.
rtinos inter miros, Martinus ouabat
Ad dextram, Sancti pallia, ſciſſa tenens.
læuam, pedibus ſubter, quaſſata prophani
Lurconis Vatis, craſſa Bireta terens.
fuit, Indorum pro meſſe, Valentior, vnquam.
Sed nec Apoſtolico munere, Talis erit.

Aliud.

ebat raptus Chriſto, confixus Amanti,
Vixit in hoc Chriſtus: Non erat hoc, quod erat.
n erat in Terris, de Terrâ, Terreus: ipſe
Mente precans, ſurſum, Nube probabat Iter.
libus emeruit Magnos, Virtutibus, Orbes.
Mexica, quàm fælix Vate Valente, vales?

APPENDIX AD VITAM BEAT
MARTINI DE VALENTIA.

ADMIRANDA COMPARATIO MARTINI LVTHERI FILII BELIAL, EX PART bus Aquilonis. Et MARTINI de VALENTIA fil Gabriel, id eſt, Prouinciæ S. Gabrielis, Minorit Recollecti Hiſpani, ex Plaga Meridionali. Quanta myſteria in ambobus aperuerit Altiſſimus ex Prouidētiâ æternâ, quę in ſuâ diſpoſitione non fallitur.

Mors & Diabolus confunditur, vita Chriſtus in Franciſcano triumphat.

LÆTARE *ſterilis & Hinni, ad Galat. 4. Eſa. 54.* Hoc d ſterio Mors cum vita decertans, brauium certum aucupabatur negotio perditionis ſuæ. Nam cum e morte culpæ, omnia quæ ſub Luna viuūt, imò quæ in Cœl deliquerunt, peſſum ire, ac in corruptionem vergere coact ſint, quaſi in extremam ſterilitatem, triumphabat inimica Mors, Lætare, inquiebat, ſibi, lætare ſterilis, & Hinni, cau præueniſti, viciſti. (*Jò triumphe*) Ego inquit mortalem pe peri primum Incolam paradiſi (*Jò triumphe*) Ego mortifer edidi fratricidam *Cain* (*Jò triumphe*) Ego enixa maledictun Luſorem parentis *Camum*, expoſui in medio Archæ No (*Jò triumphe*) Ego peccatorem venaticum Eſau protuli in fa milia Jſaac (*Jò triumphe*) Ego genuinum Auum Antichriſti filij perditionis Magnum (Dan) procreaui in domo Iaco

(*Jò trium*

triumphe) Dan coluber in via, Ceraſtes in Semita (Dan)
t filius Iacob. Sed & Coluber in via, ſerpens Antiquus;
reclusit ſemitam Beatitudinis, viam Salutis, mordens
lè credulam Euam. Morſum ego porrexeram Mors; cau-
n mordendi inueni, in ſtirpe (Dan) Eſt enim vocula Ger-
næ nobiliſſimæ linguæ (Dan) quã non viles ſcriptorum
des, primam inter homines primos vſurpatam fuiſſe con-
urarunt. Sonat autem, (Dan) germanũ: *Quia*; latinũ: quæ
Reſponſio originalis omniũ rerũ. Vnde in paradyſo triũ-
i, ego cæpi amara mors, in ſtirpe (Dan) id eſt, in reſpon-
ne (*Quia*) mox enim præuaricato primo homine, auditum
(Dan) *Quia* terra es, & in terram ibis, *Quia* (Dan)
nediſti ex ligno, ex quo præceperam ne comede-
, morte morieris, ecce imperium meum in (Dan) rur-
n maledicta terra in opere tuo &c. *Quia* (Dan) obediuiſti
ci vxoris tuæ, Ecce mortem, Ecce me: Concluſit Deus o-
ia ſub peccato, conſequentèr in morte & in me. Item om-
; egent gratia Dei. *Quia* (Dan) omnes peccauerunt. (*Iò
mphe*) Imperium meum commune eſt, non eſt priuilegi-
, non eſt exemptio. Ego in medium contuli Semen Cana-
non Iuda, duos Senes Suſañæ procatores, ex ſemine, (Dan)
uia) iam mœchati erant in corde ſuo (*Iò triumphe*) Ego fi-
s enutriui & educaui omnes præuaricatores, Reges in Iuda
n Iſraël, in Gentibus Pharaones, Nabuchodonoſores, An-
chos, & eius generis alios, omnes fideles meos, de tribu
Dan) Dan (*Quia*) legem Dei præterierunt. Nec ipſæ
gitationes hominum à iugo meo protectæ ſunt (Dan)
uia, vanæ ſunt; cogitatio hominis confitebitur mihi,
Dan) (*Quia*) peribit, videbit faciem meam in Nubilo
n in Iubilo. Vbique ſtimulos meos exſertos gero. Vbi-
ue clamor, Dan (*Quia*) diſceptatur vbique. Vbique
orror (Dan) (*Quia*) timeor ego vbique. Vbique Rebel-
o (Dan) (*Quia*) meum & tuum regnat ex me & pro me
vbique

vbiq́ue. Vbiq́ue interitus (Dan)(*Quia*) vbique ſceptrun
meum Iniuſtitia eſt. Vbiq; ſententia condemnationis (Da
Quia vbique proditrix mea, timida conſcientia. Vbique T
muli. Dan (*Quia*) vbique nuncij mei ſunt infirmitates & l
bores, vbiq́ue malà (Dan) *Quia*, vbique mea materia, ſtim
lus mortis peccatum eſt. Vbiq; auerſio à ſummo bono, D
(*Quia*) vbiq; conuerſio. ad falſum bonum, in quo ego delit
(*Iò triumphe*) Mirabiliter Ludifico ego genus humanum i
Nominib⁹, imò & in Angelos exſero petulantiã, Dan (*Qui*
& illi, & iſti partim dereliquerunt venam aquarum viuen
um, & inciderunt in mortis periculum, ſumantur ad nota
quæ dico. Diuido ego quaſi ex æquis partibus omnia cũ ip
Deo: numerentur creaturæ, & actiones & motus earum, e
teloniũ meũ ex ijs prꝫoccupo, Dan (*Quia*) ſubiecta ſũt omn
alicui decremento & defectui, verguntq́; in nihilum, illic
go ſum, hoc noſtrũ eſt dominiũ: ſi quis error, ſi quæ macul
ſi quæ obliquitas, ſi quæ repugnantiæ, ſi quod bellum, ſi quo
diſſidiũ, ſi quis defect⁹, ſi quæ in vniuerſum mala, ad me pe
tinent, mea ſunt omnia. (*Iò triumphe.*) Faciam vt Iubilus m
us pateat manifeſta deductione. Quid? agedum, dic, qu
Nominibus rerum inferius eſt? Ego tamen, vbi duo nomi
cõperio, alterũ, vſurpo mihi ad latitudinẽ Imperij noſtri. E
ce duo Coſtantini, duæq́; Helenæ Chriſtiani, Imperatores
Imperatrices erãt, vtriſq́; eadẽ nomina, diuerſa ſubiecta. Eg
altera deſumpſi Iuri meo. Nam ita decuit. Primus enim ei
nominis Conſtantinus, Cæſar pientiſſimus, cũ deuotiſſim
Helena prima, Chriſtianam Rempublicam adauxerunt, c
luerunt, firmarũt, & ſaluifica Cruce repertâ ampliarunt. A
ter quidã ſequens eiuſdem Nominis Conſtantinus cũ Secũ
Helena cõſorte, rẽ Chriſtianã cũ Regno Conſtantinopole
perdiderunt, Hi pro me laborauerũt, Nomina eorũ pro In
perio fuêre noſtro. Illos primos & nomina priorum ceſſim
Deo. Diuiſum eſt inter nos fideliter, communi diuidund

fort

è fortuna ipſa,luſerat in nominibus, & nos lætati ſumus
liuiſionibus (*Iò triumphe*) eiuſmodi exempla nominalia,
tum alia tenemus, in omni ſtatu forenſi, & Eccleſiaſtico,
s eſt tamen in Clariſſimo Imperiali Nomine, Iuriſdictio.
n noſtram prætexuiſſe (*Iò triumphe*) vbi, vbi, Deus ædē vnā
et, facilè ibi nobis capella admittitur: Vide cœlum & ſi-
a illius, duo Luminaria, præſunt aſtris, & omni viuenti,
m maius, luminare ſolis, Alterum minus, luminare lu-
Hæc mortis eſt, noſtra eſt, quoniam ſub luna moriuntur
nia: ipſa quoque defectus ſuos & labores perpetitur, fi-
ima conſiliaria dominij noſtri. Solem iſtum Deo relin-
mus & ipſi vitæ, verùm & ille quoties pendit vectigal
rſupio noſtro? Quoties Ecclypſatur, & erubeſcit? Quan-
obſcuratus eſt, cum ipſa vita (quæ eſt Chriſtus) duellum
cum in Crucis ambo ne perageret? (*Iò triumphe*) pergamus;
s in Collegio Chriſti nomine Iudas Thadæus filius erat
iſſimi; Alter eiuſdem nominis Iudas, meus erat, iniquæ
rtis erat, ſecundæ mortis erat, quæ ſum ego, (Nuncupor
n mors prima, & mors ſecunda, (*Iò triumphe*) prodeamus
riùs. Vnus Minorita Monachus Nominis Martinus de
enti, militabat ſtrenuè Deo ſuo: At verò Alter Mona-
s eiuſdem Nominis Martinus Loderus decertabat pro
qui totum Romanum Imperium mutuâ cæde & Chri-
no ſanguine dexterrimè compleuit, implicans eos ſe-
da morte, pro me, pro me, ſtetit ille (*Iò triumphe*) Lætare
ilis quæ non paris & Hinni, & lætabor, & Hinniam quia
a ſunt omnia. (*Iò triumphe.*)

Mors quā amara eſt memoria tua; maximè ſi perpēdim⁹ quia
n cælis cæpiſti Dominiū tuū? Altera parte Angelorū cōſi-
e in gratia, altera, quæ tua fuit, in culpā decidēte? ſed, noli
ollere in altū cornu tuū; *Vicit Leo de tribu Iuda Radix Ieſſe, vi-*
hriſtus: Spectatū venite omnes Angeli, omnes creaturæ,
nes mortales, venite ſpectatum victoriam veſtram: quam

delineabimus in domo Franciſcana. Vbi eſt mors victori
tua? Vbi Belial præeminentia tua? In ſedibus regni Cæleſ
cæpiſti regnare Belial cum morte Secunda. Verùm ceci
ſti de Cœlo Lucifer, qui manè oriebaris, in terra comperi
nidum tuum, ibi meditatus es ſolium gloriæ tuæ, diſtend
terminos, & dilatare fimbrias voluiſti, Mulierculam pert
ſam pudoris inuaſiſti Catharinam à Borne, cuius fid
philtro Martinum Loderum Prophetam (ſcilicet) qui ve
turus erat in mundum pro te, pellexiſti: Belial ergò & mo
ſecunda, in fæmina Leuis triuij, Et Martino luſiſtis. Sed n
ſuſtinuit conſilium iniquitatis Omnipotens. Quin & voſ
tipſi in fæminâ & Martino Ludemini, ſic determinauit,
decreuit vita, quæ eſt Chriſtus. (*Iò triumphe*) quis poterit qu
decretum eſt, infirmare? Dominus decreuit. Quid à D
decretum aio? qui Conſilarius eius non fui? arrigite aures
decernite. Deus, vbi viderat alteram portionem Ange
rum iam perduellem factam, ruiſſe in fauces ſecundæ m
tis, & ordinem Belial, id eſt, confuſionis abſque Iugo: ſta
in oppoſitum, pro parte ſtantium Angelorum, Nouum de
ctum exquiſitũ Ordinem, ex quo penderet omnis armat
fortium, contra perduellionem Inimicorum Cœleſtium.
rectè, vnum contra vnum nec fecit quidquam de eſſe, vt
piens ait. Nàm vt congregatio mortis ſecundæ, propala
Coriphæum in mortis Imperio Luciferum, & Belial Patr
Rebellionis. Sic congregatio vitæ, Chriſti Dei noſtri, p
poſitum Gentis Electæ habuit Gabriel, Et Seraphicum Fr
ciſcum: non pruriant alicui aut tinniant aures in læuum
tus, (verba enim ſobrietatis loquimur) Et quidem inte
gentibus legem, & cognoſcentibus viſionem B. Franci
factam, de ſede vacante Luciferi, aſſerentem, hanc ſede
deberi humili Franciſco. Sed Maiora audiemus. Rurſ
quemadmodum ex Imperio mortis Lucifer & Belial, ad
narunt votifragam Mulierculam, Borniam, ad inobedi

tiæ

regnum ſub morte dilatandum, ita ex Imperio vitæ, quæ
riſtus eſt, ablegat⁹ eſt Gabriel ad fideliſſimam Dei dilectã
ginem ſole puriorem, ad ampliandum regnum obſequi-
ım Dei, & filialis obedientiæ. Et ſicut per ſectariam Pellicẽ
am in domo Belial, furere cæpit erectus in ipſum Deum
rtinus Loder: Ita è contra per dulciſſimam Dei parentem
ginem pudiciſſimam in Domo Gabrielis, id eſt, in Prouin-
S. Gabrielis Franciſcana, formatâ & depuratâ (quæ eſt fa-
liæ portio Seraphici patris, & meritò nuncupanda cætus
i viuẽtis) emergere viſus eſt Martinus Minorita, fortiſſim⁹
Deo ſuo debellator, in faciem & deſpectum Belial & Lu-
eri poſitus, vt latius deducemus. Et ſicut per Martinũ Lo-
, ſauciatum eſt aliquot plagis regnum filij Dei, ita p Mar-
um à Valentia copioſa medicina parata eſt, tàm pro ſau-
, quàm pharetra noua contra veſanos, & abundans cau-
pro ſanis. Iam iam explanabimus ſenſum noſtrum, vbi
nealogiam vtriuſque partis contrariantis notauerimus.
Itaque

Mors culpæ tulit Luciferum & Belial.

Contra.

Vita Gratiæ, Chriſtus, tulit Gabrielem & Franciſcum.

Belial, & Lucifer protulerunt in muliere corrupta inobedientiam.

Contra.

Gabriel, apud incorruptam virginem ſolidauit obedientiam & in Prouincia Gabrielis Seraphica ampliauit.

Concubina illa corrupta NeoEuangelica, Martino Loder mediante, peruertit Imperium.

Contra.

Sponſa DEI MARIA, in Martino de Valentia Nouos Chriſto Mundos adiecit.

Martinus Loder cum pellice, progenuit Meretriculam Confeſſionem Auguſtanam.

Contra.

Martinus de Valentia, per opem Virginis Matris, Virginem Be
tricem Clariſſimam ordinis Conceptionis Immaculatæ Inſtit
tricem, in Ordine Seraphico, meruit.

V. *Confeſſio Auguſtana proneptis Belial, & trineptis mortis ſecun*
confuſionē peperit omnium ſtatuum, & Seminarium ſectaru
quarumlibet.

Contra.

Conceptionis ordo Franciſcanus, in Franciſcana domo ſubortus, co
ciliationem tulit omnium Procerum Catholicorum Orbis. I
Trinepos eſt, Vitæ noſtræ, Ieſu Chriſti, eiuſq́; gratia oriundus.

Quid dicam? mors & duello conflixêre mirando (*Iò t*
umphe) vita viuit, vita vicit.

Nocti quidem ſuccedit lux (at non ita in Chriſto, Sapie
tia Patris) ſapientiam autem non vincit malitia.

Mors triumphabat. Belial plaudebat. Lucifer gaudebat; Mul
corrupta ſaltabat; Martinus Loder potabat (Iò triumphe) O bè, l
na verba, vndè iſta lætitia? Quod Martinus Loder, inquiu
vates Euangelicus iam tandèm aliquādo, innotuerit mund

Contra: vita noſtra Chriſtus, demandabat. Gabriel ibat. Virgo o
diebat. Martinus de Valentia parebat, Salus Gentiū prodibat. (Iò triūp
Franciſcus exultabat. Chriſtus vincit, vita Imperat. Chriſtus regna

O ALTITVDO DIVITIARVM SAPIENTIÆ & SCIENT
DEI! Nolo inquit Chriſtus conſerere manus cum inimi
morte, quam deturbabo & deſtruam, cum reddidero reg
Deo & Patri, erit & Deus omnia in omnib⁹. Nō dignor Miſ
lā adhùc vltimo meo conflictu. Progrediantur in ſingula
certamē vtriq́; vnius nominis *Martini*, at vbi cognouerint g
tes Sapientiā Prouidētiæ meæ, victoriā meā, triumphū me
laudent nomen meū in Choro, iubilent corde, ſubſiliant co
pore, geſtiant manu, tripudient pede; Extollant me ſimul
ſtra matutina, quia viuo ego dicit Dominus, veni vt vitar
Habeāt & abundanti⁹ habeāt, qui Imperio mortis perieru

Duelli

...uellum Martinorum, quod comparationibus digladiabitur, Sapientia verò & Intellectus ferent ſententiam.

MARTINVS LODERVS Natus Eyſlebij Anno 1517. Surgens ad partes Aquilonis contra Deum (erat enim ex plaga Aquilonari vt infra) Imitatus Tri...um Luciferum ſuum, Eccleſiam primitiuorum Chriſti, ...orum Nomina ſunt in cœlis, adortus eſt. *Ebeu mors ſecun-* (*Iò dolorem.*)

Contrà Martinus de Valentia, Franciſcanus Recollectus, Pro...nciæ Gabrielis Hiſpanus, Ex plaga Meridionali. Eodem ...nno 1517. (mirabiliter præordinante Deo) Eccleſiam ...riſti defenſurus; ad Nouos orbes ſeſe expedijt collucran...s. Viuat, vita, Chriſtus, (*Iò triumphe.*)

II. *Martinus Loderus Capucio* cum ſuo Monachiſmo deſer... Clauſtralium ſanctimoniam vtriuſque ſexus, vænum ex...ſuit, flocci eam æſtimans, tanquam precium vnius ſcorti, ...od eſt vnius panis, ædes pias in ruinam expoſtulans, diris ...uouit, & pædagogo ſuo, vulgò notiſſimo. (*Iò dolorem*) *væ* ...*rti, væ Belial.*

Contra Martinus Minorita Reformatus, innumera apud In...s Cænobia inſtaurans, puſillam illam Lodericæ machina...onis ruinam, millies oppleuit, Et vtriuſque ſexus cænobi...s millenas, ac millenos deſpondit, vni viro, virginem ca...am exhibere Chriſto. Viuat vita Chriſtus, (*Iò triumphe.*)

III. *Martinus Loderus* in cæde ruſticorum cruentus, cētena ...illia miſerorum, quos infatuauerat non obedire poteſtati...us ſuis, in forum ſanguinariū impulit (*Iò dolorē*) *væ Lucifero.*

Contra verò Martinus Minorita, tā copioſam meſsē intulit in ...remiū Eccleſię, vt intra ſexenniū cū opellâ vndecim ſuorū, ...pra decēta millia Animarū viuētiū & regeneratarū in Chri...o cōparauerit (*Iò triumphe*) reſartū eſt Loderi dānū decuplò, ...iuat vita Chriſtus.

IV. *Martinus Loderus* nouum, Authenticum ſignum, veræ ſuæ miſſionis à Deo, palam expoſuit, tantâ namque ab ſtinentiâ confecit obeſum corpuſculum ſuum, vt ſupra octauam vini menſuram Germaniæ maiorem, in vnâ refe ctione vix nonam admitteret, Niſi, vbi poſt vnius diei cra pulam, aliquanto maior ſitis latrantem ſtomachũ Viri De ſollicitaret, tùm verò nonam menſuram in nomine Domin ſui, Helluonis Aſmodæi, & prætereâ in ſanitatem fidelis Ad iutricis Neoeuangelicę Katæ Borniæ, non lento gurgulion potabat, ſed impiger hauriens, ad vnguem artificioſè deſic cabat, ſpumantibus labijs propheticis, & ructantibus myr rham porcaliſſimam, dignam dilectæ ſuæ ad potandum. (*Heu*) *Ohe dolorem !*

Contrà Martinus Minorita, vix vnquam carnibus veſci vi ſus eſt, ſed & à vino ſtuduit abſtrahere animam ſuam, vt ſa piens fieret. Miſſus ad Indianam vineam cùm æſtuantiſſim laboraret, nihilominus integro *Quindio* ſæpiſſimè ieiuniun continuauit. Vter, ex ambobus, Martinus, teſtimonium Deò prodit ? iudicent ipſi Pepones (*Iò triumphe*) viuat vita Chriſtus.

V. *Martinus Loder*, Ouidium de amore inſignitèr calle bat, nàm inter mẽſalia, de plenitudine cordis eius, os eructa bat, bolos, ſanè adeò ſalaces, in medium ponens, vt Iuuene & virgines, ſenes cum Iunioribus: Et Ancillæ cum Matronu lis ſuis, haberent quod degluberent, & ſtomacho memoria pro re natâ, & occaſione pudendæ Veneris maſticarent, a digererent. *Vah qui deſtruis templum Dei* (*Iò dolorem*).

Contra Martinus Minorita, Apoſtolus Genuinus magn Dei, ſacco indutus, & zonâ, non pellicea, ſed thorace ſetoſo & Cilicio circa lumbos arctatus, incubabat in cinere, ieiu nijs afflictus, in fletu & planctu, cui vox non erat alia, niſ quâ populus vtriuſque ſexus ad meliorem frugem, & virtu tis amorem, tùm & compaſſionem Saluatoris inflamma

retu

tur (*Iò triumphe*) Viuat vita noſtra, Chriſtus.

VI. *Martinus Loder*, cum idem ipſe omni ſcelere inquitùs in cœno volutaretur, Inclamabat tamen furcifer, omm Clerum Eccleſiæ, quaſi honeſtatis præuaricatorem, & od adulterijs, & Inceſtuum multitudine infamis, nec viue mereretur; ipſe verò Moechus, & adulter & ſacrilegus, in granti crimine ſuam Innocentiam ſimulare conabatur. *dolerem*) *væ Belial.*

Contra Martinus Reformatus, tanquam Iuſtus, ſui accuſa in principio, in ſe fremebat, in ſeſe contemptor aſſurns, nudum ſe loris ac funib⁹ publicè tractum deſpici lætatur, proformâ veræ ſapientiæ, quæ neminem iudicat, cifica, ſuadibilis, ſine ſimulatione, menſurans ſemetipn ſecum (*Iò triumphe*) aulicus ille Chriſti eſt, viuat vita riſtus.

VII. *Martinus Loder Deformator*, per nominis ſui Ethimon uther) ſatis graué olens, gloriabatur tamen ille (hoc init mandat, Doctor Lutherus) quod ſonat, è græco, Doctor ræ porcinæ (ſit venia dicto) Græcus ergo Doctor Iſte & llus, minoratus erat in ſuo ſenſu, vix tantillum à Doctore ntium Paulo, compar Eliæ, paulominus ab Angelis, qui nen contubernio cacodæmonis vtens, neque gentium nuerſationem ambiret, neque currum Eliæ in conſcien præſtolaretur. *Vah pomanatantia, de Cloaea Sardanapali* (*Iò lorem*) *& non Doctorem.*

Contra Martinus Reformator, Doctoris quidem aut Maſtri & Rabbi nomine, vtcunque poſſet, gaudere tamen cuſabat, tanquam Euangelicus verus, & Apoſtolicus, cui riptura loquitur, nolite plures Magiſtri fieri. Rurſùm noe vocari Rabbi &c. nõ vſurpabat ergò Euãgelij fili⁹, quod urius Euangeliſta ille contra textum, ſibi præſumẽs, arroabat. Hæc erat via humilis Euangelizantium pacem & bo, inter homines. Martinus Valentinus valens homo in-

ſpiritu

ſpiritu & occulto litteræ nucleo, doctus prævalebat (*Iò triun*
phe) viuat vita Chriſtus.

VIII. *Martinus Loder Eyſlebicus*, ab Eysleben emerſit
quod ſonat, vitam algentem, & gelatam, Charitas enim in
lurido iſto vate, admodum refrixerat; vt aſſereret hominem
Chriſtianum, in quolibet opere bono, quantocumque, pec
care mortaliter (*Iò dolòrem*) *Vah tibi Belial*.

Contra Martinus à Valentiâ, flammiger ille dilectionis D
Minorita, Natus è meridionali plaga, ſolem quoque Iuſtiti
Chriſtum ardentiorem præferebat, in tantùm quippè An
marum Gentilium amore tenebatur, vt neq; interdiù, ne
noctu temporibus capitis ſui, ab officio Charitatis, Requie
fieri pateretur (*Iò triumphe*) maior omnium est Charita
viuat vita Chriſtus.

IX. *Martinus Loder deformatus*, illaqueans ſe mend
cijs oris ſui, audebat præſagire in futurum, velut prophet
poſt puſillum inquit, diſſeminato Euangelio, meo, nec p
ries vllus, nec palea Tugurij hærebunt ſibi in Papatu, quin
Subitò diruantur (*Iò dolorem*) heu filium patris mendacis; p
rijt Loder, & perit contignatio Neoeuãgelica de die in dien
Papatus ſtat & ſolidè pedem figens, pergit de regno, in ge
tem alteram. *Ah putidum vatem; de ſtercore boum lapidabitur ill*
ſin minus coronabitur.

Contrà Martinus Reformatus Spiritus Sancti inſtinctu, f
turorum Euentus, certò certiores, enumerans, ſuam quoq
mortem, decem longos annos ante prædixit (Et quod ſt
pendum) addidit locum mortis, ipſumque modum & qu
litatem, (vt ex præſenti quadã Charta prælegere videretu
edixit, quæ omnia ſecuto fine probata ſunt (*Iò triumphe*) v
uat vita Chriſtus.

X. *Martinus Loder*, impudentiſſimo ſicut & inpudiciſ
mo væſaniebat ore, vbiuis, in quouis, ſine vllo diſcrimin
vt pudeat aſſeclas ſuos adire penetralia librorum eius: pr

phetar

ietam verò ſi eum Deus elegerat, profectò, nil dictu fœdum
ſuque hæc limina tetigiſſet, intra quæ puer IESVS erat, re-
uandus quidem (& vt prætexuit putidus vaticinator ille)
iangelio ſuo colorandus, & dealbandus, & reducendus (*Iò
lorem*) *vah putidum veneris crementum!*

Contra Martinus Recollectus, nil promebat ore, quàm ſuum
SVM, & hunc Crucifixum, in emolumentum Animarũ ab-
rantium: quo ſermonis vſu tantiſpèr efferuebat, vt cum vi-
ret accurrentium populorum cuneos, ad lauacrum Chri-
totas integras dies, quaſi in alijs emutuiſſet, nihil aliud ſo-
re audiretur, quàm (laudetur IESVS Chriſtus) hoc verbo
ſtiebant membrorum articuli, lingua balbutiens repeten-
ludebat (*Iò triumphe*) viuat, vita Chriſtus.

XI. *Martinus Luridus ab Eyſleben*, tantùm tantæq; præſum-
onis Aſinum induerat, vt Concilia & Iura Doctiſſimorũ
ntificũ & Imperatorũ flocci pẽderet, & inſolẽtiſſimo quo-
Beaniſmi rictu, inferiora eſſe ſuâ ſciolâ ignorantiâ, & ſto-
â doctrinâ reputaret. *Vah pedantem!* (*Iò dolorem.*)

Contra Martinus Lucidus, Valentiæ Lumen, quamuis Præla-
ræ munijs non vnis, & Prouincialis honore claruiſſet, ad
des tamen omnium mittens ſe, puluerẽ quoq; veſtigiorum
xiſſet (*Iò triumphe*) humilitas vicit, viuat vita Chriſtus.

XII. *Martinus Loder Miſnicus Sycophanta*, noctes atq; dies in-
pocula, ſcurrarum & Sannionum dicterijs talibus iñotuit,
ſaluis auribus indecorum ſit, referre putorẽ; cum tamen
ul⁹ Vas Electionis, nec turpiloquium nominari velit inter
nctos; quid dicam inter vates? Correctores? Reformato-
Putatos, collapſæ Religionis? *Vah Luridum Cerebrum*
ò dolorem) *appagè Belial.*

Contra Martinus Minorita, abſtinentiſſimus non à facetijs
odò, ſed ab omni ſpecie mali, pueros quingẽtos annuatim
riſti verbo & eloquijs caſtis erudiebat, eruditos parentib⁹
ucrandis dimittens, nouos tantundem recipiebat. Illius

Catecheſis de mortificatione; abſtinentia, & carnis mace-
ratione erat. (*Iò triumphe*) vicit verbum Chriſti, viuat vi-
ta Chriſtus.

XIII. *Martinus Lubricus Lodericus*, præ longitudine con-
tractæ familiaritatis cum diabolo, orbiculum ſalis egregi
conſumpſerat, abſit dubitare de verbis Euangelicis, confité-
tis hæc eadem, ſtupidi vatis (*Iò dolorem*) *Euge diabole.* Miſſ
ſacrificium illuſum eſt: cacodæmone Doctore.

Contra Martinus noſter, tanta Spiritus ſancti reuerentia re
gebatur, vt venerabile Sacramentum, (alioquin paratus d
ſpoſituſque) aſſumere pertimeſceret, verebatur enim iud
cia Domini rigida, & occulta, quibus cogitationibus in ſe
pugnantibus, tantoperè defecerat in exteriori homine, v
mera macies & vmbra contuentibus appareret. Donec tan
dem animatus ab Angelo (non autem diabolo, vt iſte,) a
nimi motu ſedaretur (*Iò triumphe*) viuat vita Chriſtus.

XIV. *Martinus Loder*, diuturnis annis (adhuc in cœnobi
defectionis libidine ſtimulatus, dum carnis petulantiæ fr
na laxaſſet, vt occaſionem quæreret diſcedendi à fratib
Amicis; inſolentior in eos factus, Aſinoſque compellan
quod iuberent Doctorem (vt fatetur) ferre ſaccum per Na
cum (id eſt in humeris) pertæſus indignæ baiulationis, te
ga vertit, rupit filum, auffugit (*Iò dolorem*) *ſalta Martine*
iubila Belial.

Contra Martinus Seraphicus, nunquã Satur ſeruitijs Chr
ſti, per duodecim integros annos, eundem lachrimoſis ſuſ
rijs implorarat, vti maturaret Decretum amoris ſui gentib
promiſſum, vbi dixerat, Conuertentur ad veſperam (ſcilic
gentes) tandemque vel ſic, optatis ſuis votis, in conuerſio
gentium frueretur (*Iò triumphe*) viuat, vita Chriſtus.

XV. *Martinus Lodricus* cum totâ ſuâ Cateruâ Clamantiu
Muſculi, Caluini, Zuengfeldij &c. per longum vnius ſæc
tractũ, nec vnũ quidẽ prodigiũ, miraculũ, aut ſpecimẽ leg
tion

onis ſuæ indiſputabilis, edere potuêre, tandē illuſores iſti, luſi conſilijs ſuis, ſtatuêre vulgò vnū omniū miraculū enarare pōpoſiſſimum: quale? (*Silentium*) Miraculū nimirū eſſe, uod Loderus, miracula nulla edidiſſet. (*O be triumphū*) Euge ictoriā, ſed ē Schola delirorum, *Tripudia Lucifer.*

Contra Martinus Valentinus noſter. In viuis dum ageret, nortuum ſuſcitauit, aliaque alterius generis mirabilia ſumna patrauit. Ipſe defunctus vita, per triginta annos ſub tere puluere, non computruit (*Iò triumphe*) digitus Dei eſt iſte, uat, vita Chriſtus.

XVI. *Martinus Loderiſta*, in fauorē diabolicæ factionis, An. o 1530. Cæſari Carolo V. putulentam Confeſſionem Auguanam exhibuit, vnde Belial cum Lucifero, æternos proentus iā iam computabant. Sed illuſi (*Iò dolorem*) *Euge Satan.*

Contra Martinus Nudipes, circa id tēporis, crebriorib⁹ ad Calū iſtū Auguſtū ſollicitationibus Agens, peroportuna, pro ētiū incōparabili lucro, media obtinuit: certatūq; eſt vtrinue; Triumphatum à vita (*Iò triumphe*) viuat, vita Chriſtus.

XVII. *Martinus porcarius vates, à carne Suillâ*, eo ambitionis ergebat, vt exiſtimaret neq; purpuram ſibi, Togæ Romanę æqualē; ſitiuit itaq; anima eius, ſed non erat qui cognoſcet. Reſpexit ad dexterā & ſiniſtrā, & ecce ſibi præferri Tecliū alioſq, Heroas in Eccleſię munijs, heu quantū efferbuit? cāduit? inſanijt? igitur, quia nemo genio ſuo alluderet, vel iquâ ſaltē minimâ fauoris indulgentia; ſtatuit inquā ipſas oq; omniū viuentiū Indulgentias impugnare: vt diſceret tus mūdus, quoniā iñocens atq; imeritus Loder; indulgētē iquem miſeratorem non habuiſſet (*Iò dolorem*) *condoleat tibi lial, cui credidiſti.*

Contrà Martinus Frāciſcanus, etiā oblatos Epiſcopat⁹ & præturas reiecit, effugit, excuſauit, malēs omni modò abiectus le in domo Dei, quàm exponere ſimplicē Animā duplicans grauaminibus, & periculis (*Iò triumphe*) non eſt inuentus ſiilis illi, viuat vita Chriſtus.

XVIII. *Martinus Lutherus*, in tãtũ extollebat paſſionẽ Chri-
ſti (vel quaſi) vt etiã, ſi, digitũ non moueret compatiendo, ſu
tamen eſſet tota paſſio, & meritum Chriſti: ſtølidos inquie
bat eſſe, qui aſſumentes Chriſti crucem, præceptorem ſeque
rentur, quod is ſat egiſſet, pro omnibus. Quanta impudentia
(Iò Cerbere) dilata voraginem abſq; numero;

Contra Martinus, proles Franciſcana, dũ paſſionis Chriſti my
ſteria pro Concione recoleret, abijt extra ſe, raptus in amari
tudine compaſſionis ſuæ; ſtetit frequentèr octo horas immo
bilis; aliquando 24. horis in paſſionis memoriâ iacuit Ectati
cus ſine ſenſu. Imò ex teneritudine compatiendi infirmaba
tur, pallebat, obmuteſcẽs tremulabat. Euge ſerue bone & fi
delis *(Iò triumphe)* viuat, vita Chriſtus.

XIX. *Martinus Loder*, erratic⁹ à Ventre. pacis inimic⁹ era
patuit, quod dico, in conturbatione ſtatuum Jmperij, mod
enim ruſticorum, Rabula factus, pro ruſticis ſtabat: Modò ir
cuſator & Judex ruſticorũ, apud Nobiles agebat. modò ne
trorum iſtorum partibus gaudens, concitabat Principes in
vtroſque. Arma, Arma, viri. Vt quid intuliſtis nobis virum
rixæ? *(Iò dolorem) Belial gaude*.

Contrà Martinus Beatus, more Seraphici Patris Franciſci, co
gebat dulcedine ſuâ, diſſidẽtes in vnum. Marchionum, Prin
cipum, vulgariũ negotia feliciſſimè componebat, pacẽ vbi
ſolidabat, exulantẽ reducebat, & ideò factus eſt in pace loc
eius *(Iò triumphe)* viuat, vita Chriſtus.

XX. *Martinus Loder*, contrario ſemper fundamento v
cillans, & quemadmodum ſtultus (ſicut luna) mutatu
aiebat, negabat, prout ſe tempora obtuliſſent, nec quæreb
tur alia vagãtis approbatio: quàm quod ſpiritus Loderi nu
quam ſibi ſimilis, Rem prolatam aſſeruiſſet. O pecoracamp
(Jò dolorem) Eugè Quintum Euangelium?

Contrà Martinus Iuſtus noſter, vt Leo confidens, im̃utatus
Sol, ad nullius pro veritate pauebat occurſum, maluiſſe
ſiqu

uidem omnium vitalium ſpirituum vſu carere, quàm ſpi-
u non vno, aut agere aut proloqui (*Iò triumphe*) viuat vita
riſtus.

XXI. *Martinus Loder ſponſam* ſuam, Catharinam Coadiu-
icem fidelis commercij Euangelici, nec tãto quidem duxit
nore, vt vel ſepeliretur, vel mortuæ memoriam extare
raret. *Ah infortunium!* neſcit enim in hunc vſque diem, tota
io Loderana, quo loco, quo die, qua morte, quo præſente
em extremum clauſerit? An terra dehiſcens? An nequitiæ
Cæleſtibus propè aera? an aquæ & paludes? ad ſepeliendũ,
us aperuerint? (*Eia triumphum*) *gaude Cacodæmon.*

Contra Martinus de Valentia, filius & ſponſus Prouinciæ S.
abrielis, æterno eam nomine condecorauit, Et ſponſam
cleſiæ Gentium, quam in Indijs aſſumpſit, indiuiduo qua-
vinculo ſibi viuus, ac mortuus agglutinauit: fidelis Maritus
ſpiritu Sancto, qui & à beato reſolutionis ſuæ tranſitu, ad
. annos, corporis ſepulturâ ſaltem, ſolatus eſt orphanos &
fide puſillos, cumque à Congregatione fidelium maiori
nore afficiendus eſſet, & è paupere tomba veterum aſſe-
m eximendus; mortuus ille, non mortuum ſe docebat, tan
enim ab intùs ſtrepitu, repũgnabat futuræ translationi, vt
rriti omnium animi, à conatibus abſtinerent. Et ecce tan-
em alterum terræ promiſſionis Moyſen, cuius Sepulchrũ
ominus aliquandò vel inacceſſibile, vel ſubtracto corpore
emini patere decreuerat. Simili modo Anno 1564. bene-
lacitum excelſi Dei noſtri, Alterum hunc Moyſen, Martinũ
linoritam, quòd nempè, tot centena millia gentium de ter-
â Ægypti & Pharaonis Diaboli ſeruitute, in libertatem aſſer-
iſſet, inuiſibilem corpore deinceps è tombâ reſumpſit, rap.
um ſublimè, non enim apparuit, quia tranſtulit eum Deus,
n locum quem monſtrauerit ei, vbi fruatur amplexibus A-
natoris (*Iò triumphe*) viuat vita Chriſtus.

XXII. *Martinus Loder, cum Euangelicâ proſapiâ* ſuâ vniuerſâ,

 per

per Imperium Romanum, neque tot vrbes, nec pagos nu-
merabit, qnot Martinus Valentinus Clauſtra religioſorum
Seraphici ordinis, reliquit in nouo orbe: Computantur eni
Conuentus Noſtrorum ſupra ducentos, quinquaginta; & i
dies conſurgunt nouæ fabricæ Minoritarum. Auſim (ſin
vaticinio) affirmare, poſt puſillùm, Neoeuangelium L
deri, paucioribus ciuiũ domibus cõſpicuũ forè, quàm habe
in India cœnobia Franciſcani (*Iò triumphe*) *damnũ exile. Lucru*
millium mille. Abſcondere Martine, ouante Martino (*Iò triumphe.*)

XXII. *Tandem Martini Loderi locus*, & terminus, à quo pr
dierat in Eccleſiã, erat ab Aquilone, à quo monemur, ſcri
turâ indice, nequidquam boni exſpectãdum eſſe: quia, vt a
ab Aquilone pandetur omne malum, ſuper omnes habitat
res terræ, cùm ergò ſuſpectum locum, & plagam cœli, tene
mus. & perſona noua reformatum Eccleſiam venerit, ſi
vllo mittentis diplomate, at verò inſigniter cauteriata mo
bus & vitâ. profectò non erat ille, propheta, qui venturus
in mundum: ſed progenies ſecundæ mortis, filius Belial, n
pos Luciferi, prodromus Antichriſti filij perditionis. (
triumphe) vbi eſt mors victoria tua? vbi ſtimulus tuus *ô Beli*
viuit vita Chriſtus. Vicit legatus Chriſti Martinus Valentinus Fra
ciſcanus, legitimo ipſe miſſionis argumento, firmus & form
tus. venit à parte mundi non ſuſpectâ, quaſi medio æſtuan
ſolis (& ipſe enim Legator Chriſtꝰ operabatur ſalutẽ in med
terræ) venit ex Prouinciâ Gabrielis, & tulit illud Aue, in n
uos orbes, aufferens nomen Euæ, quod in terris illis, lugub
bus Dæmoniorum cantibus, ad æthera ſurſum perſtrepeba
Venit amicus Mariæ, illius Deiparæ venerandæ: Venit So
dator ordinis Conceptionis Imãculatę, quæ contriuit à ſæc
lis caput ſerpentis, & contribulauit capita Draconum in
quis. Venit Auus, propemodũ omniũ Illuſtriũ Frãciſcanę d
mus Reformationũ, Prouinciarũ ac Cuſtodiarũ. *Venit, vicit,*
uit in Chriſto Ieſu. Iò triumphe, Iò triumphe.

Hìc Imago 5. *V*



Hic solitudo frequens, hic sola frequentia iunctim.
Sic nemorosa Deo, sic populosa placent.
Schön blüht der May in disem wald.
Da Wohnt Gott daselbst iung und alt.

(5)

Ecce uicem docilem, mutant qua dran
Principibus, sacro Gratia fonte flu
Die fürsten auch vnd andre Stan
Ihr gaistlich speis gefunden ha

[V]ita Ven. Patris Martini de Caruhna, (ſecun-di ex duodecim) Mechioacanis & Xa-liſci Apoſtoli.

CAPVT XXXVI.

[I]N Monaſterio S. Franciſci Paſquarij, Prouinciæ San-ctorum Petri & Pauli, in Mechioacane & Xaliſco ſi-tæ, mortem obijt Venerabilis ille Pater Frater Marti-[nus] de Caruhna, ſeu de Ieſu nuncupatus, vnus ex duodecim [pri]mis Patribus, qui ex Hiſpania ſoluentes, has ad partes Fæ-[lici]ſſimè traiecerunt, & Catholicæ fidei vexilla, in earum [opp]idis, ac Ciuitatibus glorioſius erexerunt. Hic religioſiſ-[sim]us Pater in prouincia S. Iacobi profeſſus, ſed poſtea, ad [Frat]res Diſcalceatos Prouinciæ S. Gabrielis ſtrictioris ſuæ re-[gul]æ obſeruantiæ zelo conceſſit. Et cum duodecim in Me-[xic]um venit, vbi à Rege Mechioacanis exoratus, in eius reg-[nu]m cum eo profectus eſt.

Nam cum Sihuanga belliosiſſimus Rex Mechioacanis & [Xal]iſci, rogatus (vt ſupra notauimus) à Rege Mexici Monte-[zum]ā (cum quo perpetuo bello diſceptabat) vt intermiſſis [ad t]empus antiquis odijs, ſimbola ſua ſecum coniungeret ad-[ver]ſus communem Patriæ Indorum hoſtem Hiſpanum) [pert]inicaciſſimè roganti, renuiſſet, nec ſolùm ſuppetias ferre [neg]aſſet, ſed & bellum renouaſſet. Factum eſt, vt Hiſpanus [Mo]nteſuma ſuperato, indorum rebus animoſè, nullo reſi-[ſten]te, potitus ſit. Relicto in omni loco terrore victoriæ, & [tor]morum flammarumque vorantium metu. Tandem Sin-[ts]a filius Regis prædicti Sihuangæ, paternorum morum [imi]tator, & crudelitatis æmulator, duplicare copias, & im-[me]nſo furore in Hiſpanos non ſolùm, ſed & Fratres germa-[nos] ſuos, (quorum tres, truculentâ morte in fata præmiſit, [im]patientiâ ſolâ conſortij (quod timebat) & dominandi libi-dine)

dine)

dine) exacutus & exagitatus, oppugnare, & virilibus auſi
hoſtem in campis adoriri parabat: nequidquam attenden
quod deſertus auxilio (& inimico Rege Monteſuma iam ca
to) ſolus vnuſque, Hiſpanorum viribus, caput & humer
eſſet obiecturus: ſtatuit igitur de Rei ſummâ; cum hoſte co
ſertis manibus diſceptare. Sed eccè dùm ad tantum bellu
properantèr accingitur, derepentè factâ ſuper eum ma
Domini, illius inquam Domini in cuius ſunt manu, cord
regum, pro libitu motanda & mutanda; qui mel de petr
oleumque de ſaxo duriſſimo elicere non ignorat: obſti
tum cor Regis adeò emolliuit, crudelitate in mãſuetudin
verſâ & voluntate mutatâ, vt ſubitò verebundus ſangui
Chriſtiani effundendi, Legatos muneribus magnificenti
mis ad Hiſpanorum caſtra miſerit, qui nomine ſuo pacem
eis exorarent: & tributum Hiſpano Regi in annos ſingu
repromittens, obedientiam præſtare contenderit. Quæ
miraculo non caruit; nam ea erat, eius fortitudo, eaque b
licoſiſſimorum hominum copia, vt (ſi pugna futura) anci
valdè marte Hiſpanis certãdum fuerit; vicit ergo prouid
tia magni Dei, propoſitum crudelis Regis. Qui impetra
pace: quam deſiderauerat, ipſemet pertęſus omnium rer
ad ſacrum fontem Baptiſmatis feſtinauit, factus ex lupo
nus, defenſor ex perſecutore, cui iam renato, cum gaud
inditum eſt Nomen, Franciſcus.

Igitur Franciſcus Rex (olim Sinzica) veniens Mexic
venerabilem, omnique commendatione digniſſimum
trem Fratrem Martinum à IESV Diſcalceatum, obnixè
precabatur, eum in comitatum ſuum, Mechioacanũ ve
adſciſcere volens, vt ibi populis ſuis Indis Chriſtianæ f
Apoſtolus fieret, & regenerationis author, cum feliciſſi
inſtruendorum ſalute, & innumera lucrandorum co
Iam enim Rex ſuę Maieſtatis, & ſtatus oblitus, non popul
regimen, ſed (quod eſt caput) ſalutem ipſorum ſitieba
vrg

gebat: Inſtitorem agens, & præconē, pro dilecto ſuo Chri-
Iesv. Martinus verò cognita Franciſci Regis pietate, (ſtu-
ns) ſecutus euntem in Ciuitatem Sinſonzæ, ſocios ſecum
bens R. Pa. Fr. Angelum de Salicato. F. Hieronymum, &
Ioannem Bodia, natione gallum in Aquitaniæ antiquio-
Prouincia profeſſum, Fratrem Michaelem à Bononia, F.
nnem Padillia reformatos, & ad tantum negotium coo-
raturos: in ea ciuitate ædiculam Eremitorio parem de
minibus, ramis, aliaque ſimili materiâ ſub S. Annæ titu-
in loco per Regem deſignato, conſtruxit. Inibique primū
ud populos iſtos Sacrificiū incruentum obtulit, plurimis
ophitis ſalutis vnda purgatis. Cumq; ad eius, ſociorumq;
ædicationem plures Indi Catholicam fidem amplecteren-
, primores Domini (ſtramineâ huiuſmodi caſâ demolitâ)
nuentum ſatis pulchrum, & templum ex ſtabiliori mate-
ia, eodem in loco, ſub B. Anna Tutelari Patrona fabricati
nt. Acceſſerant poſtmodùm aliquot aliæ ædes in diuerſis
pidis S. Patris, & ſuorū ope fundatæ, quæ omnes ad Cuſto-
e dignitatem ſub Prouincia S. Euangelij de Mexico: Anno
... promotæ claruerunt; Tandē verò in peculiarem ſub
ul... SS. Petri & Pauli Apoſtolorū Mechioacanis, & Xaliſci,
ouinciam, in generalibus Ordinis, Comitijs 1565. Valleo-
habitis, à Patribus prouectæ, etiamnùm efflorefcunt. E-
nt autem hinc, ante Quadraginta annos, temporis noſtri,
mpè circà An. 1580. huiuſmodi domus, Euangelico mo-
pauperes, numero quadraginta ſeptem, quarum vna,
viginti in Mechioacane locatæ; reliquæ verò 26. Xaliſci
ibus ſitæ clauduntur. Vniuerſa nihilominùs hæc Prouin-
a in nouæ Hiſpaniæ nouæque Gallæciæ, apud occidu-
Indos, regnis comprehenſa eſt. Continetque in longi-
dine 360. milliaria Italica, in latitudine verò 150. Præ-
rea ex vna parte, Prouinciam Sancti Euangelij, ex alte-
, mare Auſtrale (vulgò Mar del Sur) pro terminis ha-

bet ex tertia porrò flexiuagum quendam atque furenten fluuium, qui 12. flumina in ſe recipiens, nulli alteri vadabilis quàm Indis, qui maximis innixi cucurbitis, eu non abſque maximo vitæ periculo ſuperare aſſueueru Hoc flumen curuato & irregulari curſu, in ampliſſimu 150. milliaria, in circuitu continens ſtagnum, Chiapata v catum, quod plurimis, & ſapidiſſimis diuerſi generis pi bus abundat, irruit: atque indè erumpens lentiori gradu p anguſtiores cuiuſdam aggeris fauces, illapſum, in profund ſimam vallem, horribili ſtrepitu fertur præceps; vndè ta dem ſinuoſè, atque obliquè fluctuans, ſcatet crocodillis i numeris, diuiditque Chichemecas: cruentum hominum g nus:(de quo lib. 3. infra.) à fidelibus, & humanis eiuſdem triæ hominibus: Auſtrale mare non longè ab ultimo hui Prouinciæ Conuentu ingreditur. Hæc igitur ſancta Prou cia conterminos habet Chichemecas, ad quos conuertenc ex ſuis conuentibus plurimos emiſit prædicatores, quoru ſupra viginti Fratres martyrij purpura decorati ſunt. V beatum hunc dicere liceat Martinum à Ieſu, qui tantum p illius Nomine &, honore ſudãdo, & Prouinciȩ Fundator, & larum gentium doctor meritò appellandus fuerit. Quipp qui præterea tot Seminariorũ, & prædicatorũ fidei Chriſ næ, tantæque multiplicationis fidelium, ac Martyrum p Deum primaria cauſa fuiſſe cognoſcatur. Et quandò fi non poteſt vt regnet Chriſtus, vbi dominatur diabolus, gratia diffundi poſſit, vbi regnat peccatum, nec Eccleſ fundari, vbi adorantur idola; Apoſtolus ille, radici Idololatriam euertere volens, ſimulachra vniuerſa cu iocalibus aureis, & argenteis, & plurimis lapidibus p cioſis, ſibi ab Indis olim oblatis (vt alter Iacob Patri cha) in profundiſſimum ſtagnum proiectis, demerſiſq demùm in medio foro ignibus tradidit, infinitoſqu pœnè infideles, tùm ſacris ſuis concionibus, tùm ſanct

ſin

is exhortationibus,tùm quoque mirabili quodam,&An-
ico potiùs, quàm humano viuendi modo, Chriſto Salua-
i, peperit. Vir fuit eximij in oratione ſpiritus, & ſæpè
contemplatione extra ſe poſitus raptuſque. Quare vni-
ſæ carnis viam cum maximâ ſanctitatis opinione, in-
eſſus eſt. Poſt eius felicem tranſitum à viuacibus teſti-
aſſertum fuit, ſuper illius ſepulturam, Fratrem, lu-
iſſimo ſplendore radiantem, viſum pluries fuiſſe, quod
dem eandem omnium de Patris Martini ſanctitate opi-
nem, atque in ſanctum ſuum Apoſtolum deuotionem
uxit,

Vita Religioſiſsimi Patris, Franciſci de Soto, qui inter duodecim Apoſtolicos Viros, tertius eſt.

CAPVT XXXVII.

(Imago eius infra eodem libro cap. 36)

PATER Frater Franciſcus, vnꝰ ex duodecim Patribus fuit,
qui primi ad fundamenta huiꝰ Prouinciæ iacienda, pro-
fecti ſunt: eò & ille ex Prouincia S. Gabrielis aduenit: ta-
tſi in eâ, quæ S. Iacobi nuncupatur, habitum ſuſceperit.
t homo Iudicij perſpicacis, maximæque prudentiæ.
Hiſpania, atque hac in Patria plurimorum conuentuum
ardianum egit. Prætereà iſtius Prouinciæ quartus fuit
uincialis Miniſter, ac ſæpe ſæpius diffinitor Prouincialis
uinciam, nudis pedibus viſitauit; munuſque Apoſtolici
ædicatoris excellenter obijt: magno etiam ſpiritus ar-
re Chriſtianam fidem indigenis, tametſi illorum idioma
n optimè calleret, annuntiabat. Velut alter Phinees mag-
zelo diuini cultus, & honoris inflammabatur; præſertim
tem paupertatis, quam eximiè diligebat. Miniſtri Prouin-

 cialis

cialis munus gerenti: religioſus quidam ambitionis ſtimu
agitatus, ſe per epiſtolam commendarat, vt in alicuius co
uentus ſub eo conſtituti, Guardianum eligeretur: ill
autem huius ouiculæ ſuæ ægritudinis miſertus, pauciſſim
verbis ſancti Pauli Apoſtoli reſpondit: Nec quiſquam ſum
ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: atq
his religioſus ille, & reprehenſus eſt; & ſanitati reſtitutus
enim ſignificabat Sanctus Vir, eo ipſo indignum quenqu
honoribus, & ſuperioribus muneribus, quò ea, ſponte p
curauerit: eos verò dignos tantummodò eſſe, qui à Deo
centur. Habebat continuò, (velut alter Dauid) præ ocu
Deum, deq́ue eo vno ſermones miſcebat. in victu tem
ratiſſimus, & abſtemius: ſed ſi vino abſtinere religioſu
lius non valeret, Eò quod magno pretio venderetur, exi
mans, nec ſumi poſſe minimè læſa conſcientia, eum c
ſolabatur, eiq́ue ſcrupulum adimens, auctor erat vt tantu
modò ſobriè, & tẽperatè potaretur: futurũ enim hoc ipſis
dis Documẽto, qui, quod religioſum hominem facere vi
rẽt, id quoq; libenter eſſent facturi. Atq; eâ in re excelluit
ille Sanctus; qui cùm in ſe ipſum ſeuerus, cumprimis eſ
ſemperq́ue illud Gregorij prę oculis habens (bonarum m
tium eſt timere culpam, vbi non eſt culpa) ad eximendas
men cæterorum ſcrupuloſas ambages, perquam facilis e
Volebant Hiſpani (nouæ Hiſpaniæ habitatores) omniũ
dorum populorum, perpetuam à Carolo Quinto diuiſion
impetrare: cumq́ue id ſe aſſequi non ſperarent, niſi r
gioſorum trium Ordinum poſtulationes accederent: ea
operam nauarunt, vt à ſancti Dominici, ac ſancti Augu
ni patribus id impetrarint, quod tamen à noſtris neq
quàm habere potuerunt. Aduerſus illos igitur va
querelas excitarunt; eorumq́ue hominum opera vſi ſu
(qui inimici boni publici) priuata quadam vtilitatis ſuæ
incedebant. Fratres igitur noſtri cum reſiſtere ampl

nec

quirent,conſenſère: ità tamen vt Arbitrum conſtituerent
trem Franciſcum de Soto, cuius hac in re ſententiam ob·
uaturi eſſent. Hunc Hiſpani tot,tantiſque verbis aggreſſi
it,vt eum quoque ad ſubſcribendum cum cęteris,induxe-
t, immò eidem, eius rei procurationem, apud Impera-
em, in Hiſpaniam profecturo commiſerint. Ruminans
em ille, attentiùs quę geſſerat;& ſe circumuentum agnoſ-
is, cùm non exiguo conſcientiæ ſcrupulo torqueretur, ab
s petijt, oſtendi ea, quæ ſubſcripſerat. illis Exhibentibus,
ſcriptionem ſuam dentibus præmandens, deglutiuit. Ea
multarum aliarum machinationum, aduerſus religioſos
ſtros anſam dedit. Siquidem ex Mexicanis, ſolitæ eis elee-
oſynæ ſublatæ ſunt: iniuriæ verò & contumeliæ in publicũ
odeuntibus illatæ. Cumque aliquandò frater ad facien-
m panis collectionem exijſſet: occurrens mulier, nonnè,
quit, monachi charta veſcuntur? cur ergò panem poſtu-
it? Verùm Deus, qui ſuos nunquam deſerit, iſtiuſmodi an-
ſtias vlteriùs progredi non pmiſit: effectumq; eſt, vt Paulò
ſt ab his monachis abſtinerent. In Hiſpaniã miſſus ad non-
lla Prouinciæ negotia, quæ indigenas attinebant, Tlaxcal-
m tranſiens, ijs promiſit; ſe quamprimùm reuerſurum, na-
mque anno Dominicæ incarnationis milleſimo quingen-
ſimo quadrageſimo ſexto conſcendit. In Hiſpaniam cùm
niſſet, nuntium allatum eſt, de Mexicanorum Archiepiſ-
pi, Fratris Ioannis de Zumarraga, obitu. Cùmque in-
ria eius probitas vulgata eſſet: Archiepiſcopatum illum ei
tulit Carolus V. deque accipiendo, multis precibus cum-
ſo actũ eſt. Verùm omnia fruſtra. honores enìm omnes hu-
anos, fimum reputans, Ieſum Chriſtum, verum honorem
um lucrari diſpoſuerat: eamque in rem multas omninò ra-
ones, in medium attulit. quibus tandem non amplius eum
durſerunt. ipſeque ſumma animi conſolatione lætabatur:
ſtulit ille in Hiſpaniâ infinitos propè labores, iter faciens;

vt verus enim pauperum Patriarchæ diui Franciſci filius, n
hil ſecum habebat aliud, quàm repoſitam in diuinâ benign
tate ac prouidentiâ ſpem, ingentemque animum, & ſolida
patientiam. Inuaſit eum morbus in Conuentu Minoritaru
Hiſpalenſi, proximumque morti ſe conſpiciens, multis
Deo precibus poſtulauit, vt ſanitatem reſtitueret, quò, d
tam Indis reuertendi fidem, ad augmentum fidei Catholic
obſeruaret: quod ob reuerentiam fortè non ægrè obtinuit
Referebat ille omnibus deſiderium, quo ardebat in nouan
Hiſpaniam reuertendi, ibiq; inter ſuos fratres, ac ſocios m
riendi, ſepulturamque obtinendi. Id cum perſpexiſſet op
lentior quidam eius vrbis mercator (illius, & totius ordin
amans) promiſit curaturum ſe, ſi priùs quâm nauem con
cenderet, moreretur, vt eius oſſa in nouam Hiſpaniam,
Mexicanum diui Franciſci Conuentum deferrentur, inte
que fratres, & ſocios ſuos tumularentur: quod audiens il
inaudito quodam gaudio exultauit. Cùm iam ſoluendi ten
pus è portu Sanlucaris de Berramedâ, inſtaret: Eremitoriu
quotidiè in Franciſcani Conuentus horto, editoque in loc
vndè conſpectus erat in mare, conſcendit: illudque conter
plans, multis lachrymis irrigatus, Accipe me ò mare, i
quit, & in aduerſam me oram tramitte. Ponte (frater) trib
mihi quod oro; cumque eò peruenero: non ampliùs viua
His ille, multiſque alijs verbis deſiderium Propagādi fide
illamque illis in latiſſimis regionibus ampliandi, teſtatus e
Conſcenſâ igitur naue, cum eam multis plenam offe
ſionibus diuini Numinis animaduerteret, Hæc, inquit, n
uis ſalutis portum non aſſequetur; confirmauitque verb
eius euentus: naufragium enim apud ſanctum Germanun
fecit. Ille verò aliam ingreſſus, in nouam Hiſpaniam pe
uenit, Anno Dominicæ incarnationis milleſimo quingent
ſimo quinquageſimo, & Tlaxcallam tranſiens, Indis, quib
ſe reuerſurum promiſerat, verbum Dei annuntiauit. Cù

eſſ

et inſuggeſtu, perſpectus ab omnibus eſt ſplendor ignis, cum eum vibrans, non ſine auſcultantiũ, tumultu, & per-batione. Celebratum fuit paulò poſt Prouinciale Capi-um, in quo perorans ipſe, primus diffinitor electus eſt.in-lit ibidem in morbum, dicentique Medico, vt ſe ad mori-dum pararet, nam obitum impendêre, virili animo intre-leque reſpondit: Et quid aliud tot annis egi, poſtquam ncifcanũ indui habitum? quàm habere ſemper prę oculis nc horam, & moriendum eſſe? Vſus enim erat Spiritus ꝭti conſilio præmonentis: Gens abſque conſilio eſt, & ſine identia: vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima ouiderent. Suſcepit maxima cum deuotione, ac ſpiritus critate diuina Sacramenta. cumque ſancto oleo vngere-, omnibus, quæ recitabantur, precibus reſpondit. Con-to & ſubſcripto Capituli libello, priuſquam recitaretur, nortali hac vita ad immortalem tranſijt, inter ſocios, & ratres ſuos, â quibus & debitus honor impenſus eſt, in-que Mexicano diui Franciſci Conuentu, Anno Do-minicæ Incarnationis, milleſimo quingen-teſimo quinquageſimo primo, ſe-pultus fuit.

Hic Imago 6.

Vita

Vita B. Patris F. Antonij de Ciudad Rodrig Quarti lapidis fundamentalis Eccle-ſiæ Indorum.

CAPVT XXXVIII.

ANTONIVS de Ciudad Rodrigo, in ciuitate Nirobrig natus, & numero quartꝰ, inter duodecim illos præſta tiſſimos, ac de Religione Frãciſcana optimè meritos, ligioſos, cẽſeri meruit. Venit ex Prouincia S. Gabrielis, fu que in hac ſancti Euangelij Prouincia, ſecundus Prouincial ac multorum Conuentuum Guardianus; vir omnino ſing laris pœnitentiæ, inque omni victu auſteriſſimus. Cùm, tempore, inauditus eſſet Religioſorum labor, iſque iugis, continuus, quod pauci, illi eſſent; Indi verò permulti: co mune fuit, vt eorum nonnulli, tres vna die conciones, trib diuerſis linguis habere cogerentur: poſtmodumque Miſſa canerent, maximam puerorum turbam diuino lauacro luerent, ægrotantium confeſſiones audirent, ac functos v tumularent: intèrim tantâ penuriâ degebant, arctaque a monię parſimoniâ; vix vt explicari verbis poſſit. Nudis pe bus incedentes, veſtibus laceris, ac vilibus amiciebantur: nuda tellure ſomnum capientes; proque ceruicali, lig quopiam, aut lapide vtentes, ipſimet perulam habebant, quâ quotidianarum precum librum, & aliquem alium concionandum ſecum deferrent. Vinum autem (aquâ t tûm, atque frugali menſa contenti) nec libabant, nec obl accipiebant, vt ex eo perſpicitur, quod ſubijcietur. Eo Gu diano, Mexicano in Conuentu, exiſtente, primus eius ciui tis Archiepiſcopus, frater ſcilicet Ioannes de Zumaraga, Vigiliâ Reſurectionis Chriſti, vini vas demiſit, vt lautiùs m nachi epularentur: cum ad eius cellulam deduceretur, p rupit magna voce, replicans ciliciũ, cilicium, non vinum

ill



...rs , sacra parant , pars altera ; Iura .
... , Certi , prænotat esse Thori .

⑥

Pars modulis tremulant , pars Vocibus organa ludunt .
Et Petrus á Gandâ , præstat in arte , Choris ,

...ehrte Fugger Zaigt die Ehe .
...or , das die Zuesamen gehn ,

Man lobt , vnd singt dem höchsten Guett .
Petrus von Gendt , macht diſen muett .

d accipere renuit, tametſi eum plerique religionſi pre-
entur, vt in Archiepiſcopi, gratiã, qui eiuſdẽ eſſet inſtituti,
que diligeret, faueretq́; , acciperet illud. tamen remiſit,
iditque nuntium, fratres omnes, ingentes gratias Archi-
ſcopo dicere, quod eorum recondaretur; precari tamen,
qui eos diligeret, non permitteret, à temperantia decide-
vinum alijs erogari poſſe, qui ampliùs eò indigerent. Re-
oſorum omnium nomine, in Hiſpaniam miſit ab Impe-
re Carolo poſtulatum, vt à tot laboribus, ac moleſtijs,
bus ab initio (ob execrandam, & inſatiabilem aliquorũ
ritiam) Indi vexabantur, liberarentur: inque eius ſoli-
idine & diligentia vnicum iſtarum regionum pendebat
edium. Factũ enim eſt, vt frequentes poſtea literas mit-
et Imperator, quo grauiſſima tributa, & inauditæ mul-
iones aliquantulùm remitterentur: vt Indigenarum do-
næ, atque eruditionis Zelus præponderaret: quin ad ip-
fratrem Antonium ſcribebat, ei iniungens, vt maieſta-
ſuam redderet certiorem, quinàm mandatis ſuis obtem-
aretur. Electus eſt in Epiſcopum Nouæ Galleciæ, ſed ob
niam animi demiſſionem munus ſuſcipere noluit: Re-
ſus ex Hiſpania anno Dominicæ Incarnationis milleſimo
ngenteſimo vigeſimo nono, ſecum duxit viginti Religi-
s, interque eos Venerabilem Patrem Fratrem Bernardi-
n de Sahagum, virum probitatis magnæ, & induſtrium in
eâ Domini excolenda. Inuaſit eum morbus anno Domi-
æ Incarnationis milleſimo quingenteſimo quinquaſimo
io. Cumq́; ei Medic⁹ (Alcazari nomine) extremam horã
xiſſet, ſumma lætitia proſiliens, lætum ſibi nũtium à Deo
tulabatur, vndè obortis lachrymis Medicus, miſerũ me
uit, cui, ſi annunciata mors fuiſſet, cœlum terræ miſcere-
. Sepultum eſt eius corpus hoc in ipſo Mexicano Conuẽ-
& maximo honore, atque ſumma obſeruantia ab omni-
honoratum.

Vita Venerabilis Patris, Fratris Toribij Mo- tolinia, Quinti, in Ordine Patrum Duodecim.

CAPVT. XXXIX.

(Huius Imago ſuprà cap. 36. eod. Lib.)

NATVS eſt Frater Toribius, (è duodecimo num quintus) Beneuenti apud Hiſpanos, in Prouincia S ᾶi Iacobi profeſſus; & in Recollectionem Sancti (brielis tranſplantatus. Cum in nouam Hiſpaniam ſtipa Socijs perueniſſet, omneſque nudis pedibus incederent, p ſpicientes hanc eorum paupertatem Indi, inuicèm con mabant, Motolinia, Motolinia; (quod Mexicano idioma pauperes, ſonat) Interrogauit Frater Toribius, quid ea ſibi vellet? pauperemq́; cum ſignificare perciperet, Hæc quit) prima vox eſt, quam ex linguâ illâ cognoui, atque mihi nomen erit: ex ea die Frater Toribius Motolinia nũ patus eſt; cum de Beneuento, aliàs diceretur. Eximius ſp tus erat in eo multęq́; in diuinis rebus meditationis: intèr teras virtutes, caſtitatis amans adeò fuit; vt religioſum quandò acriter reprehenderit, quod puellæ (quã in ſinu r ter ad benedictionem accipiendam gerebat) os, manu at ctaſſet. Multũ ille tàm in Doctrinâ Chriſtianâ docenda, qu in pueris Baptizandis inſudauit; qui, nè ſinè lauacro mo rentur, longinquos cãpos crebrò, celeriterque peruola Profectus eſt Guatemalã, pleroſq́; fratres in Comitatu merans, interq́; eos Ludouicum de Villalbando, & fratr Martinum Legionẽſem, quorum adiutorio ibi fidem ſoli uit. Deindè Legionis, & Nicaraguæ Prouincias petijt, vt ligioſos duos extraneos, Euangeliũ ibi añunciantes alloq retur: Et ignis voraginẽ, valdè admirandã (quæ in eâ Reg

ne ſ

remit) perſpiceret (ducebatur enim ſimiliũ rerũ cogniti-
:dum aliquantùm vacaret ab animarũ conuerſione:) vt
ſpecta litteris mandaret, & ceteri exemplo ſuo Deum ex-
erēt in mirabilibus ſuis. Guardiano eo Tetzcutci agente
itas quædam tāta ingruit, vt frumēta ſolis ardoribus cre-
ta præmaturè perirent: ille, habita ad populum concio-
maximâ fidei, & ſpiritus vehementia contendit, vt
ceſſio ad templum Sanctæ Crucis, iuxtà magnam palu-
n Inſtitueretur; in qua ſe nonnulli verberibus, alijſ-
pœnitentiæ operibus macerantes, demiſſo animo à
o optimo Maximo, (qui rigat montes de ſuperioribus
) pluuiam poſtularent. Id fideliter, deuotè, ac cum
rymarum effuſione peragentes, eodem comitante: vix
erſis, pluere cœpit: indeque vſque ad frumentorum
æ reliqua erant) perfectionem, aqua non defuit, pin-
ſque annus ille fuit. Euenit quoque anno alio, vt im-
nſis pluuijs crebreſcentibus, non ſata modò colliderent-
: ſed & domus (quippè quæ de terra Lutoſa conſiſte-
t) alluuie ſolutæ, ruinam minarentur. Vndè ad idem
nplum Indos eodem modo citatos, pergere iuſſit, ibidem
trem Miſericordiarum exoraturos, ſi quà, eis in neceſſita-
conſtitutis adeſſe dignaretur: emiſſa oratione ceſſaue-
nt pluuiæ; tantumque aquæ per totam illam æſtatem
antum ſufficeret habuêre. Vndè mirificè illi in Religione
riſtiana firmati ſunt. Morbo oppreſſus, paucis ante die-
s, quàm decederet, maxima illum deuotio mouit, ſacrum
andi in Clauſtro Minoritici Conuentus Mexicani, dùm
tèm ex valetudine impos ferè membrorũ eſſet, nec ince-
ere pedibus valens, nec deduci ſe ab alijs ſuſtinens, celebra-
t tamen, & ſuſceptâ paulò ante completorium extremâ vn-
ione: adſtantibus fratribus ait, ad completorium perge-
nt, tempeſtiuè eos, ſe, vocaturum. Finito chori penſo,
ocans illos, coràm illis integro mentis ſtatu, animam Deo
 reddi-

reddidit. Reuerendiſſimus de Ayala Xaliſci Epiſcopus,q
ſepulturæ interfuit, partem habitus eius præſcindens,(quo
ſanctum eum, firmiter crederet) pro reliquijs abſtulit. D
ceſſit Mexici, feſto S. Laurentij, quem eximiè coluerat. Q
die ſepelierunt eum, facto ſacro non defunctorum: ſed ipſiu
martyris, cuius introitus eſt: *Confeſſio, & pulchritudo in
conſpectu eius,* &c. Quæ quidem verba Apoſtolico huic v
ro, magno Chriſti Confeſſori, virtutis pulchritudine decor
paupertatis Euangelicæ amantiſſimo, diuini honoris Zel
ſemper inflãmato, Regulæ Monaſticæ obſeruantiſſimo, con
uerſioniſque Indorum (quorum quatuor centena millia
baptiſmali aquâ lauit) appetentiſſimo decantari non in
quum erat. Scripſit libros nonnullos, vt de Moribus Indo
rum. Aduentus duodecim Patrum, qui primi in eas regio
nes deuenerunt, & de eorum rebus geſtis. Doctrinam Chri
ſtianam Mexicano idiomate. Alios item tractatus ſpiri-
tualium Materiarum, & deuotione plenarum, qui
maximo in pretio apud Indos fideles teruntur,
paſſimq;, plurimo legentium fructu &
emolumento euoluuntur.

Hîc Imago 7.

Vita



Cordiuorum quatiens Idolum, ê limine sternit.
Alter: et alter agens, sternit ad Astra uiam.

Der Satan in dem Götzen fras.
Vil tausent hertz ohn Vnterlaſ.

7

Sternit uterq; uiden Verecundis mori
Sic decuit, castos, feruor utrimq; patr

Ximen hat den Götz außgerieben.
Ribas lehrt d' Weiber Christum lie

Vita Venerabilis Patris Fratris Ioannis de Ribas, qui Sextus lapis Eccleſiæ Indicæ fuit.

CAPVT XL.

SANCTVS hic Vir (ex 12. Sextus) in Sancti Gabrielis Prouincia habitum ſuſcepit. Quanquam autem eius tempore, Diui Franciſci Regula, in hac ſancti Euangelij uincia exactè obſeruaretur, ipſe tamen cum decem, duodecim alijs Religioſis, integerrimiſque viris nom Reformationem procurauit. Quapropter nouam uinciam (cui nomen erat Inſulana) à Generali noſtri dinis Miniſtro, (Andrea de Inſula vocato) nominatam, nes ſimul erigere ſtatuerunt. Ob id Guardianatu de auhnaoac, ille ſe exemit, ſimulque multas Regiones uagati, vt idoneum Prouinciæ locum quærerent: Neuti àm reperientes, ad hanc S. Euangelij Prouinciam redi- : vbi S. Vir Diffinitor, ac Guardianus Mexicani Conntus ſufficitur. Obſeruantiſſimus Religionis, & paurtatis erat, ideòque in omnibus Congregationibus, quos de rebus Ordinis agebatur, adeò ſpiritu ſtimulabatur, inflammaretur vehementer, vocemque ſupra modum, præter morem attolleret. Cum igitur plurimos labo- , tum pro conſeruando Regulæ nitore, tùm in Infidem conuerſione, exantlaſſet; nihilque eorum, quæ ad rfectum Zelotemque Religioſum requiruntur, præterſiſſet; deuotaque aliquot Opuſcula, nempè Chriſtiam Doctrinam, ſiue Catechiſmum, Dominicaleſque totum Annum Sermones, ac deuotiſſimum Dialogum minis Chriſtiani vitam concernentem, Mexicanâ lina vulgaſſet; inſuper & Vitas Patrum eàdem linguâ, ex latina

latina vertiſſet , extra lectulum genuflexus , mentiſque a
vltimum vſque vitæ halitum compos , ex graui quadam
infirmitate, 25. menſis Iunij, Anno verò Dominicæ Inca
nationis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecund
animam Tezcucano in Conuentu,Creatori ſuo reſtituit.

Vita Septimi Patris, Fratris Garſiæ de Cineros

CAPVT XLI.

(*Huius Imago videatur infra cap. 48. lib. 2.*)

SEPTIMVS, (è 12.fuit) Frater Garſias de Cineros,ex Pr
uincia S. Gabrielis, vir prudens, valdeque in rebus ſu
circumſpectus , obſeruantiæque perfectioris cupid
ſimus. Vndè cum Cuſtodia S. Euangelij in Generali Capitu
Anno 1535. Niciæ celebrato, in Prouinciam erigeretur,C
pitulumque & in noua Hiſpania celebraretur, relinqnent
munus ſuum Venerabili Patre (æternâque memoriâ dign
Fratre Iacobo de Teſtera,qui quartus,& vltimus Cuſtos cu
fuiſſet (illarum, poſtea Regionum,tertius Generalis Com̃
ſarius fuit) vnanimi omnium Fratrum vocalium conſen
ob ſingularem probitatem,& merita,eius Prouinciæ prim
enunciatus eſt Miniſter Frater Garſias, cum vndecim A
nos ſub quatuor Cuſtodibus illa Cuſtodia permanſiſſet. H
ille munus ſnmma integritate, prudentia, omniumque a
probatione adminiſtrauit. Laborabat maximè in annu
ciando Dei verbo; Indiſque (ne quid eo abſente deeſſet) p
raſque Mexicano Idiomate conſcriptas conciones reliqu
quas inter eos,peritiores, Dominicis & feſtis diebus, cæte
in Eccleſiâ congregatis pręlegerent:eæque in magno etia
num hodie apud illos pretio habentur. Inſtituit collegiu
S. I

Iacobi de Tlatilulco, in gratiam maximè præſtātiſſimi he-
is Antonij à Mendoza, primi nouæ Hiſpaniæ Proregis, &
euerendiſſimi Patris Fratris Ioannis de Zumarraga, primi
exicanorum Archiepiſcopî; ponens in eo Lectores do-
os, & Sanctos viros, Fratrem Arnraldum de Baſſacio,
atrem Bernardinum de ſahagun, Fratrem Andream de
mos, & Fratrem Ioannem de Gaona. Collegio autem, S.
rucis nomen impoſuit: & in eo Indorum liberi Mexica-
m regionem habitantium, legere & ſcribere docentur,
n & in latinis literis erudiuntur. Prouinciam viſitans, præ-
uarum habitationum pueros colligebat, vt in Collegio
anquam in Seminario) inſtituerentur circa fidem, in ijs,
æ tradere poſteà alijs poſſent.

Prouincialis factus, rurſùm repetere Hiſpaniam vole-
t, vt Imperatorem Carolum ſuoſque Superiores, de la-
oribus afflictionibuſque, (quas noua illa Eccleſia perpete-
tur) certiores redderet: obijt autem dùm profectio-
m pararet, crediq; piè poteſt, ad fruendum Deo inter
cœlites locatum, pro meritis laborum, ac vitæ vn-
dequaquè laudabilis. Eius oſſa in Mexicano S.
Patris Franciſci Conuentu, honeſto quodam
loco, ſepulturam obtinuêre.

Hic Imago 8.


Vita

Vita Patris Fratris Ioannis de Sancto Franciſco.

CAPVT. XLII.

IOANNES ille noſter Natus, in Oppido, Veas, Regi Murciæ, cum literis Salmanticæ vacaret, habitur ibi in S. Franciſci Conuentu ſuſcepit, peractoque ſtudiorum ſtadio, ſalutis animarum zelo in S. Euangelij Pro uinciam ſeceſſit. Vir in contemplatione, & precibus aſſidu maximè in excolenda Dei vinea ſedulus inuentus : totu enim in ea laborans, ob neophitorum abundantiã, & defect Miniſtrorum abſumebatur: noctu ad contemplationem ab condebatur: illa repetens Prophetæ verba: In die mandaui Dominus Miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius. Qu factum eſt vt tàm in ſuſceptis laboribus, quàm in vitæ prob tate irreprehenſibilis euaderet : Octauuſque iſtius prouin ciæ, poſtquam ſtrenuus, & doctus Vir Frater Ioannes de Ga na munus illud renunciauit, Prouincialis eligeretur. Magn in eo ſinceritas fuit, vt nihil mali de quoquam, Religioſo pra ſertim, ſuſpicaretur : vndè non omnibus omninò in Prouin cialatu placuit, cum deprehenſos in criminibus quoſdam acriter puniuiſſet : quippè qui ſcelera, & peccata in Deum veluti incognita ſibi monſtra, & à naturâ ſuâ aliena mirum in modum abhorreret. Nunquam in Cellula lumẽ ad hibui quod ipſum ſuadebat reliquis aſſerens, multò melius in cal gine illa, & noctis ſilentio hominem poſſe Deo frui. Imm Prouincialis, ſtatuit, ne ab ea hora qua poſt occiduum ſole ad Angelicam ſalutationem dicendam inuitamur, miniſte rio luminis, quidquam ageretur, donec ſequenti die ſac ris adſiſteret: ad hoc Chriſti verba proferens: ſufficit diei m litia ſua: & eo tempore quæ ad eius munus ſpectabant, et quocumque momento expediri poſſent, non curabat. Fact

ſacr



qua cadit. Signatus, ſuscitat orto.
n: pueris forma ſit ille crucis.

(8)

eiſst die Zung, wer diſen Jung,
kt vom todt, vnd der zu Gott,

Iudiciū residens infra: ſtat paſsio ſurſūm,
Nec uacat Hic lucro, portio, parua, ſuo.

Die Knaben füertt: der paſsion,
Vnd das gericht, handt da die Cron.

ro recipiebat ſe in Cellulam; clauſiſque foribus, & fene-
s,agendis Deo gratijs vacabat;reliquum tempus,muneris
rebus, & Infidelium conuerſioni inpendebat, nulla peni-
laboris requie reſumpta. Electus eſt nouæ Galleciæ E-
copus: ſed ob humilitatem tantum munus admittere no.
s; minus idoneum ſe,excuſando prætendit.

Immenſo deſiderio tenebatur Mexicanam linguam aſ-
uendi, vt annunciator Chriſti fieri poſſet in partibus illis.
mque id, multis à Deo precibus ac lacrimis poſtulaſſet,
ans nocte quadam, in Cellula meditationi, ingenti quo-
n ſplendore circumdatus: exclamauit attonitꝰ, Dominus
minatio mea: ſtatimque intellexit conceſſum eius lin-
æ donum. Sequenti igitur die magna cum omnium ad-
ratione,concionari apud Indos ea lingua coepit: eademq;
ncionum librum perfectiſſimum, ac nonnullarum mate-
rum collationes, compoſuit, teſtimonio futuras, accepti
eo beneficij. Hac re vberrimos in noua Hiſpania fructus
legit, indigenas, ad fidem inſtruens, idololatriam euer-
s, Dæmoniorum templa diruens, infinitum Idolorum
merum confringens, immenſamque baptizans, in di-
ſis Prouincijs infidelium, multitudinem.

Tantus erat vitæ eius in illis Regionibus ſplendor, vt
n Diabolus interficere tentarit, ita, Deo permittente,
n vt ipſe Dæmon confunderetur: tùm etiam vt indigenæ
ide confirmarentur. In Oppido igitur Teoacan, in quo
ecipuus idolorum cultus erat, & frequentior multitudo:
m, fidem prædicans, verſaretur, ſolemne Deo Sacrificiũ,
erſis illis, offerre voluit. Conuocatis igitur ad Sancti Pe-
, & Pauli feſtum, circumuicinæ regionis accolis, celebri
ncione cæcitatem, in qua verſabantur, Diabolique dolos
poſuit: finita concione Chriſtianos pueros à ſe in fide in-
uctos, animauit vt idola quæ ad ruinã ordinatè locauerat,
uentes peſſundarent, illiq; animoſè præſtiterũt: ipſe verò

proprijs manibus primum, & præcipuum idolorũ omni
demoliebatur; ea Pſalmiſtæ verba iterans: Simulacra g
tium argentum, & aurum: oculos habent & non videbu
aures habent & non audient: Cumque ad os Inſultaſſet c
fringens illud, os inquit habent & non loquentur: ſicque
ſum in reliquis partibus indignabundus infremebat, quo
que confringeret totum; dignum autem admiratione fui
in immenſa infidelium multitudine ſpectaculum aſpici
tium, neminem contradixiſſe. Verùm Diabolus contum
liam ferre non ſuſtinens, eadem die ſexaginta millibus p
ſuum ab eo loco, Indo cuidam infideli Theoacanenſi,
ſpectaculo non interfuerat, hoc modo confractus, læſu
apparuit, eâ quâ colebatur effigie. perſpice (inquit D
mon) vt ab eo ſacerdote chriſticolâ tractatus ſum, qui T
oacani verſatur: quarè, ſi me colis, vlciſcere iniuriam.
ſpondenti Indo præſto eſſe ſe, verum Magiſtratus, & p
pulum eius loci vereri, quippe qui diligenter ſacerdote
aſſeruent. perge modò replicabat, auxilio futurum, me t
recipio quò euadere poſſis. Modum igitur eum occide
præſcribens ait. Accepto valido ligno quod in Monaſte
clàm reperies, feries tranſeuntem, percuſſoque & interfe
furtìm diſcede. Fecit omnia Indus; latenſque, vbi iuſſe
Diabolus, tranſeuntem patrem omni vi percuſſit, ex
mans interfectum iri. Sed Deus, maioribus eum rebus
ſtoditum à periculo liberauit, nullo prorſus accepto no
mento. Ad eius vocem ſocius accurrit; comprehenſuſq
Indus & interrogatus, rem omnem, vti ſe habebat, expl
uit; agnoſcenſque Satanæ dolum, baptizatus eſt. Int
pleroſque alios, baptizatus eſt ab hoc Apoſtolico viro
cerdos quidam Idolorum ex oppido Theoacani, cui in m
bum Mexici lapſo, Patris, & matris eius effigie ſe dæmo
obtulerunt aiendo, ſe in Regione quadam delitiarum
nium, omniumque voluptatum refertiſſima diuerſa
qu

rè eos comitaretur: aſſentientem ad ſyluam proximam
luxerunt, ſe, vt ſuſpenderet, inſtigantes, cumque ten-
et, apparuit ei frater quidam, eadem effigie, (quâ eſſe no-
rat Fratrem Ioannem à Sancto Franciſco) ipſum increpans, quod doctrinæ ſuæ immemor eſſet, dæmonibus ho-
bus ſuis falſa eum patris matriſque ſpecie ſeducentibus, fi-
n habuiſſet. Emiſit clamorem Indus, inuocatoque Dei
mine, Dæmonia diſparuêre: Cùmque ipſum Fratrem Io-
nem eſſe arbitraretur, qui apparuerat, Mexicum re-
ſus, eum in itinere flexis genibus errati veniam poſtu-
at, gratias agens, quòd ſe & à morte, & ab inferis libe-
ſet. Ipſe autem, cùm quæ acta eſſent perciperet, Deo gra-
s egit, qui ad Euangelij propagationem, ſub effigie ſua,
gelum ad illum Indum eripiendum miſiſſet, quem, vt
nſtans in fide permaneret, nec Diabolo amplius crederet,
igenter admonuit.

Mulier quædam, defunctum filiolum ad ſanctum Virum
gna cum fide, & deuotione attulit, vt benedictionem ei
pertiretur, poſtulans: quod cùm feciſſet, ſtatim puerulus
us ac viuus ſurrexit. agentibus parentibus pro beneficio
atias, magna humilitate reſpondit, non ſuis meritis, ſed id
genti matris fide effectum eſſe. In eodem Theoacani Con-
ntu, cùm poſt ſacri celebrationem in cellula orationi va-
ret, ſe viſibiliter ei obtulerunt Sanctus Pater Franciſcus, &
Clara, valdèque eum familiariter alloquuti ſunt, inqui-
tes inter alia; Indi, quam, vos promiſiſtis, paupertatem,
edientiam, & humilitatem, obſeruant. Tot tantaque in
ncti huius vita mirabilia extitêre, vt non minima ei in-
ria inferatur, ſi compendio illa enumerentur. Quapro-
er ad eius deceſſum tranſeamus.

Guardianus cùm eſſet in Conuentu de Quauhnaoac, per
tegrum annum deceſſum ſuum præuidit: Dixitque Fratri
oderico de Bienuenida ſocio ſuo, deceſſurum omninò, ſe,

priuſquam Capitulum cõgregaretur: idq́ue ita euenit. Du
bus enim ante menſibus in morbum incidit: cumq́ue ide
frater Rodericus eidem miniſtraret, frater (inquit) nè qui
quam ad ſanitatem meam ſatagas, quæ enim mihi frate
Antonius de Ciudad Rodrigo, prædixit, euentura ſunt
Erat frater Antonius de Ciudad Rodrigo, vnus ex duodeci
primis Religioſis (de quo ſupra eodē libro) mortuuſq; an
bienniũ, qui præcedenti nocte ei apparuerat, ipſumq; vt p
ratus eſſet, admonuerat, extremũ enim morbum illum f
turum eſſe: multaq́ue ei alia dixerat, quorum fratri Rode
co vnum ille tantummodò renunciauit; Deum ſcilicet v
hementer iratum eſſe ob aliqua ſcelera, quæ in nouâ Hiſp
nia patrarentur. Euenit hoc quadraginta fermè diebus an
eius deceſſum, in quibus nihil aliud agebat, quàm ſe para
do, ſolus cum ſolo Deo agens. Profectus igitur Mexicum e
omnibus valenunciatis, quaſi certior, non eos amplius viſ
rum; ibi, ſuſceptis diuinis Sacramentis die quadam Vene
hora diei vndecima anni 1556. Verba illa pronuncians: I
manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum, anima
efflauit. Nocte verò media fœminæ cuidam Hiſpanæ, cui
audire viuens peccata conſueuerat, apparuit; duodecim
horis in purgatorio detentum, ad cœlum iam ſe propera
nunciabat. Poſt quintum quoque diem, intimo ſocio ſuo fr
tri Roderico in lectulo quieſcenti, plenâ ſplendore cellu
oſtendit ſe: acceptiſq́ue manibus illum ad rectè viuendu
adhortatus eſt. Frater hic Rodericus de Bienuenida, magn
vtique ſanctitatis homo, id ſæpius affirmabat. ami-
ctũq́ue eius vt ſolem coruſcaſſe aſſeuerabat:
qui quidē Rodericus in Oppido Ange-
lorũ ſepulturā accepit.

Vita

a Zelantiſsimi Serui Dei V. Patris Ludouici de Iuenſalida, vnius 12. Minoritarum Apoſtolorum in Indijs.

CAPVT XLIII.

(eius Effigies lib. 2. infra. cap. 32.)

BONVS lapis fundamentalis Eccleſiæ nouæ Hiſpaniæ, Ludouicus Iuenſolida fuit, qui, quantis perſecutionibus, tribulationibus, tormentis, penurijs, & enus alijs difficultatibus immergentibus quaſſatus fueix dictu credibile ſit lecturis: vt breuiores ſim⁹, extremis taxat digitis attrectamus ea, quæ de viro ſancto fama mmunis habet. Is profeſſionis ſuæ Zelantiſſimus ibat diceat⁹, paupercul⁹, habitu innumeris locis conſuto, afflict⁹ uſtiatus, Inſuper cibi abſtinentiſſimus, orationis conti-, eleuationum & raptuum in Deum ſupra omne genium nanum. Aduenit ille in Hiſpanias ab Indis, vt, cum Cæ- Carolo Quinto, de rebus Indiarum quædam conferret eſſaria: à quo perhumaniter auditus, iuxta gratiam eratoriam, Mechioacani Epiſcopatum oblatum à Cæſacillimè ſuſcepiſſet, niſi magnanimus Franciſcanus hu-, quo contemptum mundi penitùs imbiberat, officium udiaſſet. &, Nè per importunitatem grandiorem, aut ſuorum coactionem gratificari Cæſari cogeretur, reliquit ias ſuas, colligens ſe (inſtar teſtudinis repentis ſub Valas ſuas) in Prouinciam S. Gabrielis, totumque ſe oratio- contemplationi, & Virtutum exercitijs mancipauit. quibus equidem, deſurſùm incomparabili quadam labon præteritorum compenſatione fruebatur. Cum autem t Guardianus S. Gabrielis de Badaioz, multoties in aerem tus orans, ſiſtere greſſum animaduerſus fuit. Profectò

 ſanè

ſanè non alio quouis actu, ſiuè ſtuporem, ſiuè maiorem æ
ficationem in bono procuraſſet. quod verò ſine ſpeciali n
tranſeundum non eſt, vixdum beatus ille ſeptēnium (hoc
ab anno milleſimo quingenteſimo 24. in Indijs triuerat v
ad ann. 1531. quemadmodum ſcripſit B. Martinus de V
lentia ad Generalem totius ordinis) & ad minimum ce
millia Indorum baptizauit, in fide ac bonis moribus Ch
ſtianis inſtruxit. Per tres annos Tlaxcalæ circa annū 15
Guardianum præcipuum egit, quo in officio, & aliàs n
per ſe ſolum, ſed & per fratres ſuos procùl omni dubio, l
gè plures conuertit ad Chriſtum. Ne autem opinemur,
Patrem Indorum ſalutis oblitum, cùm ad Prouinciam G
rielis ſe receperit, Verè enim defectus lamentabilis erat
rum, qui cum illo in vinea Domini cooperarentur. Ita
trāſſumptis laboribus, pientiſſimè in Inſula S. Germani,
omni genere virtutum, obdormiuit in Domino, Condi
terræ eodem in loco (*Baptiſ. Moles in memor.*)

Vita B. P. Franciſci Ximenij.
CAPVT XLIV.

(*Imago eius ſuprà cap. 40.*)

DECIMVS ex duodecim, fuit præſtantiſſimus vir
ter Frater Franciſcus Ximenius, ex Prouincia
ui Gabrielis, vbi habitum ſuſcepit, & vota Religi
Seraphicæ emiſit. In Iure Pontificio, exercitatiſſimus e
ſinceritatis autem ac puritatis eximiæ: ob nimiam man
tudinem, ac affabilitatem Deo, & hominibus dilectus;
feſſionis verò ſuæ Zelantiſſimus, ac obſeruantiſſimus. Ta
autem fuit humilitatis, vt minimè in Hiſpania ad ſacros
dines promoueri voluerit, quouſque in Hiſpaniam noua
profectus, ob inopiam eorū, qui Sacramenta Eccleſiæ à C
ſto ſaluatore noſtro inſtituta miniſtrare valerēt, ibì ſace
tium ſuſciperet. Inclytus ac pientiſſim' Germanorū Imp

Carolus ei' nominis V. ob maximũ amorẽ ac obſeruãtiã
ous illũ proſequebatur: Epiſcopatum ei Tauaſci contulit;
ille, ne fratris Minoris profeſſionem relinqueret, procul
dat', cauſa fuit cur Epiſcopat' ille, Iucatani Epiſcopatui
geretur. Tam à ſe ſemper alienus, hærebat Deo, vt ſocio
geret, qui ad ſumendum cibum, & mutandam veſtem
ortaretur: tàm extra ſe poſitus, vt licet memoria ſtupen-
olleret, & quandoque ab eo quæreretur, an cibũ ſump-
t, eius rei non recordaretur. Guardianus factus in Quau-
uac, ægrotantem ſocium ſuum, magnæ ſanctitatis fra-
n Michaëlem de las Carrouillas, Mexicum, vt medicinis
uaretur, equo deducebat: quieſcentibus autem illis in
ere, equus elabitur: quem vt reciperent, interrogati de
ore pilorum Iumenti, Neuter memoria tenebat, quippè
in Deum tracti, iumenti curas abegiſſent, vt nec ea
ſub manibus eſſent reminiſcerentur. Vnus ille eorum
, qui Mexicanum idioma primi didicerunt, idque opti-
calluitis, primuſque eius artem, dictionarium, aliaque
dè præclara literis mandauit. De ſuperiorum iuſſu, li-
s omnes ea lingua ſcriptos examinauit. Non Indis modò,
& Hiſpanis frequentiſſimè concionabatur, carus omni-
, præſertim verò trium Mendicantium Ordinum Re-
oſis, quibuſcum aſſiduus erat. Indorum habitationes,
ue oppida inuiſens, inprimis templa oraturus ingredie-
ur, deinde ægrotantium, aliarumque eò conuenientium
feſſiones audiebat, hanc laboris ex itinere contracti, re-
em ſuſcipiens. Morbo tandem oppreſſus, cum iam eſſet
itudine debilitatus, Vix vt ſe poſſet in lectulo mouere,
liens afferri ſibi Chriſti corpus, magno ſpiritus feruore
lijt; quaſi nouas vires concepiſſet, ac ſolo genua defixit.
ddiditq; ille ſanctè animam Deo, hoc in Mexicano ſancti
nciſci Conuentu, Vbi & ſepultus eſt. Poſt eius obitum
ter Lucas de Almodauar, probus & ſanctus Vir, qui in
eo Con-

eo Conuentu ægrotantib⁹ miniſtrabat, cùm eius ſanctitat
perſpectam haberet, digitum mortuo abſcidit, quem p
annum, inſcius vbì, aut quomodò amiſerit, cum eum i
habitus cuculla ſemper deferret. Confeſſus poſtea eſt (
religioſus & Veridicus) per integrum annum di
tum eum non exaruiſſe, ſed ita, vt in Viuente fuerat, p
manſiſſe: ſolitumq; mirificum ex ſe odorem emittere. I
ipſa die, qua Mexici deceſſit, Frater Daniel Laicus in T
phan (Prouinciæ Xaliſci loco, per ducenta & Viginti mi
paſſuum à Mexico diſtante, quocùm ſanctus Vir Frater Fr
ciſcus ſpiritualem fraternitatem, Vt plerique Religioſor
ſolent, pepigerat) eius deceſſum ſciuit, eundemque cuida
qui aderat, Religioſo retexuit. Placuit enim Omnipote
Deo Fratrem Franciſcum ob pactam inter eos fraternitat
eidem, hoc modo comparuiſſe. Scripſit ſingulari dilig
tia vitam B. Patris Fratris Martini de Valentiâ, anno ab ill
morte tertio, quæ quorundam incuria amiſſa eſt, vno t
tummodo quaternione reperto, è quo quæpiam illoru
quæ inferius perſcribuntur, deſumpta ſunt. Ex illo
colligitur, quanto animi affectu illum proſecutus fuerit.

Ad finem huius capitis adyciendà fuêre ſcilicet.

Duo ex duodecim, fundamenta: F. Ioannes de Palos
decimus in ordine, & Frater Andreas de Corduba duod
mus: quorum notabilis vita, nimia ſcriptorum incuri
ſicut & cætera deperiêre (horum tamen effigies depreh
des ſupra capite 38. & capite 42.) Illud ſaltem in compe
eſt, vtroſque ex Prouinciâ Sancti Gabrielis profeſſos, &
nos fuiſſe, qui tametſi (pro tenore Epiſtolæ B. Patris Ma
ni, & Reuerendiſſimi Ioannis Zummaragæ quam expe
runt) profeſſione Laici haberentur, non dubitamus ta
ad euertendos Idolorum cultus, ſimulachra & templa e
diru

enda, ſimulque concremanda: & ad erigendas cruces, oria, ſacras Eccleſias, & Sacros Conuentus, inſtruendos ſtianos, ac puerorum Collegia, Religioſo more colen- diuuandoſque Sacerdotes verbo & opere exemplari, ne ſacramentorum adminiſtrationem egregiam pro i operam adhibuiſse. Certum item eſt eoſdem amo- ei ſui in noua illa Eccleſiæ plantula, neceſsarijs quibuſ- prouidendis, & ſuis functionibus, ſupra quàm peti et, allaborantes inſudaſse: Proindeque in Album duo- m Apoſtolicorum virorum Minoritarum, qui adeò onum certamen certauêre, curſumque in India conſummauêre, adnumerandos eſſe: qui procul dubio coronâ iuſtitiæ, à iuſto iudice ipſis reſeruata, modò coronantur & tri- umphant in Cælis.

inita eſt igitur, duodecim Apoſtolorum Fran- ciſcanorum, ſeries & vita.

ic Imago 9.

ib. 1.

*Vita admirabilis Laici, Minoritæ ſtrictioris Obſ-
uantiæ, Fratris Petri de Gandauo.*

CAPVT XLV.

PETRVS à Gandauo, vnus de tribus illis religioſſimis, de Franciſcana Religione optimè meritis Fratribus f
qui primi nouam Hiſpaniam, Anno Dominicæ incar-
tionis milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio petierun
quique perplures animas Deo lucrati ſunt. Horum Ioan
Tectius Sacerdos, in locum Higueras iuxta eum, qui H
duras nuncupatur, profectus cum Ferdinando Corteſio,
annuntiandam fidem, mortuus eſt; eaque propter nihil
de eius vita litteris proditur. Frater Ioannes de Aora ſac
dos etiam, &, vt reliqui duo, natione Flander, in Thez
co ſepultus eſt. Tertius Frater Petrus à Gandauo ad eiut
dum vitæ delitias, & voluptates, quibus hoſtis generis hu
ni tranſuerſos plerumque in Iuuentutis flore homines a
iugo ſe Domini ſubiecit, diui Franciſci habitu ſuſcepto
tametſi dignus eſſet, qui Sacerdotũ albo aſcriberetur, ob
miam tamen demiſſionem animi permanere Laicus vol
atque ea in re planè prodidit virum cõſtantem, ſolidæqu
Chriſtiana religione probitatis. Hic denique quæ de re
tis à Ferdinando Corteſio regionibus ferebantur, deq; in
tâ hominũ idola colentium multitudine audiens; ſpiritu
commotus, eò ſe cum Guardiano ſuo Ioanne Tectio, at
illo alio religioſo Ioanne de Aora ſe contulit. Erat in e
optimas quaſque artes, politicaque & Chriſtiana officia
rificum ingenium: idque à Deo ipſo prouiſum videtur,
primâ illâ earum gentium conuerſione, iſtiuſmodi v
mentèr adiumento indigentium, vt non in ſpiritualibus
dò rebus, ſed in humanis etiam, & politicis erudirent
Ille omnium primus ibi & legere, & ſcribere, & canere

mu



trahit hæc: trahit illa: Sed obtinet iſta:
et Christo, pignora plura, meo.

9

t iſt mir hoch lieb vnd werth.
, mehr Seelen. geberth,

Patria Ganda Vale: Cæsarq; et Mitra, Valete.
Parturio Gentes: Cor mihi rumpit Amor.

Adé Gendt: Kaÿser: Biſchoffshuett;
Zun Haÿden, ſteht mein ſinn vnd muett.

ficis inſtrumentis perſonare, & Chriſtianam denique
ſtrinam edocuit: nonnullos nobilium indigenarum libe-
ante 12. religioſorum aduentum in Tezcuco erudiens:
tea vero Mexici, vbi vitam penè totã egit (præter exiguũ
npus, quo fuit in Tlaxcala.) commoratus eſt. Mexici au-
r fuit conſtruendi percelebrem & ſumptuoſam S. Ioſe-
capellam, à tergo humilis, & perexigui Franciſcanorum
pli, in qua, feſtis & Dominicis dieb⁹ ad diuinum verbum,
inorumque officiorum recitationem audiendam, & ad
cipiendam doctrinam fidei, indigenæ congregantur.
ſtrui curauit puerorum gymnaſium, iuxtaque id alias
s, in quibus Indi pingere docerentur: & vbi imagines
ctorum, quarum vſus in his regionibus erat, pingeren-
alios doceri cæmentariam, lignariam, ferrariam, ſu-
am, aliaſque iſtiuſmodi artes, inſtituit: habebat iuxta
nnaſium cellulam, in quã ſe interdiu recipiens, orationi,
ioni, aliiſque ſpiritualibus exercitationibus vacaret, &
nterualIo Indos inuiſeret. Præcipua eius cura fuit, vt
ri ſedulò exercitarentur, diebuſque Dominicis & feſtis
udiendum ſacrum, & Dei verbum congregarentur.
rimonium contracturos, & eos, qui poſt confeſſionem
oſanctam eſſent Euchariſtiam ſuſcepturi examinabat,
ruebatque. Prædicabat, quoties ſacerdos deerat Indici
matis peritus, quod mirificè callebat, quamquam im-
ita eſſet lingua, vix vt eum Fratres intelligerent, cum ab
s tamen veluti illorum vnus, intelligeretur, in ipſorum
mate peramplè ſatis & copioſè Chriſtianam doctrinam
pſit, quæ excuſa typis circumfertur. Confraternitates
ſunt apud eos, inſtituit. Diuinumque cultum ſemper
uxit quo ad ornamenta, Sacraſque veſtes Capellæ S. Io-
ni: Cruceſque, & candelabra, atque alia iſtiuſmodi quæ
i in proceſſionibus ſolent: nullâ, vt in vrbe, Chriſtiani
ois, tam ingens harum rerum numerus, inueniri queat.
Bb 2 Tam

Tàm in Mexici ciuitate, quàm alibi infinita penè templa
conſtruxit. His in rebus conſumptis 50. annis: cum eò Iuu
nis veniſſet, magna præbuit probitatis, & apoſtolicæ libe
tatis documenta, nihil aliud ſatagens, quàm Numinis hon
rē, & animarū augere ſalutē: proindè innumerabiles Deo l
crifecit fideles: caruſque omnibus adeò, euaſit, vt cum
multi alij ſacerdotes Indorum pœnitentijs inſeruirent,
verbumque Dei promulgarent, vnum tamen Petrum
quamuis Laicum præ ceteris vt parētem colerent: tanquà
ab eo totius Mexici, & circumuicinæ regionis gubernat
penderet, vnde dicere conſuèrat ſecundus eiuſdem ciuita
Archiepiſcopus, Frater Alphonſus de Montuiar Ordinis pr
dicatorum: Non ego Mexici Archiepiſcopus ſum, ſed Fr
ter Petr⁹ à Gandauo Laicus S. Franciſci. Et quidem ſi Petr
ipſe Sacros Ordines ſuſcipere voluiſſet, Archiepiſcopus fu
ſet. Carolus enim V. Imperator, qui & eiuſdem pat
fuit, & probitatem illius exploratam habebat, fertur eu
dicto Archiepiſcopatu inauguratū voluiſſe. Dilexit quad
ſingulari beneuolentia Indos; & vt ipſis nihil ad doctrina
deeſſet, pleraſque literas ad Flandros Religioſos, & pre
tim, quibuſcum olim vixerat, dedit; eos admonens vt
nouam Hiſpaniam concederent ad Dei vineam excolen
Nec ab illis minus amabatur, à Mexicanis præſertìm; vt
eius reditu à Tlaxcala perſpectum eſt. Ei enim in magna
lude Tezcuci, inſtructa in pugnæ modum, cymbarum cla
magnâ cum alacritate obuiam ierunt. Inda quædam Me
cana, quæ deuotione quadam animi, Religioſis quoq
præbere veſtes ſolebat, fratrem aliquando Melchioren
Beneuento, curam tunc S. Ioſephi gerentem, conuenit, v
ſe veſtes illis præbere dicens: cumque Religioſorum no
na recitaſſet, inter eos Fratrem Petrum à Gandauo nomi
uit; Huic ille: mortuus, inquit eſt. Et ipſa; at ego eas F. Pe
affero, tu cui volueris impartieris. Multum ille in Dei vi
lab

borauit, in initijs præſertim, multa idola confringens, eorum templa diruens, pluſquam centum Eccleſias, in quibus veri Dei nomen inuocaretur, fabricauit. Sepe à diabolo tentatus eſt; vt relicto eo munere in patriam regrederetur: ſed auxilio Numinis, vt in epiſtola ad Flandros pates fatetur, liberatus eſt. Vir fuit humilitatis eximiæ, idq; oſtendit ſacerdotium abnuendo, cùm ad Id tres haberet facultates, abs ſe minimè procuratas: primam à Paulo Tertio Pontifice maximo. alteram à Generali Capitulo Romæ ſub R. P. Vincentio Lunello celebrato: tertiam à R. Nuntio quodam apoſtolico apud Carolum V. agente: & ipſo fortaſſè Carolo procurante, qui eum Archiepiſcopum creare voluerat. Sed hæc ille omnia contempſit, in humili ea vocatione perſiſtere volens, quâ, monaſticam vitam ſuſceperat. Defunctus eſt anno Dominicæ incarnationis milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, cuius deceſſu magno omnes dolore affecti ſunt: & ad ipſum ſepeliendum frequentiſſimi, nonnulli quoque in lugubri veſte conuenerunt. Perſolutis autẽ ab omnibus in vniuerſum Iuſtis eius; vnaquæq; priuatim confraternitas, & vnaquæque Indorum habitatio, eadem Iuſta perſoluit. Oblationes pro eo factæ, tantæ fuêre, vt cænobium ſancti Franciſci Mexicanum complerint. Poſtulauerunt indigenæ à Prælatis, vt eius corpus in Capella ſancti Ioſephi tumularetur, conceſſumq; maxima illic eũ in veneratione habent, eius effigie in tabula depicta, quemadmodum in omnibus nouæ Hiſpaniæ habitationibus maioris momenti, & ille ipſe, & duodecim primi huius prouinciæ Sancti Euangelij fundatores, depicti expreſſique viſuntur.

ADDITAMENTA.

Ad Hiſtoriam Venerab. Fr. Petri à Gandauo.

In Mirabilem Diſcipulum Domini, Vinitorem Vaſti Mexici, Petrum Gandenſem.

GAndis, quàm Grandis! quàm fortia culmina ſcandis?
Jmperiale Decus! Relligione potens!
Carolus, è Gremio, Quintus, tibi prodijt. Ex Te
Vna noui Mundi, Petra Nouella fuit:
Non Papa: ſed tamen & Petrus, non ordine Myſta,
Sed Laicus, Fidei, mira columna, Sacræ:
Jſte per Ignotos, vexilla, ſubintulit Indos,
Alma crucis: Carolo ſtrauit & ille Viam.
Mars Caroli ſequitur, quàm Macté? ſed arte petrina
Mars Carolinus ouat, Lucraq; Sancta tenet.
Non valet abſq; Petro Cæſar; cum Cæſare Petrus
Conſolidant Terris, Sceptra, fidemq; Deo.
Quàm Grandis Gandis! quàm candida Lilia pandis!
Horte Voluptatis, vera Cauerna Petri!
Quàm Magnus Petrus? Minor Atlas ille ſecundi
Mundi? Simplicibus Regna ferens Humeris?
Quâm Magnus Carolus? quaſi Quinta Potentia Regum?
Sed, Niſi cum Petro, non benè tantus erat.

Aliud.

Hunc, Laicum, ſua magna docet demiſſio; contra:
Hunc Patrem Patriæ, Mexica lata vocant,
Non facilè eſt, differre virum, dicatur vtrumque.
Vt Minor eſt, Laicus; Maior, & inde Pater.

Hic Imago 10.

Vi



Primus Episcopii (Minorita) refulsit honore.
Zunmaraga, adlucrans Mexica regna DEO.

Das waren helden in dem feldt.
Wider den teüffel vnd die welt.

10

Et comes à Soto, iunctum, par nobi
Edomuère chaos, Luciferiq; caput

Jener mit dignitet vnd ehren.
Diſer mit lher, thet d' leütt b

Vita R. P. F. Ioannis de Zumarraga primi Archiepiſcopi Mexicani.

Quomodò mittatur in nouam Hiſpaniam.

CAPVT. XLVI.

IOANNES Zumarraga Cantaber ex oppido Durango Doctrinâ & ſanctitate inſignis fuit. Sancti Franciſci habitum iu Conceptiois Prouinciâ ſuſcepit, in quâ pius Guardianus, Diffinitor, & ſemel fuit Prouincialis, agna in his muneribus, prudentia, & religione conſpicuꝰ. um inter Recollectos, eiuſdem Prouinciæ Religioſæ domꝰ ribulenſis, (vulgò de Abroio, iuxta Pinciam) cui Dominæ oſtræ de Scala, titulus eſt, quæque inter ceteros huius Sanæ Recollectionis Conuentus, obtinet Principatum, Guaranum ageret, & illic Carolus Quintus Imperator Paſſionis uandoque hebdomadam (hanc maiorem appellant) trangiſſet, abundeque Monaſterio omnia exhiberi iuſſiſſet, ad ratrum victum, & res alias neceſſarias; nihil vir optimus ı ſuum, vel monaſterij vſum conuertit; ſed vniuerſa illa auperibus diſtribui curauit. Id cum reſciuiſſet Carolus, & nimaduertiſſet quantâ religione, grauitateq; ibi, tunc fuiſent diuina officia peracta, quãtaq; ineſſet homini iſti virtus, robitas, ſanctimonia, magni eum omninò exindè fecit, ac aulò poſt Inquiſitorem in Cantabras ſtriges, quòd & ipſe Cantaber, & eius linguæ peritus eſſet, conſtituit. Functum erò eo munere, cum eximia integritate, primum deſignait Mexici Epiſcopum. Reſtitit, quoad potuit, inſignis, & Apoſtolicus vir, donec ſuperioris iuſſu ſuſcipere munus coctus eſt. Epiſcopus, necdum tamen conſecratus Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octauo, in nouam Hiſpaniam protectoris Indorum titulo, maximiſque à Carolo acceptis priuilegijs, profectus eſt.

Odia,

Odia, & Perſecutiones propter iuſtitiam patitur.

CAPVT XLVII.

NOVAM Hiſpaniam ingreſſus, cùm totus eſſet in diui honoribus procurandis, eamque Prouinciam mu obrutam vitijs inueniret, dedit operam ſedulò, eam ad quàm maximam integritatem reduceret. Accid ideò vt, tametſi valdè omnib⁹ eſſet amabilis, magno tam odio, & ille, & qui cum illo erant, fratres, à non paucis i peterentur, Odij authores ij ipſi erant, qui Rempublica adminiſtrabant: euenitque, vt cum extrahentes è tem quendam, qui eò confugerat, tentarent Eccleſiaſticam i munitatem infringere, viro ſancto propugnante, eum c tortâ haſtâ penè confixerint. At quòd maioribus eum re Numen deſtinaret, non aliter eum ſeruauit incolumem, que Dauidem olim à Saulis caſſis ictibus: Iſthæc dum a rentur, perplura valdè, & illa, quidem turpia & abſurda ſanctum hominem, eiuſque ſocios religioſos viros, non à ſtis illis modò & integris pectoribus, ſed ab omni mentis gitatione abhorrentia confinxerunt. Dabant ad Impera rem atque eius ſenatum (qui de Indicis rebus conſtitutus crebras aduerſus illum, & peracerbas literas, prohiben ne quà illius Epiſtolæ, eò poſſent peruenire: quouſque C taber quidam nauta, ſecretò ſe, ei literas producturum Imperatori redditurum ſpopondit: Quod & præſtitit, dem, abſente Carolo, Jmperatrici redditis. Has, illa n tò cum fletu perlegens, Magiſtratus eos omneis adm ſtratione omni abdicari, & in Caſtellam reuerti iuſſ paulò poſt infelici obitu peremptos. Eorum autem, qu Indijs permanſerunt, plerique publicè faſſi ſunt, ea ſe m titos omnia fuiſſe, quippè qui indigna aduerſus religio illos homines impudenter confinxiſſent, Nouos dei

Ma

agiſtratus eò miſit Imperatrix, viros bonos & Deum timẽ-
s, ipſumque Epiſcopum ad ſuſcipiendum conſecrationis
unus reuocauit.

Redit in Hiſpaniam, Epiſcopus conſecratur, Indos fouet, ac liberos efficit.

CAPVT XLVIII.

CONSECRATIONIS ergò, cauſâ, in Hiſpaniam regreſ-
ſus eſt: Anno milleſimo quingẽteſimo trigeſimo ſe-
cundo, nec minimo quidem Zelotum numero ſecũ
ıdè allato; infractо ibi pectore, ſe & religioſos fratres de-
ndit: extremaſque miſerias & calamitates infelicium In-
ɔrum expoſuit. Iter verò continuò pedeſter egit magna
aupertatis, religionis, & pœnitentiæ, ſignificatione, religi-
ſos quoſcumque fratres excitans, & adhortans, vt ad ſan-
iſſimum hoc conuerſionis animarum munus proficiſcerẽ-
ır. Indè nouam Hiſpaniam conſecratus repetens, año mil-
ſimo quingenteſimo trigeſimo quarto, in eum dignitatis
radum, qui eius meritis debebatur, repoſitus eſt. Indos
ui Chriſto nomen dederant, plus ille quàm filios quiſ-
uam ſuos diligebat. Aſſidebat ægrotantibus, eoſque in
iſerijs & calamitatibus ſolabatur: nec defatigabatur vn-
uàm, omnia eis paſtoris optimi munia, atque officia im-
endens. Ipſe cauſa fuit, cur continuæ præſtationes auri,
rgenti, gemmarum, plumarum, culcitrarum, ſeruorum ad
nera portanda, quæ frequẽtiſſima exhibere noſtri Indi co-
ebantur, imminuerentur, vacarentq; tandem iugi à labo-
e, quem in inſanas noſtrorum ſubtractiones impendebant.
riuſquàm ad conſecrationem profectus eſſet; à ſenatu In-
iarum per literas poſtulauit, liberi vt eſſent Indi: quando-
uidem eos Domini iniuſtè, & iniquè, in ſeruitute detine-
ent: quibus amicè à ſenatu reſponſum eſt, cautumque,

ib. 1. Cc liberi

liberi vt in poſterum eſſent. Actum hoc, anno milleſi
quingenteſimo trigeſimo, Imperatrice ſubſcribente. A
monitus quandoque à nobilibus viris, nè morbidos Indos
deò familiariter attrectaret: futurum enim vt qui æger
imbecillis eſſet, peſſimo odore, quem in ſordibus iſti, & p
pertate fœdi ſpirabant, affligeretur; magno animi & ſp
tus feruore reſpondit; malus quidem odor è vobis prouen
voſque ipſi ægritudinum mihi moleſtiam incutitis, non,
Chriſtiani, vitam inſtituentes, ſed delitijs & voluptati
immerſi; miſeri autem Indi cœlum mihi redolent, ſanit
reſtituunt, me ſolantur, & veram mihi Chriſtianæ vitæ n
mam præſtituunt.

De ſingulari huius paſtoris amore, erga virtut præditos, de eiuſdem munditia, paupertate, pietate, & miſericordia.

CAPVT XLIX.

AMAVIT mirificè Vir ſanctus, virtutem ipſam & vir
te præditos; vitia autem, & eos qui his erant inquin
acerrimè reprehendit: adeoque ab omni vitio abh
ruit, vt eiuſmodi neminem in domo ſua hærere pateretu
à quâ & fœminas omnes, miniſterio etiam neceſſarias
egit. Diſplicebant ei verba illa, quæ vulgò obſeruantiæ c
ſa effunduntur; quaq; ſine vtilitate vlla, alij popularem a
venantur. In victu, veſtituq; ſordes abhorrebat, tametſi v
que ſumma eſſet paupertate contemperatus: repetēs ide
dem, debere clericū & religioſum hominē veſtes quàm
ximè puras habere (licèt viles) ob muneris dignitatem. E
copus cùm eſſet, vt religioſus per omnia vixit, demiſſion
animi & paupertatē vbique obſeruās, aſperas veſtes (vt i
fratres ſolebat) ferens, & in viliſſimo cubans lecto: noc
me

ediâ ad matutinas preces ſurgens; nunquã ſolus, ſed cum
ijs ſimul, abhibita ſacrâ lectione, & ſilentio, cibum ſu-
ens; nec lautiorem menſam, quàm paſſim haberent in
onuentibus ſuis Fratres, habere conſueuit. Aedium eius
ılæa, libri erant permulti, & optimi; literas enim, & li-
rarum ſtudijs excultos homines, ſingulari animi propen-
one colebat. In Miſſarum, ordinum, cæterorumque
unerum pontificalium celebratione, eam præſeferebat
rauitatem, quæ tanto officio digna videretur, cùm extra
uiuſmodi tempora à minimo quopiã fratre nihil differret.
acroſanctum Confirmationis Sacramentum tantâ animi
acritate, & tot lacrymis adminiſtrabat, planè, vt adſtan-
:s omnes commouerentur, ipſe verò & cibi & requiei obli-
iſceretur: neceſſariumq; eſſet Thiaram ei è capite aufferre,
oſq; diſcedere patrinos, ad noctẽ alioquì in hoc, illo, mu-
ere, perſtituro. Ad præſtandam Confirmationem, aut
piſcopatus viſitationem peragendam, plerumquè aut penè
lus, aut pauciſſimis comitatus, ne cuiquam oneri eſſet,
roficiſcebatur: adhibebatque in Confirmatione advectos è
omo cereos, ne vel minima impenſa illa ab hoc quiſquam
acramento grauaretur. Non diuo magis Franciſco, quàm
it Dominico, aut Auguſtino dediſſe nomen videbatur,
ım ſincero omnes amore proſequi ſolebat. Admonebat
eligioſos viros, ne ſubſiſterent, neuè defatigarentur: ſed
liomata illarum diſcerent regionum, quò melius in tàm
mpla Domini vineâ, in qua eſſent operarij conſtituti, ex-
rcerentur. Eoſdem ab inimicis & calumniatoribus acerri-
iè defendebat: multiſque tùm in vniuerſum omnes, tum
riuatim ſingulos, impenſis adiuuabat, ſeu libris, ſeu veſti-
us, ſeu qua alia re indiguiſſent. Tribus Mexici Noſocomijs,
uæcumque neceſſaria erant, abundè profudit, quemadmo-
ùm & in ipſa Vrbe, omnis generis & ſexus pauperibus: vt
ıirarentur omnes, qui fieri poſſet, vt tàm exiguis redditi-

 bus

bus tot ſufficeret impenſis. Cùm aliquandò nihil ei ſu
peteret, quod mendico Indo tribueret, ſudariolum dedi
Mexici Epiſcopales ædes, & Sancti Coſmæ & Damiani h
ſpitale contagioſorum morborũ conſtruxit. Cumque N
ſocomium Fabricaſſet Monaſterij diui Franciſci, maxim
precibus à Fratribus poſtulauit, vt liceret totum Cænobiu
abſoluere. Quâ in re minimè ei aſſenſi, paupertatis zelo r
nuerunt. Durangi, vbi natus erat, annuos redditus ad re
gioſarum mulierum, fratrum, pauperumque eò deuenie
tium alimoniã aſſignauit. Si quando ad eum conſanguine
aliquis adueniſſet, in ea illum arte exerceri iubebat, qua
calleret, eoque modo victum quæreret: non ſperanda qui
pè ei munera, aut officia ob Epiſcopi propinquitatem. I
uiſebat ſæpius Xenodochia, ipſeque cum magna demiſſ
ne animi, magnaque amoris ſignificatione, medicina
morboſis, ſuis manibus faciebat.

De abſtinentiâ, atque eximiâ in omnibus humi tate iſtius Patris, quaq; ratione, diem ſuæ mortis præuiderit.

CAPVT. L.

ABSTINEBAT à cibo præſcriptis à Regula temporibu
& ijs, quibus nomen eſt, quadrageſima benedictoru
ac pleriſque alijs diebus: diebus Veneris Sancti Fr
ciſci cænobium petebat, & in capitulo palàm errata ſua c
fitebatur, ſumma cum demiſſione animi ſui, præſid
tis, increpationes excipiens. Cùm aliquando lintea q
dam aulæa, regionis more confecta, in eius ædibus ſuſp
ſa eſſent, iſque in prædicto Monaſterio cum fratribus co
queretur, ſubiunxêre ludentes nonnulli, iam eũ monach
non eſſe, ſed Epiſcopum; quandoquidèm ædes eius vt po
fi

iæ exornatæ niterent. Commotus ille vehementèr, & mum regreſſus manibus ipſe ſuis aulæa deiecit, repetens entidèm ad ſuos: aiunt me monachum non eſſe, ſed Epiſpum, at ego monachus eſſe, non Epiſcopus volo. Deditque operam, vt Præſulatu ſe abdicaret, quod ei ceſſit ex to: quamquàm perficere nequierit Imperatore & ſummo ntifice repugnantibus. Si quandò ſocio fratre careret, cui mi ſuæ confiteretur, in Sancti Franciſci cænobium, peris magnum interuallum, remotum contulit ſe: ibique nfeſſus, ad Eccleſiam ſuam reuertebatur celebraturus, rum ipſe interim portans, vt præſcriptas ſacerdotibus eces ibi recitaret. Cùm quidam vir nobilis ex Perurana gione Mexicum veniſſet, ei aliquandò ſoli per viam ambulanti, occurrens, quæſiuit. Quis nam ille eſſet monachus, i adeo ſolus oberraret? Dictoque, Epiſcopum eſſe. *O Felim, inquit, Ciuitatem, quæ: Præſulem huiuſmodi habere meruiſti.* uoties iter faciebat, in religioſorum hominum comitatu, ullo modo adduci poterat, vt iumentum, quod ſenectutis, ægritudinum cauſa ſecum adducebat, conſcenderet. lonentibuſque illis vt id faceret, æquum eſſe reſpondebat, t facientibus Dei ſeruis iter pedibus, & ipſe paritèr Conformaretur. Præuidit diem deceſſus ſui, eamque multis ſignicauit. Cumquè perpenderet euenire poſſe, vt poſt multos andem annos, eò pontifex mitteretur, qui adminiſtrare Confirmationis Sacramentum poſſet, præuenit vniuerſam Mexicam regionem, curâ paternâ vt Vrbem eam peterent, uique nondum eſſent confirmati, ad id ſuſcipiendum Sacramentum accingerentur, & vt qui in baptiſmo, ſancto chriſmate peruncti non fuerant, eò vngerentur. Qui cùm in ſancti Ioſephi capellam, quæ eſt in atrio cænobij diui Franciſci conueniſſent, omnes, vtrumquè receperunt.

Conſtituitur vel inuitus, primus Archiepiſcop Mexicanus, infirmatur ad mortem.

CAPVT. LI.

CVm Apoſtolicas literas accepiſſet, quibus à ſum Pontifice Romano, inuictiſſimo, ac pientiſſimo G manorum Imperatore Carolo huius nominis Qui (qui eum ob eximias eius animi dotes, ac vitæ ſanctimo ingenti animi affectu proſequebatur) id procurante, prin Archiepiſcopus Mexicanus conſtitueretur, maxima eſt xietate fatigatus, indignitatem ſuam allegans ad Epiſcop munus, nec honore, qui eo longè eſſet maior & præſtan inſigniendum eſſe; Religioſi homines omnium Inſtitu rum eum admonebant, ne reſiſteret, duobus tantùm repugnantibus, quibus ipſe maximè fidebat. In ijs amb uitatibus cum eſſet, nè Mexici Populus eum precibus acceptandũ vrgeret, profectus eſt ad pagum Tepetlaurt viginti quatuor paſſuum millibus à Mexico ſeparatum, tunc intimus eius amicus, & Dei ſeruus Frater Domini de Betanzos Inſtituti Patrum prædicatorum, cuius ſe in nibus ille mori cupere aſſerebat, commorabatur. Egre eſt è Mexico in Penthecoſtes vigiliâ nocte media, eâq; c ritate iumentum, quo vehebatur, adegit, vt hora no Tepetlaurtoc peruenerit, alacriter à cænobij fratribus ceptus. Exhibuerunt ei in prandio nonnihil vini, nulla men prece ad id guſtandum adduci potuit, quanquàm propter ſenectutem, & extremam defatigationem mag perè indigeret, non alia de cauſa, quàm quia religioſos illo non vti iam noſſet, ne ſcilicet præferri eis, in re aliq videretur. Commoratus ibi diebus quatuor, deque adn ſione Præſulatus in communi conſulens, quatuordecim minũ millia confirmauit, vt â Monaſterij Priore ex dinu

rati

tione linteolorum, quæ ſolent ad hiberi, numerus eſt ini-
s. Die veneris poſt penthecoſten, ſtranguriæ, ſeu Veſicæ
alo acriter laceſſitus, coactus eſt ciuitatem repetere; ami-
ſuo Frâtre Dominico de Betanzos comitatus; qui ab eo ad
tremum vſque halitum non diſceſſit.

Pientiſſimè moritur, & maximis Lamentationibus ſanctus Paſtor tumulatur.

CAPVT LII.

HORA vnâ ante deceſſum, ad adſtantes religioſos: *O Fratres* (inquit) *quàm eſt inter ſe diuerſum, in ipſa morte verſari, ac de ea loqui?* acceptis Eccleſiaſticis Sacramentis ani-
am exhalauit, illis verbis. *In manus tuas, Domine, commen-
ſpiritum meum*, die Dominica poſt feſtum Corporis Chri-
horâ nonâ antemeridianâ, Anno milleſimo quingenteſi-
o quadrageſimo octauo, Cùm, nihil eſſet à mentis ſtatu
motus, annumque excederet octuageſimum. Et, vt piè
edere poſſumus, à Deo optimo Maximo bonorum remu-
ratore, inter ſanctos, & electos Confeſſores Pontifices, vt
i Coronam Gloriæ, ac præmium laborum ſuorum accipe-
t, collocatus. Ipſe quidem Corpus ſuum in S. Franciſci
onaſterio, Cum alijs religioſis eiuſdem ordinis ſepeliri iuſ-
: ſed quia primus fuerat Eccleſiæ Mexicanæ præſul, in ea
pultus eſt ad ſacrarij fores, iuxta maius altare ad Euangelij
cum, cum nullus alius excogitari celebrior poſſet. Eius
ceſſus non ſine miraculo eodem die, in vniuerſa Mexica-
regione innotuit, maximiſq; fletibus & Lamentationibus
ſideratus fuit: cùm Laceras omnes & attritas veſtes eius
cepiſſent. Ingens quoq; omniũ ætatum ad tumulũ concur-
s factus eſt: religioſorumque & ſacerdotum fletibus ac
ngultibus, conſueta officiorum celebratio impedita; nec
pro

pro præſule vſpiàm, tàm inauditæ quærimoniæ proſpe
ſunt. Prorex, ac cæteri Magiſtratus lugubribus induti veſ
bus, multiſque cum lacrymis ac ſuſpirijs, funeri adfueru
Plebis autem querulantis lamentationes eiuſmodi erant
planè vt aduenisſe extremum orbis excidium, videretu
Fertur eius corpus adhuc eſſe integrum, Deumque per ill
multa edere mirabilia. Inter quæ celebrius illud eſt: Cù
aliquibus ante obitum annis, iuſtis de cauſis prohibuiſſ
prophanas ſaltationes, cantioneſque in Generali Corpo
Chriſti proceſſione adhiberi ſolitas: cùm in ea magìs &
uinus cultus, & erectio mentis ad Deum requiratur: vaca
te ſede, per eius mortem, viſum eſt capitularibus nonnu
vt, choreæ reſtituerentur. Paratis igitur quibuſdam ad
tum, manè eius diei, quo feſtum celebrandum erat, tan
vis pluuiæ de cœlo cecidit, minimè vt per plateas, quema
modum conſueuerat, commeari poſſet. Ea re à Capit
animaduerſa, cautum eſt, ne ſaltus impoſterum admitter
tur, perque annos ſex vacantis ſedis obſeruatum eſt.

Epiſtola B. Patris Ioannis Zumarragæ, ad Mi ſtrum Generalem totius Ordinis Minorum Obſeruantium.

CAPVT LIII.

ANNO à lætabunda Chriſti Saluatoris noſtri nati
tate, milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecun
ſcripſit vir ſanctus, Deoq; carus ad Reuerendiſſim
Miniſtrum Generalem electum, cæteroſque patres voca
Inſtituti Fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ, in c
tate Toloſana Regni Galiciæ ſub Sacroſancto feſto Pēthe
ſtes congregatos, vtilem ac fructuoſam epiſtolam, qua
ad vtilitatem lectoris in medium ſubijciemus ſub ver
rum horum ſerie.

Reue

Reuerendi admodum Patres, ſcitote nos magnis laboribus diſti-
-i in conuerſione infidelium, quorum Dei gratia, religioſorum diui
ancisci regularis obſeruantiæ manibus, pluſquàm decies centum mil-
baptizata ſunt: quingenta idolorum templa ſolo æquata: pluſquam
inti millia Dæmoniacornm ſimulachrorum ab his ante culta, con-
cta, & concremata: Pleriſque in locis fabricatæ Eccleſiæ, atque ora-
ia erecta: Dominicæ Crucis vexilla iam ab Indis culta. Quodq; ad-
ratione cùmprimis dignum eſt, cùm in hac olim Mexicanâ vrbe ſole-
t idolis ſuis pluſquám viginti millia cordium puerorum, puellarum-
, quotannis in ſacrificijs offerre nunc humana illa corda vniuerſa
Dæmoni, ſed altiſſimo Deo innumerabilibus laudis ſacrificijs, re-
oſorum noſtrorum doctrina, & miniſterio offeruntur. Cui inde ho-
, & cultus comparatur, cùm ſummâ reuerentia adoretur, colatur-
in illis locis à pueris indigenarum gnatis. Hi crebrò ieiunant, ver-
ibus ſe affligunt, iugibuſque precibus inſiſtunt, multis lacrymis, &
irijs impenſis: plerique horum puerorum, vt & alij prouectioris æta-
legunt, ſcribunt & cantant optimè, peccata ſua crebrò confitentur,
mmaquè animi deuotione diuina Sacramenta ſuſcipiunt, ſuiſque
entibus, à religioſis inſtructi, verbum Dei eleganter explicant. Sur-
t nocte media ad matutinas preces, Dominæ noſtræ officium integrũ
itant, quam præſertim colunt. Speculantur magnâ cum ſedulitate
bus locis parentum idola lateant, eaque furantur, & ad religioſos
erunt. Quo factum eſt, vt crudeliter nonnulli ab ipſiſmet pa-
tibus ſint necati. qui quidem, adepti coronam nunc in cœlo, cum
riſto viuunt. Vnuſquiſque noſtrorum Conuentuum aliam iuxta
ædem habet ad docendos pueros, & in eâ gymnaſium, dormi-
um, refectorium, & capellam. Sunt hi pueri valdè humiles,
igioſiſque morigeri, eoſque vt parentes diligunt, caſti, & in-
io perſpicaces, & in arte maximè pingendi. Inter Fratres in-
enarum idioma callentes vnus eſt præcipuus, nomine Petrus de
ndauo Laicus: qui id callet elegantèr, curamque gerit pluſquàm
entorum puerorum; Eſtque profectò mirificus paranymphus,
iuuenes, & puellas matrimonium contracturas in rebus fidei eru-

diat, eruditoſque cum magna ſolemnitate coniugio copulet. Ad pue
larum eruditionem, inſtitutionemque miſſæ ex Hiſpania ſunt ab Im
peratrice Donna Eliſabetha, mulieres ſex honeſtæ, & prudentes: d
ditque in mandatis, vt ampla domus fabricaretur, in qua illæ ſ
Epiſcopi patrocinio ad mille vſquè puellas erudire poſſent. Hinc fit vt
mulieribus illis puellæ: à Religioſis pueri fidem diſcant: quam p
ſtea doceant parentes ſuos. Vnde videtur dixiſſe Dauid: Ex or
infantium, & lactentium perfeciſti laudem. Chriſtus ſit ſaluti v
ſtris Reuerentijs, quod humiliter precor, Deum orent, vt
id Perficiat, quod incepit. Mexici duodecima
menſis Iunij, Anni milleſimi quingenteſimi
trigeſimi primi.

LIBE

LIBER SECVNDVS.

DE

ANIMOSIS, VEXILLI CRVCIS SIGNIFERIS, PATRIBVS STRICTIORIS OBSERVANTIÆ REFORMATIS,

QVI VESTIGIA, A TERGO DVODECIM NOSTRATIVM, PRÆDICTORVM APOSTOlorum, in Orbe nouo, legentes, immortalem memoriam, cum immemorabili Gentium fructu, & accremento Eccleſiæ meruerunt.

QVÆ QVIDEM OMNIA, AVCTORITATIBVS EORVM AVCTORVM, QVOS OPERIS HVIVS principio, allegatos poſuimus, deducta promulgamus; cetera ipſius currentis ſtyli veritas, abſque vllo præiudicio latiùs emulgabit.

De impedimentis, à Dæmone conuerſioni Indorum Obiectis, & à Deo ſublatis; & de P. Fratre Ioanne à Perpiniano.

CAPVT PRIMVM.

VIRVM eſt quanto conatu veternoſus ille ſerpens, Dæ
mon Scilicet, laborauerit, nè Indi nouæ Hiſpaniæ in
digenæ, Catholicam fidem ſuſciperent, quoſque
lulatus, dùm idola, in quibus ab eis colebatur, comminu
rentur, ediderit; quibuſque artificijs (vt tandem noſtri fr
tres huiuſmodi comminutionis authores mactarentur, e
terminarenturque) vſus fuerit. Quod vel hinc ſaltèm co
iectare licet. Nam curantibus minoribus fratribus, ap
Populam Angelorum ciuitatem, vt aliquot Indi hinc in
diſperſi, ſimul congregarentur, conſtruerentque, huma
more oppidum, quatenus ſimul iuncti facilius edoceri, m
liuſque in Catholica fide inſtrui poſſent: auditæ ſunt cre
riùs iteratæ quædam, eæque mæſtiſſimæ voces, verba ill
eiulantes, *Proh dolor eccè aufferuntur à nobis.* Quod vt primu
Fratribus Diſcalceatis innotuit, curarunt ij, idque dilige
tiſſimè, vt Conuentus, Diuo Michaeli cæleſtis militiæ Pr
cipi (qui olim Draconem, cum complicibus, cæleſtibus
ſedibus deturbarat) Vexotzingi, quod nobiliſſimum Inc
rum oppidum eſt, diſtatque à Populà verſus occidentem
millibus paſſuum, ex publicis eius habitatorum facultat
conſtrueretur; vbi ſex religioſi in omnem neceſſitatis eu
tum, eis, ſuis operis opitulantur.

Nec minus mirabile eſt, quantis miſericors DEVS ſign
& modis hos dæmonis conatus redditerit ianes, ac miſel
Indos ad cæleſtes nuptias intrare compulerit. Quod quid
hoc inter multos peculiariter caſu liquet. Topianci ap
Tlaxcalam Epiſcopalem ciuitatem quidam Indus de no

conu

nuerſus, qui fratres noſtros in S. Agathæ pago, non longè Topiano diſtante, humaniſſimo hoſpitio excipere conſue-rat, cum in grauiſſimam infirmitatem incidiſſet, fa-us in extaſi, coactum vidit iudicium: cui cum iudicandus æſentaretur, à pluribus dæmonibus ad tartara raptandus uaditur, quibus cum aliquot Angeli reſiſterent: ſuperuenit uus Iacobus Apoſtolus (cui ille deuotiſſimus à ſui conuer-ne fuerat) qui eum fugatis dæmonibus à toto diſcrimine erauit. Tandem Indus ad ſe reuerſus, quæ in ea mentis enatione contigerant, tùm fratribus, tùm cæteris conter-neis ex ordine narrans, in cauſa fuit, vt quamplures ex illis rbaris; de nouo ad fidē cōuerſis, idololatriæ ac dæmonia-ſuperſtitionibus, quibus immerſi (licet occultè) adhuc nebantur, valè omninò dicerent, Chriſtianiſque præcep-, à fratribus noſtris acceptis, firmiùs adhærerent, conſenti-ntque fideliter, & ex animo. Fratres verò nouis illis anima. ad maiores labores, in Eccleſia illa Indica, inſtimulaban-r, quorum continua, ſollicitudo, Zelus, & fructus in his, æ mox breuiori ſtylo deſcribimus, patebunt. Etenim ulti ſequentiū Patrū, in illa vinea Dñi non minùs inſudaue-nt, quā præcedentes duodecim. P. F. Ioannes à Perpiniano ſt duodecim illos primos S. Euangelij Prouinciæ Fundato-s; ex Cathaloniæ cuſtodia ad Reformatos in nouā Hiſpaniā nit, vir apprimè doctus, & qui indigenarū linguā optimè lluit. Infinitū propemodū illorū numerū baptiſmo abluit; nto enim Zelo & ardore eorū ſalutis, inflammatus erat, nun-iam vt à labore in his muneribus deſiſteret; appellareturq; alijs religioſis, Indorum Martyr: Inſignis hic vir, per ali-iod tēpus, magnis à dęmonio libidinis ſtimulis agitatus eſt; d preecibus, & pœnitentiâ à Deo impetrauit, vt libe-retur; ac quemadmodum Diuo Thomæ Aquinati eue-rat, non eas amplius perturbationes ſenſerit. Indi ob amo-m, quo eos proſequebatur, mirificè illum diligebant, & ad fu-

ad funus demortui infiniti propemodùm, accenſis cereis,
multis fletibus, & eiulatibus accurrêre. Sepultus ille
Mexicano hoc in Conuentu.

Vita Patris Fratris Iacobi de Teſtera.

CAPVT II.

(*Huius effigies ſup. lib. 1. cap. 42.*)

FRATER Iacobus de Teſtera, natione Gallus, ex Prou
cia Aquitaniæ, in diuinis literis eruditiſſimus fuit,re
gioniſque obſeruantiſſimus, comparata natura lætus
iucundus, eximij autem feruoris in diuinis rebus, & anim
rum ſalute procurandis in Nouã Hiſpaniã. Anno 1530.c
Fratre Antonio de Ciudad Rodrigo venit, electuſque
quartus Prouinciæ S. Euangelij Cuſtos Anno 1533. D
rebat depicta in linteo, fidei noſtræ myſteria; Indumq
qui indigenis illa interpretaretur conducebat. Quare &
crarum etiam Hiſtoriarum repræſentationibus, quibus p
rimum vtebatur, maximã omninò vtilitatem Indis pepe
Anno 1531. primo Iucatanum profectus eſt, vbi mult
profuit, eiuſque etiamnum memoria viget. In Ch
po:on nobiliorum liberos res fidei edocere cœperat, m
tumque in ea re cum ſocijs inſudarat, vt idolorum cul
expelleretur: ſed humani generis hoſtis ſanctum o
impedire conatus eſt: quorundam inſolentium oper
ſus, qui, quos in Eccleſia religioſi collegerant (eor
vſuri miniſterio) auertere nitebantur. Eos Frater Iaco
reprehendens in cauſa fuit, cùr inter eos diſſidiæ tantæ
cerentur, vt tandem indè diſceſſerit, Mexicum reue
Profectus quoque eſt in Mechoacan Prouinciam: dedit
operam, vt Vniuerſa à religioſis coleretur. Miſit Guate
lam, Fratrem Toribium Motalinia (de quo ſupra) vt erig
Cœnobia, in quibus indigenæ docerentur. Electus à patr

e

n Prouinciæ Cuſtodem, ad Generale Capitulum Mantuæ
ebrandum anno 1541. Commiſſariuſque Indiarum ge-
alis factus, ita vt poſt mortem ei Frater Martinus Sarmi-
o, qui cum eo ad idem (vt ſuprà meminimus) Capitulũ
fectus fuerat, ſuccederet: multis, quos ſecũ ex Hiſpania
ulit, religioſis comitat⁹ reuerſus eſt. Maximè ille Indorũ
uerſionem procurauit; adque eam rem religioſos vbiq;
voluit: paupertatis alioquin & orationis amantiſſimus:
m in venerabili ſenectute abſoluit, & Mexicano hoc in
uentu ſepultus eſt.

Vita Patris Fratris Ferdinandi Baſſacij Galli.

CAPVT. III.

N Prouincia Diſcalceatorum S. Euangelij, in Conuentu
. Ioannis Baptiſtæ Tulantzingi, mortem obijt religioſſi-
nus Pater Frater Ferdinandus Baſſacius, natione Gallus,
rouinciæ Aquitaniæ alumnus; qui ex Hiſpania cum Pa-
Fratre Antonio de Ciudad Rodrigo, Anno à Chriſti Na-
tate 1530. ad eas partes traijciens, cum ſingulari quadã
trina, præſtantique ingenio præditus eſſet, infrà breuiſ-
temporis ſpatium Indicum idioma (in quo, & varios
nones, epiſtolas & euangelia in Eccleſiâ, per totum
um legi ſolita, elegantiſſimè transtulit) ſolertèr appre-
dit. Fuit præterea inſignis ſuique ſtatus obſeruantiſſi-
, ac in Euangelicę prædicationis officio aſſiduus: inſuper
dos oppidi Quauhtitlanis accolas, apud quos Guardia-
s munere functus fuit, primus omnium in concentu
ico inſtruxit. Indorum etiam de nouo ad fidem conuer-
m, ne rurſùm in idololatriam relaberentur, tantam geſ-
uram, tamque ſeuerè eorũ exceſſus corripuit, correxit-
, vt apud aliquos ſeueritatis notam incurrerit, cum alio-
quin

quin mitiſſimus, benigniſſimuſque eſſet. Ex hac vita nihi
ominus emigrans, ab omnibus ob ſingulares eius dotes,
conuerſationem inculpatam Deo carus, vereque pius æſt
matione communi deceſſit.

Vita Patris Fratris Iacobi ab Almonte.

CAPVT. IV.

PATER Frater Iacobus, ex Diui Gabrielis Prouincia i
nouam Hiſpaniam cum religioſis, qui ſecundò eò pr
fecti ſunt ablegatus. Vir erat eximiæ ſimplicitatis, pe
fectionis, orationis, paupertatis, & patientiæ amantiſſim
Inuaſit eum aſthmatica infirmitas alioquin permoleſta: v
ex animo & pro deſiderij modulo, exercitationib⁹ ſpiritu
libus immorari non valuerit. Graue accidebat huic ſi
ſtrè de quoquam audire loquentem, eoſque qui traduceba
tur, miris modis excuſans, ſtatim ab his ſermonibus auer
bat collocutores. Flagrabat ingenti quodam ſtrictioris vi
deſiderio. Vt primùm itaque Generalis Miniſtri F. Andr
Inſulani Commiſſarius in Prouinciam venit, vt 12 religi
ſelectæ probitatis Recollectam quandam Prouinciam fu
darent, ipſe ſe vnum eorum obtulit, quanquam & ſenex,
multis morbis conficeretur: magnoque labore cum reliq
vaſtas Prouincias peragrauit, locum Prouinciæ illius (qu
Inſulanam appellabant) quærens: tametſi ob difficultat
obortas cum ſodalibus euentum rei non obtinuerit. Regr
ſis tamen in S. Euangelij prouinciam, multorum ill
ibi conuentuum præcipuorũ Guardianus, & Diffini-
tor fuit, animamq; Deo reddens Mexicano
in Conuentu ſepultus eſt.

Vi

Vita Patris Fratris Martini Gilberti, natione Galli.

CAPVT V.

VM Pater Frater Martinus Gilberti natione Gallus atq; Prouinciæ Aquitaniæ antiquioris alumnus, patrijs laribus relictis; ad has partes, inter primos Franciſcanos ieciſſet, tanta cura Indicum idioma comprehendit, vt in- peritiſſim' euaſerit, & libros tùm Indis, tùm Hiſpanis ſum- neceſſarios ediderit. Preterea licet podagra maximè ma- aretur, tamèn ab infideliũ ad Chriſti fidẽ cõuerſione, nun- am abſtinuit. Vnde & tot, taleſque fructus Dominicum in reum intulit, ſine comparatione penè ſecundi, Religione ;, & vitæ Sanctimonia inſignis: Indiſq; à quibus vt pater ebatur, chariſſimus. His operibus cumulatus, illudque æ Prophetæ, Paruuli petierunt panẽ, & non erat qui fran- et eis, ſæpius repetens, ex hac vita migrauit: maximum erim neophytis illis Populis Mechioacani, quibus potiſſi- m prædicauerat, [illegible] ſiderium relinquens. Cuius facies is pallès, atquè [illegible] ò ſubnigra, poſt mortem rubicun- apparuit. Corp[illegible] ri Patris in Conuentu Diſcalceato- n S. Franciſ[illegible], tumulatum eſt.

Vita Patris Fratris Franciſci de Ledeſma.

CAPVT VI.

HIc ex S. Gabrielis Prouincia egreſſus, vir perfectus, & Regulæ magnus Zelator erat. In principio factus nouitiorum magiſter, in Conuentu Mexicano, inſignes, & anctos diſcipulos extulit. Paucos autem omninò annos myſtes fuit, deque eo illud aſſeri poſſet. Grata erat anima eius Deo, propterea properauit, illum educere de medio iniquitatis.

Vita P. Fratris Alphonſi de Herrera.

CAPVT VII.

(Huius effigies ſupra lib.1. imag.1.)

PATER Frater Alphonſus adoleſcens Salmanticæ ciu
Iuri ſtuduit: cumque in eo, cum honore profeciſſ
ſuſcepto Minorum habitu, in Prouincia S. Gabrielis
hanc ſe contulit S. Euangelij Prouinciam. In initijs quide
valdè commotus eſt, vt in Hiſpaniam reuerteretur, idque
pſum ſuadere reliquis conabatur, non eſſe eius ingenij in
genas, aſſeuerans, ex quibus ſperandus fructus eſſet. Sed c
aliquandò in Cellula clauſus, maximè iſtiuſmodi pertur
tione collideretur, nouo quodam, & inſueto ſpiritu exp
rectus, proripuit ſe, & ad ſuperiorem accedens inſiſtiti
prædicatum Indis mitteretur: id enim & diuino cultui, D
& propriæ ſaluti conuenire, audacter affirmans; Facultat
aſſecutus. Subitò, expeditus ad iter, amplius illa pertur
tione motus non eſt: multumque & diligenter in eo mun
deſudauit: cum indigenas non ſolum doceret: ſed vt par
& patronus defenderet. Vir erat Religionis, & Regulæ
mulator; cum operam ſuam tàm Indis, quàm Hiſpanis g
uiter impenderet, meritò ab vtriſque in pretio cultus f
Ob prudentiam autem, & doctrinam non apud illos ſolùn
ſed in congregationibus, quæ ex religioſorum omnium,
nouæ Hiſpaniæ Epiſcoporum Collegijs in vnum colligeb
tur, magni ſemper eius ſententia momenti cenſita eſt. S
cti Euangelij Prouinciæ multorum Conuentuum Guard
nus; Commiſſariuſque eiuſdem, annis circiter duobu
præfuit: Religioſo P. Fratre Martino de Valentia,
eo tempore Cuſtode exiſtente. Sancta porrò ſenectute confectus obijt, & eodem in Conuentu ſepultus eſt.

Vita Patris Fratris Alphonſi de Scalona.

CAPVT VIII.

(*Huius effigies infra lib. 2. cap. 48.*)

NATVS eſt Frater Alphonſus, in oppido Scalona, iuxta Toletum, parenteque orbatus anno ætatis 18. in Prouincia Carthaginẽſi, Franciſcanum habitum ſuſcepit:
i Philoſophiæ dedit⁹, cũ poſt profeſſionẽ, è ſuperiori clau-
o, in medio atrio paxillis ludẽtes (neſcio quos) audiſſet, ea-
e verba omnia iterãtes, quę dicere homines in luſu cõſue-
runt: Indè timore perculſus, facultatem in Conuentum
ium migrandi poſtulauit, & obtinuit. Vndè miſericordia
ctus animarum ibi à Diabolo ſeductarum, nouam petijt
iſpaniam, anno 1531. tribuſque annis Tlaxcallæ com-
oratus (quo ibi tempore Frater Ludouicus de Iuenſalida
uardianum agebat) linguæ Mexicanæ inſudauit, memori-
ſque beneficio, ac deſiderio, quo diſcendi eam ferebatur,
reui illam calluit: concioneſque in ea vtiliſſimas edidit;
uæ Guatemalico idiomate verſæ ſunt. Congregauit in ea-
em Ciuitate Tlaxcallæ 600. fermè Pueros, quos legere,
ribere, canere, &c. ac Chriſtianã doctrinam edocuit: ela-
ſis verò nonnullis annis, quibus probitatem eius, Religioſi
nbiberunt, pleraque munera per eos in ſe collata, cum e-
nolumento peregit: nouitiorum quoque magiſter in Con-
entu Mexicano ſæpius conſtitutus; pleroſque habuit diſci-
pulos, qui magno religionis commodo, ornamentoque
claruerunt. Guardianus deniq́ue pleriſque in Conuentibus, & aliquoties Diffinitor, votis vnanimis electus, bono fine conſummatus eſt.

Pater Beatus in Guatemalicam Prouinciam, ſ cundò, cum eximio fructu mittitur, & quanta p tiatur nudis pedibus incedẽs, exponitur.

CAPVT IX.

ANNO 1554. cùm Guatemalam religioſi mitten eſſent, ipſe præſto ad profectionem obtulit ſe: deſi natuſque nouem religioſorum præfectus, ſingula exemplo, magnoque labore (cùm tercentena paſſuũ mill nudis pedibus confeciſſet) illos eò deduxit; vbi cum egr giam operam fidei prædicationi nauaret, ad eius Proui ciæ, quæ Inſulana nuncupatur, Inſtitutionem (quam ipſe &c. Franciſcani alij obſeruantes, de Generalis Miniſtri Fr tris Andreæ Inſulani conſenſu, ad perfectiorem Regulæ o ſeruantiam erigere ſatagebant) in Sancti Euangelij proui ciam reuocatus eſt. Quò cùm primum peruenit: nouæ i lius Prouinciæ, nouus primuſque ab omnibus Prouincial Miniſter eligitur: tametſi ob ingentes difficultates ſubindè mergentes; ſanctos conatus minimè effectui mancipare p tuerit. Poſt aliquod tempus, cùm nondum Guatemalæ Pr uincia penitùs eſſet in ordinem redacta. Frater Franciſc de Buſtamente, nouæ tunc Hiſpaniæ generalis Commiſſ rius, eius promotionis affectu, fratrem Alphonſum cum duobus religioſis ei, adminiculo miſit. Accinxit ſe prof ctioni pijſſimus ſenex Anno 1562. nudis pedibus, (m re ſuo) ſine tunica, pileo, baculo, aut vlla alia com moditate aliarum rerum, quæ ab indigenis, amore DEI porrigi ſolerent, iter conficiens. Cùmque eius Pr uinciæ lingua diuerſa ſit à Mexicana: quò eſſet omnibus vt lis, iam ætatis anno 72. eam didicit. Indorumq; pænitenti allaborauit. Sex ibi annos commoratus, cum multum op ræ in propagatione fidei impendiſſet; S. Euangelij Prouin

cian

ım repetijt, tùm quod Epiſcopus prohiberet, ne infide-
m conuerſio à religioſis tractaretur: tùm ob facultatem,
ıertendi à Generali Miniſtro conceſſam, & à religioſo vi-
Fratre Didaco de Olarte, Generali nouæ Hiſpaniæ Comiſ-
ɪio procuratam: In itinere, cum ad locum difficilem, &
ɪoſum quendam impingeret, conſpicatus eum Barbarus
idam, ſtupens paupertatem & conſtantiam ſenis: nunc,
ɪuit, perſpicio, quod cogitatione non admodum aſſequi
ſſim, vt tam difficile & confragoſum iter, ſenex vnus ſine
lero, aut baculo conficiat. Ingreſſus eſt S. Euangelij Pro-
ɪciam anno 1568. cum eaſdem omnes difficultates, labo-
ſque quos in Prouincia ſubierat, imò verò maiores, ob qua-
ageſimæ tempus, & pluuiarum magnitudinem, magna-
mo pectore decoxiſſet.

e eximia B. huius mortificatione, pœnitentia, paupertate, humilitate, patientia, ac deuotione.

CAPVT. X.

PATER Hic, celebrato paulò poſt in Conuentu Mexicano
Prouinciali Capitulo, decimus quintus Prouincialis
Miniſter, poſt Patris Michaëlis Nauarri trieñium, electꝰ
: munuſque, tametſi prouecta admodum ætate, nõ valdè
ıaretur, magna regulæ, ac religionis obſeruantiâ decur-
. Prouinciam enim nudis pedibus viſitans, paupertatem
victu, & veſtitu mirificè coluit. Vinum nunquam, niſi
m Prouincialis eſſet, aut prolixum iter conficeret, attin-
bat, idque parciſſimè, & importunis ſociorum precibus
tus. Semel, de die cibũ ſumens, quo tempore reliqui fratres
ɪnabant, cella reconditus, verberibꝰ ſe crudeliter excipie-
t, ſic ille afflictum corpus, & laboribus fatigatum, animo

 ſubegit

ſubegit. Libros non plures duobus, aut tribus, admittebat
eoſque ſpirituales, iuxta quotidianum precum volumen.
Tunicam nunquam (vnico contentus habitu, eoque viliſſi-
mo) detulit. Cum quadam hyeme Prouinciam viſitaret, &
per vallem de Tolua frigidiſſimã peditans, ab Hiſpano quo-
dam conſpectus eſſet; rem ille tam inuſitatam admiratus,
Abrahã, inquit, tempore ob decem pios homines, peperci-
ſet Deus Sodomæ & Gomorræ: ſed hodie (vt credo) prop-
ter ſanctũ hunc religioſum Orbi parceret vniuerſo. Nihili
haberi, & contemni ardenter optabat: proindè ferijs quint
aliquoties maioris hebdomadæ, nudus ſuggeſtũ aſcẽdit, vb
cum manibus proprijs egregiè vapulaſſet: ad Populum Inc
concionari perrexit. Diebus omnibus; ſacris (licet ſenio
morbis enecaretur) adoperabatur: contemptâ miſeriâ, q
cibum glutire prohibit⁹ erat: Niſi vero in itinere aliquo eſſ
(vbi nulla ad contemplandum commoditas inueniretur) ſ
litudinẽ ſemper quærebat, in ea ſcilicet, Deo homines qui
tiùs frui, non ſemel expertus. Surgebat ſemper ad matu
nas preces, etiam ſi ex aliquo itinere defatigatus fatiſcere
ſi verò extra habitationem pernoctare contigiſſet, accen
lumine, nocte media, inuigilabat officio. à choro, & cæ
ris locis, quò fratres de more conuenire conſueuerunt, n
latenus aberat. Fuit in eo eximia patientia, humilitas, pa
pertas, pœnitentia, & mortificatio, vt religioſis ſui temp
ris virutum exemplar emineret. Iter faciendo penſum d
(pro conſuetudine quorundam) non exſoluebat: Sed capt
modeſta & reuerenti ſeſſione: iniquum eſſe dicens, ad
mendum cibum ſedendo quieſcere, & in recitandis offic
turbabili greſſu, & corde moueri. Totum penè Pſalteriu
memoria tenebat, hoc imbiberat itinerando, ne ſcilicet
rebus optimis aliquandò vacaret. Somnum non procu
bens totus in lecto, ſed ad ipſius ſpondam, vel oram adni
capiebat. Sæpè lacerâ & vili culcitra ſuper tabulis ſtrat
ſuoq

oque ſe palliolo cooperiens, (quo; ad id tantùm vtebatur) cubuit.

ecreta cordis penetrat, & conſolatur afflictos, à Deo mirabiliter ei prouidetur: cum Sanctitatis indicijs moritur.

CAPVT. XI.

CONVENTVM Ciuitatis Angelorum inhabitante eo; Philoſophiæ vacabat ibi Iunior quidam, religioſus qui afflictus maximè, & animi dolore tabeſcẽs, die quadam choro veſpertinis precibus aſſociatus, ſanctumque hunc rum aſpiciens: fama, (inquit intra ſe) Hunc Virum ſanum deprædicat, & quî fieri poteſt? vt mærorem, & afflionem meam non peruideat? & me vocatum conſoletr? certè id Sanctus noſter Franciſcus, Sanctus Antonius, que alij quàmplurimi ex charitate, & cum laude præſtierunt: abditas animi, & occultas fratrum tentationes riantes, viderunt: & fluctuantes ſolidè conſolatos reſtitueint. vix preces horariæ abſoluebantur, cùm eum ſanctus ir in cellam comitatum: quid deeſſet illi, indagans, curque ærore conficeretur? inquiſiuit. attende fili, inquit, non et, vt euentus aliquis iuſtum contriſtet. Multiſque alijs ad ibitis verbis deuotione & ſanctitate plenis, conſolatum imiſit. Qui & liberatus ab afflictione fuit, & ſanctum ſeem, vt cogitationum ſuarum conſcium, mirum in modum euerebatur. Prouincialis cùm Prouinciam viſitaret, & per acceſſas Zacatlani montis rupes iter faceret, nihilque ſeùm ad manducandum haberet, ſocium rogauit Fratrem oannem nomine, an aliquid ſumpſiſſet? indigere enim ſe. Qui cùm nihil habere reſpondiſſet, quoniam ità Is ipſe manarat; adfuit illis ſubitò, quidam qui panem, vnum, & as aquæ impertitus eſt, inſtanterque euanuit, nuſquàm amplius

amplius viſus. Vndè coniectari licet, Dei Angelum fuiſſe: i
ipſum iterùm ſecundò ei euenit, aſperum de Tlalmalco, au
voraginis (vt vocant) montem tranſeunti. Ætatis Anno 8
poſt 70. annos in diui Franciſci inſtituto, 50. Verò in nou
Hiſpaniâ prædicationi verbi, & Indorum ſaluti impenſos
die Sabathi, Martij decima, octaua noctis hora, Año milleſ
mo quingenteſimo octuageſimo quarto, Mexicano in co
uentu animam Deo reddidit. Demortui Corpus pulchri
quàm viuentis fuit. Aſtantes religioſi capillos ei, & vngue
præciderunt: Nec fuit, qui non aliquid eorum; aut veſtiu
particulam, aſportare conaretur: quemadmodùm & ab ill
factum eſt, qui ex vniuerſa ciuitate infiniti propemodum a
eum tumulandum conuenêre. à capitulo vbi corpus aſſe
uabatur, vſque ad templum, humeris eum portauêre patr
conuentuum diui Dominici, & diui Augſtini Priores; alij
illorum Ordinum Magiſtri: cumque abſque libitinâ tum
latum corpus eſſet, viſum omnibus eſt in ligneã arcã concl
ſum recondere, quo facto, octaua noctis horâ cùm illud eff
diſſent, integrum & ſuauiſſimo odore fragrans inueneru
quanquàm ſub primâ tumulatione, Ligneis eſſet in foſſã, c
lindris concluſum. Adfuerunt Generalis nouæ Hiſpani
Commiſſarius, prouinciæ Miniſter, Mexicanus Guardian
ac plerique alij religioſi, qui in manus & pedes eius (ingen
deuotione) defixo palàm oſculo, ad mediam ibi noctem la
dantes, & benedicentes Deum in Sancto ſuo, perſtitêre.

Vita P. Fratris Michaelis de Garrouillas.

CAPVT. XII.

IN Tetzcucano Sancti Antonij de Padua, Conuent
ad Patrem Ioannem de Ribas appoſitus eſt (centeſ
mum ætatis annum agens) Frater Michaël de Garr
uillas, vir ſanè omni virtute, omnique pietate præcellen
H

ic cùm ex oppido Garrouillas oriundus, Franciſcanæ Re-
gionis habitum, in Prouincia Pietatis apud Luſitanos, ſub
æſtantiſſimo Patre Fratre Ioanne de Guadalupe ſuſcepiſ-
; poſtmodumque ſtrictioris vitæ ducendæ cauſa in S. Ga-
ielis Prouinciam, ſub anno Domini 1516. ſe contuliſſet,
credibili quodam animarum Zelo ductus, in has regio-
s cum venerabili Patre Fratre Alphonſo de Scalona, ſub
no Domini 1531. traiecit; cæterorumque huius Prouin-
æ Patrum catalogo aſcribi voluit. Qui licèt Indicum idio-
a ignoraret nihilominùs tamen in infidelium conuerſio-
ſuprà modum profecit. Nam ea fuit eius paupertas, ea
militas, patientia, humanitas, ac ea denique religio cum
aritate coniuncta, vt huius regionis indigenas in ſui admi-
tionem traxerit, atque ad benè Chriſtianeque viuendum
itârit. Nudis prætereà pedibus ad decrepitam vſque æ-
em incedens, aliquantuloque iuſculo, & inſipidis contē-
herbis: centeſimum, cùm in hoc vitæ Inſtituto, annum
igiſſet, nec aliquid aliud in amictum præter ſimplicem,
uperrimumque habitum admiſiſſet. eccleſiaſticis Sacra-
entis de Chriſtiano more munitus; in Domino feliciter
dormiuit, &, vt piè credibile, inter ſanctos & electos Dei
atus eſt.

Vita & mors Fratris Ioannis Burnonis.

CAPVT XIII.

HIc ex S. Gabrielis Prouinciâ, Anno milleſimo quin-
gentesimo trigeſimo primo prodijt, vir auſterus, &
magnæ pœnitentiæ, interìm, dùm ſanus fuit; in
ectute namque varijs ægritudinibus diuexatus eſt. De

eo fertur, ſolitum viſibilitèr in Eucharistiæ Sacrament Chriſtum corporaliter conſpicere: & diuam Mariam Ma dalenam ſeſe ei ſæpius offerentem. Vita functus, hoc in c uentu Mexicano ſepulturam accepit.

Vita Patris F. Marci de Nicia.

CAPVT. XIV.

PATER Frater Marcus in Aquitaniæ Prouincia natus, profeſſus, Anno milleſimo quingenteſimo trigeſi primo, in nouam Hiſpaniam concedens, apud Hiſp niolam Inſulam remanſit, vt indè in Peruranam Region (paulò ante repertam) tranſiret. Vbi cùm ea deeſſent, q ad conuerſionem infidelium requirebantur, in S. Euange Prouinciam redijt: indèque nouas regiones verſus Copa perquiſitum excurrit. Hinc regreſſus, in Capitulo eius Pr uinciæ celebrato, tertius Prouincialis Miniſter, poſt Fratr Antonium de Ciudad Rodrigo electus eſt; eoque mune præditus, ſecundò eaſdem regiones, cùm nonnullis fratr peragrauit, quo tempore Franciſcus Vazquez Coronado ſpanorum militum Imperator, eò contendit. Emenſiq longiſſimum terræ ſpatium, infinitoſque labores, quou Cibolam, & Quiticam Prouincias peruenirent, exantla runt, nec minores in reditu difficultates. Ex eo itine eiuſmodi illum ægritudo, inuaſit, vt ad deceſſum vſq; me bris omnibus inutilis obriguerit. Erat in illo quidem exi us Zelus animarum ſalutis, erat religio, erat doctrinæ. Mortuus tandem Mexici, ibidem eius corpus re- ſurrectionem iuſtorum præſtolatur.

Vita

Vita Patr. F. Alphonſi de Molina.

CAPVT XV.

A Lphonsvs Puer adhùc, cùm Parentibus nouam Hiſpaniam incoluit; & in tenera ætate Mexicanam linguam apprehendens, apud primos Religioſos eò pro-
tos interpretis munere functus eſt. Habitum autem, cùm
mùm ei per ætatem licuit, ſuſcepit, creuitque ſemper in
tutis, & Religionis operibus. Præcipuè autem in Mexica
lingua excelluit, in quâ per quinquaginta annos ſingula-
legantia, eximioque lepôre à Deo ipſi conceſſo, magna
n omnium approbatione, ad populum egit. Fructus au-
n eius concionum vberrimus in Indis reperitur. Scripſit
raque Mexicano idiomate valdè vtilia: Artem linguæ
xicanæ. Vocabularium eiuſdem linguæ: Maiorē, & mi-
rem doctrinam: Maius, & minus confeſſionarium. Quæ
nia typis excuſa ſunt; hiſque tùm miniſtri Euangelicæ
ctrinæ, tùm ipſi Indi mirificè adiuuantur: ac ſine vllo du-
o vnus iſte omnium maximum regionibus illis, quo ad res
as, lumen intulit: Iam (bonâ præſumptione) laborum
rum fructum in cœlo promeruit. Illis enim maximam
gulæ Obſeruantiam, inque Indos, & eorum defenſio-
m, ac diuinum cultum, affectum perpetuum adiunxe-
. Occubuit, & mirè paratus quidem, (quippè qui diu-
turno tempore cum morbo conflixiſſet) inque Mexicano Conuentu à confratribus, contriſtatis ob eius obitum, ac dolentibus ſepultus eſt.

Vita Fratris Ioannis de Granata.

CAPVT XVI.

HIc in Granatenſi Ciuitate, Bæticæ tunc Prouinciæ, na
tus, vir perfectæ religionis, & virtutis, in paupertat
excellens erat. Secundus Generalis Commiſſariu
nouæ Hiſpaniæ poſt Venerabilem Virum Fratrem Alphon
ſum de Rozas, iterumq́ue Generalis Commiſſarius pro do
ctiſſimo Patre Fratre Franciſco de Oſſuna : (qui in General
Capitulo, anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto
Generalis Commiſſarius Indiarum electus eſt, & grauiſſimi
de cauſis exercere munus illud non potuit) ſubſtitutus eſ
Viſitauit identidèm Prouinciæ Conuentus nudis pedibus, v
aliàs incedere ſolebat, iter faciens, quo modo ſanctè vitar
finiuit. Sepultus hoc eodem in Conuentu Mexicano.

Vita P. F. Antonij à Maldonado.

CAPVT XVII.

FRATER Antonius Maldonado, Salmanticæ natus, cùr
ex primogeniturâ ſeptem millia & quingenta aureor
nummorum in redditibus numeraret, filiâ ſecum nob
liſſimi cuiuſdã herois deſponſatâ, captâ occaſione habitur
ſuſcepit; Nam cum bellici prælij ſpecimen, & ſimulacrum i
ſponſaliorum celebratione, ingenti ab eo apparatu editum
eſſet, totam noctem conſumpſit inſomnis, identidèm in
mente maſticans illa verba : (*Sic tranſit Gloria mundi*) qu
quidem impulſio mentis vſq́ue adeò vehemens fuit, vt ſe
ſtatim Religioni mancipauerit, Minoritico habitu eádem i
vrbe ſuſcepto, magno cum omnium ſtupore & ſolatio. Po
profeſſionem, arctioris vitæ deſiderio in Sancti Gabrieli
Prouinciam abijt : indeq́ue nouam petens Hiſpaniam, ma
xima cum religione, paupertate, & ſui ipſius caſtigation
profeci

fecit: Indis probitate vitæ, tametſi natiuum idioma ig-
aret, maximo tamen emolumento fuit. Guardianus
us Mexicani Conuentus, ipſemet ſacculum deferens, in
tos ad ea, propter Deum poſtulanda, pergebat, quæ
it ægrotantibus neceſſaria, admiranda ſanè humilitate,
ii, mundique contemptu. Vnum tantummodò & ſim-
em habitum deferebat, deceſſitque hoc in Conuentu
xicano, ſummâ ſanctitatis opinione, vbi & funebria, pro
rito ſortitus eſt.

Vita Patris Fratris Lucæ de Almadobar. Conuerſi.

CAPVT. XVIII.

X Prouincia Angelorum Laicus ille profeſſus, emerſit,
admirabilis ægrotantium Miniſter; quique eximia
charitate permultis annis eo munere, in Conuentu Me-
ano, ſingulari Regulæ Obſeruantiâ deſeruijt. Habuit do-
n ſupernum curandi morbos, eoque non raros tùm reli-
ſos, tùm ſæculares ſanitati reſtituit. Jnter cæteros ſtre-
ım heroem Antonium de Mendoza, nouæ Hiſpaniæ Pro-
em à Medicis derelictum, valetudini priſtinæ reparauit.
ctor quidam Alcazarij, magni nominis in ciuitate Mexi-
a Medicus, nullo alio Medico, quàm Lucâ noſtro vti dig-
batur. Et quidem ex alijs Religionibus, fratres infirmi in
nuentum ſe diui Franciſci, quò ab eo curarentur, con-
ebant, vtì factum à Magiſtro Fratre Alphonſo de vera
ce, in grauiſſimâ ægritudine, quam ibì propulſauit; ac
riſque alijs, quos enumerare longum eſſet. Mortuus eſt
ter Lucas Mexicano in Conuentu, circa annum milleſi-
m quingenteſimum quinquageſimum. Quo tempore
ijt, in aëre ſuper domo, (in qua ægrotantes curabantur)
xima quædam crux viſa eſt à pleriſque, qui cum in con-

uentum, hoc ipſum nunciatum veniſſent; eo illum momen
to exhalaſſe animam compertum eſt.

Vita P. F. Iacobi de La Penna.

CAPVT. XIX.

IACOBVS Ex Prouincia diui Gabrielis, nouam Hiſpa
niam cum Fratre Ludouico de Iuenſalida ſortitus
quo tempore Ludouicus ille, (qui vnꝰ de duodeci
primùs erat) ex Hiſpaniâ reuertebatur, & in inſula Sanc
Germani vitam terminabat, iter ſuum abſoluit. Puer cùm
eſſet, in fontem profundum ruens, per magnum interuall
ſub aqua delituit: vndè ereptus, proque mortuo habitu
cum ſepulturæ mandandus eſſet, viuus, ac vllo abſque n
cumento erexit ſe in pedes: ſeruabat enim eum Deus, vt
Seraphici Patris Franciſci Religione mereretur: quema
modum paulò pòſt apparuit. Vir enim euaſit in omni ſa
ctitate perfectiſſimus, Regulæ obſeruantiſſimus, paupe
tatiſque, & cæterarum virtutum amantiſſimus. Vno ſolù
habitu vtebatur, nudis interim ſemper pedibus iter facien
Indorum idioma didicit, iiſque vacabat concionando, co
feſſiones audiendo, cæteraque ardenti ſpiritu præſtand
Vnus eorum fuit, qui Inſulanæ Prouinciæ, de quâ ſuprà c
ctum eſt, reformationem ſatagebant; & ad eam rem Gua
dianatu ſe Tepepulci abdicauit. Mortuus, & ſepultus
Mexicano in conuentu. Religioſus quidam vir Frater M
chaël à Beneuento, ſingularis eius, atque familiaris amic
in Sanctæ Eliſabethæ Eremitorio, tribus paſſuum millibu
Mexico diſtante moratus, octaua noctis horâ, quâ tantus
diſceſſit è Viuis, lectulo, ſuo in terram excuſſus; cognou
diuina voluntate Fratrem Iacobum amicum, mortalitate
exuiſſe, qui multis lacrymis & illius deceſſum, & propria
ſolitudinem deplorauit.

Vi

Vita P. F. Alponſi de Rozas.

CAPVT. XX.

PATER Frater Alphonſus ex Prouinciâ Caſtellæ, ob eximiam prudentiam, & religionem primus Generalis Commiſſarius totius nouæ Hiſpaniæ electus, & eam an Dominicæ incarnationis milleſimo quingenteſimo triimo primo ingreſſus, cum ibi religioſorum illius tempo obſeruantiam, & virtutem intueretur, abdicans ſe mure, illic ſubſtitit, magnaque cum ſanctimonia vitæ, & nitentiæ fructu vitam exegit. Verùm aduerſarius noſter, micus homo Diabolus, ſemper maximis eum tentanibus, (vt pleroſque alios) infeſtatum vellicauit, vt n regionem deſereret. Cui ille ſuccumbens in Hiſpaniâ ertitur. Vbi quoties orationi vacaret, veluti ob oculos erſantem habuit Chriſtum in cruce pendentem, & aſpequeritantem, cur in eâ ipſum dereliquiſſet? ſuaque ſolapræferens, in Hiſpaniam recurriſſet? Perpendens Vir i improperantem diuinum afflatum illum, rurſus ſe in uam contulit Hiſpaniâ; ibique in Mechoacan & Xaliſco, uſquam Prouincia ea fieret, bis Cuſtos honoratus fuit: nuſque dierum, & bonorum operum, anno Domini milimo quingēteſimo ſeptuageſimo in Mexicano Conuentu ortuus & ſepultus eſt. Cuius memoria tanquam Roſa Ver, ns ibi ſpirat odorem.

Vita Patris Fratris Ioannis Fucher.

CAPVT. XXI.

(*huius imago in ſuggeſtu dicentis ſup. lib. 1. cap. 38.*)

PATER Frater Fucher natione Gallus, in nouam Hiſpaniam ex Aquitaniæ Prouincia, prodijt, Doctor prius Cæſareus, ſuſcepto ſtudio Theologiæ, in ſacris canonibus

bus etiam ſingularis fuit. Pluſquam 40. annis, quos illis in
regionibus impendit, magnā omninò lucem earum Eccl
ſijs attulit, in clandeſtinis præſertim matrimonijs. Cùm
enim eo tempore ante ſacri Concilij Tridentini promulg
tionem, non inhiberentur: infinituſque Indorum numeru
occultè contraheret, difficillimæque, ſuper ea re, dubitati
nes exorirentur: omnes ad eum è mille paſſuum millibu
deferebantur. Nec circa hoc tantùm Sacramentum; ſed ci
ca alia etiam conſulebatur ab omniū ordinum hominibus
quibus omnibus in ſcriptis reſpondit, & aliquandò integr
ob eam rem, tractatus edidit; qui ſuperiorum noſtrorum
facultate in lucem proferendi ſperantur. In omnibus co
ſultationibus illius ciuitatis habitis, eius continuo ſentent
præſtantiſſima omnibus præualuit, vtpotè iuris regulis,
rationibus innixa. Vndè à diui Auguſtini religioſo, (mo
tuo Fuchero) Lamentatum eſt: Si quidē mortuus eſt Fuche
in tenebris vniuerſi verſabimur (hæc ille). Religionis n
ſtræ obſeruantiſſimus fuit, & tametſi occupatiſſimus eſſ
iugi literarum ſtudio, inque tribus, quas dixi facultatib
ingentis doctrinæ, nullum tamen alium in cella librum c
lebat, præter corpus Iuris Canonici, cæteros, quibus indig
ret, communi ex bibliotheca deſumens. Superioribus ſ
mirum in modum obtemperans, humilitatem mirificè c
uit, nec à chori miniſterijs vnquam ſe ſubduxit: quin ad m
tutinas preces cum alijs recitandas conueniens, abſolutis,
tertiam vſquè horam in choro permanebat. Exceſſit be
morte, & in Mexicano Conuentu tumulum obtinuit, p
multa, doctaque ſcripſit opera, quorum pleraque incu
peſſum iêre: reliqua diligentia & ſtudio collecta, vt præm
ſum, vulgabuntur: Nempe Sequentia. De Iudice Eccleſ
ſtico: De Iuſta delinquentium punitione: Manuale præ
torum: De Fratre ab ordine reiecto, matrimonium cont
here volente: Expoſitiones diuerſorum diplomatū pro f

trib

bus in Indijs commorantibus conceſſorum, In Euangelici niſterij fauorem. De electionibus per ſcrutinium celeandis conformiter Concilio Tridentino : De immuate Eccleſiarum: Antidotus infirmorum, hoc eſt, quodo ſint abſoluendi infirmi loquelâ priuati? De iuſti pretij ualitate: De cognationis ſpiritualis tertiâ ſpecie: Itineium Catholicum ad infideles conuertendos: Et plura alia uſcula valdè vtilia, quæ maximo in pretio illis in regionis habentur.

Vita P. Petri à Garrobilijs.

CAPVT XXII.

N Conuentu Sancti Franciſci Sinſonzæ, Prouinciæ, Mechioacani & Xaliſci, diem clauſit extremum admirandæ religionis P. F. Petrus à Garrobilijs, Prouinciæ, Sancti Mielis alumnus: qui poſtquàm Indicum iſtius Patriæ idio-(hoc Taraſcum vocant) apprimè didiciſſet, totum ſe idelium conuerſioni ſacrauit. Nec tamen fruſtrà: Cùm initos penè idololatras Chriſti fidem ſuſcipere feruenimis ſuis concionibus coêgerit: & mille aliquandò idovno die vel ignibus tradiderit, vel in fruſta comminue- Execrabilia prætereà quædam ſacrificia, à montanis Saechenſibus Indis, Dæmonibus offerri ſolita, funditus elinauit. Qui tandem ſenio, confectus, meritiſque opimus, ui morbo correptus, animam cœlo reddidit.

Vita P. F. Franciſci Legonenſis.

CAPVT XXIII.

PATER Frater Franciſcus primus fuit cathedralis Eccleſiæ Tlaxcalenſis, quæ in Angelorum ciuitate ſedem habet, Archidiaconus. Ferunt illum votum olim Reli-

gionis emiſiſſe, vtque Deo, quod promiſerat, adimpleret,i
Prouinciali Capitulo, Cõuentus de Nuexotzincocelebrat
habitum poſtulaſse. Acceptis omnium vocalium, qui in
tererant, ſententijs, cùm rationem haberent maximorur
fructuum, qui ex virtute illius in clericali habitu colligebar
tur (quippe qui vnis vacaſſet miſericordiæ operibus, & ſar
ctitatis publicæ ſpeculum eſſet) ſtatuerunt, ne reciperetu
(ad tempus ſaltem) quouſque in Eccleſiam illam Epiſcop
ſurrogaretur, erat enim vacantia ſedis. Ingreſſo igitur Ep
ſcopo, perſeuerans ille petendo, tandem magno omnium
ſolatio admiſſus eſt. Cùmque prius, exploratæ probitatis e
ſet, maximè deindè præcelluit in omni genere virtutũ. Mo
bo oppreſſus, cum exhalaturus eſſet animam, rogatus à no
nullis religioſis, an pauculas res (quas ad vſum ſuum paup
rem vſurparat) in Prælati manus reſignaret? conuerſo ad e
vultu mirabundo, interiorique lætitiâ gaudens. At ego, i
quit, (ob quam rem Deo meo gratias ago) nihil habeo, qu
relinquam, præter animã iſtam in ei⁹ manibus. Obijt ſanc
& Mexicani Conuentus cæmiterio reconditus, animo, D
fruitur.

Vita P. F. Chriſtophori Zamorenſis.

CAPVT XXIV.

TANTA fuit ſtrenui huius religioſi humilitas, vt Min
riticum ſuſceptur⁹ habitum in Angelorũ Prouinc
ab eius Prouinciali Miniſtro interrogatus, quiſna
eſſet? & vndè originem duceret? parentum ſuorum ingen
tatẽ celauerit, quâ etiã de cauſa repulſam paſſus eſt. Nec
men ideò eam detegere voluit: ſed vir ipſe nobilis, ac Le
noræ Gallorum Reginæ, Caroli V. Romanorum Imperat
ris ac Hiſpaniæ Regis vterinæ ſororis olim Princerna, in
per & diuitijs potens, ruſtico ſub palliolo, latẽs, ac pauper
mi, miſelliq; formâ, obſcurus apparẽs, S. Gabrielis Prouin
pe

tijt; vbi tandem votum aſſequutus, frater Chriſtophorus à
mora, (cùm aliàs Chriſtophorus Romero diceretur) nun-
pari voluit. Cumque in paupertate, oratione, abſtinentia,
cæteris demùm virtutibus mirum in modum profeciſſet,
idelium Indorum ſalutem maximè ſitiens, ad has partes
iecit, in quibus quicquid vitæ reſiduum fuit, in excolenda
omini vinea conſumpſit, ac maximam tandem ſanctitatis
inionem ob morum candorem, perfectiſſimamque pau-
rtatem, aſſequutus, in ipſo Tullæ Conuentu S. Ioſephi, Pro-
iciæ S. Euangelij, in Domino obdormiuit.

Vita Patris Fratris Franciſci Simbron.

CAPVT. XXV.

VIT Religioſus Pater iſte ex Abula, nobili Hiſpanorum
ciuitate oriundus, claroſque habens Parentes, in omni
pietate, boniſque moribus educatus eſt; vt primùm ad-
am contigit ætatem, Franciſcanæ Religionis habitum in
uoto Abulenſi, Prouinciæ Cōceptionis, Conuentu induit,
tantopere, in his, quæ ad Religionem pertinent, profecit,
omnes coætaneos longè poſtpoſuerit. Prætereà diligenti
dio ſacrarum literarum cognitionem adeptus, & in ſacris
nſtitutus, cùm accepiſſet noua, quæ à noſtris fratrib⁹ apud
ideles Indos agerentur, omni ſublatâ mora, ad eos traijce-
decreuit, vt vel ſic ſibi conſulere, illis prodeſſe, & Deo op-
imo maximo, pro talento conceſſo, obſequi poſſet. voti igi-
compos effectus, & Indicum idioma eleganter apprehē-
is; in eo frequentiſſimas ad ruſticum illum, atque idola-
æ immerſum populum, ſermones habuit, eximius inte-
 paupertatis, obedientiæ, humanitatis, caſtimoniæ, ora-
nis, abſtinentiæ, atque omnium denique cæterarum vir-
um cultor emeritus, innumeros homines Chriſto lucrife-
: ac tandem meritis diues, dierumq; plenus, dùm Quan-
aonicij, in Conuentu Annunciationis, Prouinciæ S.

Euangelij Guardianum ſtrenuè ageret, animam, Creato
(maximo ſui deſiderio apud omnes relicto) reſtituit.

Vita P. Fratris Ferdinandi à Leiua.

CAPVT. XXVI.

EA potiſſimùm de cauſa Religioſus hic Frater profeſſi
ne Laicus, ac Prouinciæ Burgenſis alumnus, natiuo ſo
relicto, ad has partes ſe contulit, vt Indis de nouo ad
dem conuerſis, & conuertendis Chriſtum prædicaret: Se
cùm craſſiori eſſet ingenio, nec memoriâ adeò tenaci, mut
to propoſito, ſe totum ad orationem humilitatiſque oper
conuertit. In quibus ſanè exercitijs magnas exſerens pr
greſſus, adeò profecit, vt non minus exemplo, quàm cæte
prædicatores verbo, Chriſtianam pietatem, doctrinãque,
barbaras Regiones iſtius Nationis diſſeminârit. Nam pa
perrimo, ac ſupra modum vili indutus ſacco, nudiſque pe
petuò pedibus incedens, ac nudum ſuper aſſerem oppreſſ
ſomno declinans artus, ſupraque modum ex continuo lab
re detritus viuens, nec tantillùm temporis, ſpiritum ab or
tione laxabat. Præterea pauperibus maximè compatien
quicquid ad man⁹ habere poterat, humaniſſimè porrigeb
Vt autem id facilius conſequeretur, nunquam à ſerendis c
curbitis, alijſque oleribus, & leguminibus, ipſiſque quàn
diligentiſſimè excolendis, irrigandiſque otiabatur. Hoc p
cto, nec feriari ipſe, nec pauperibus deeſſe ſtuduit. In p
ferendis infirmitatibus patientiſſimus erat, nec quidquã m
gis obedientia, humilitate, abſtinentia, ac ſanctimoniâ col
it. Vndè & octogenarius ab hac vita diſcedens, in eodem co
uentu, quo F. Franciſcus Simbron, maximam ſuæ ſancti
tatis famam poſteris reliquit: non ſecus ab Indis, at-
que Hiſpanis, Deoque carus habetur,
& colitur.

Vi

Vita. P. F. Petri de Caſtello.

CAPVT. XXVII.

MINORITICVM Induit habitum (pater optatus) in Prouincia Conceptionis, in eaq; ad ſacros Ordines promotus, cum ſe in omni virtutum genere quàm dili-
tiſſimé exercuiſſet, ad has regiones non ex aliquâ animi
itate, ſed ardenti charitate, ſub anno Dominicæ incar-
ionis milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto (de ſu-
iorum facultate) deuenit. Non tamen abſque ingenti la-
re, tùm Mexicanum, tùm Otomicum, quod ſanè difficil-
ium eſt, idioma, comprehendit, tantos interim infideles
fidem conuertens, vt vix credi poſſit: Idque aduerſa
iper valetudine pulſus, quam & patientiſſimè tulit. Nam
et oculorum vſum Thobiæ ſimilis, amiſiſſet, & grauiſſi-
s podagræ doloribus confligaretur: non ſecus ac alter Iob
terquilinio, nunquam aliquid ſtultùm, contra Deum
xit: quin potiùs nec temporis tantillùm à diuinis laudibus
ſans: inquiebat: *Dominus intulit; Dominus ita vult, ſit eius nomẽ
edictum in ſecula.* His ſermonibus & elogijs ructabat animi
itatem: ſed & quoties ab huiuſmodi dolore interſtitium
et, non torpebat, nec reficiendo imbecilli corpori vaca-
, ſed vel ſacras Indorum confeſſiones excipiens, eos in
e confirmabat; vel aliquid de ſacro Euangelio pro ſugge-
proponebat, vel Fratres Indicum idioma, quatenus pau-
culis illis adiumento eſſent, traditis quibuſdam regulis
ocebat. Paupertatem etiam, obedientiam, caſtitatem
que humilitatem, orationi ferè ſemper intentus, quàm
igentiſſimè excoluit. Quibus denique virtutibus clarus,
mam ſub anno Domini 1567. in manus dilecti retribuit.
præcipui cuiuſdam honoris cauſa, quód gratiſſimus Deo,
omnibus cenſeretur, in Tullano S. Ioſephi Conuentu an-
naioris ſacelli gradus, ſepultus fuit.

Vita P. F. Didaci de Olarte.

CAPVT. XXVIII.

FRATER Didacus Olarte ex oppido, quod, Medelli
Hiſpanicè, nuncupatur, oriundus, vnus eorum fuit q
cum ſtrenuo illo Heroe, ac Caroli Quinti Germanoru
Imperatoris, Hiſpaniæque Regis, exercitus Duce Ferc
nando Corteſio, tùm Mexicum celeberrimam ciuitatem
Monteſſumæ Potentiſſimi Mexicanorum Regis ſedem, e
pugnantes, tum quoque (quod nouæ Hiſpaniæ reliquum e
deuictis debellatiſq; Indis, quos Hiſpanię Regis imperio ſu
iugarunt, ac innumeros penè labores, innumeraque vi
diſcrimina eo in negotio ſubierunt. Qui eius tandem vi
pertæſus: ac temporalem militiam, & viuendi licentiam e
ecratus, cùm adhuc vegeta eſſet ætate, mundi contempt
illecebris: ac ſeculo nequàm vale ex animo dicto, Chriſti m
litiæ, ac Minorum Religioni, vt quod ſuppeteret vitæ, in
conſumeret, Nomen dedit, in Mexicano conuentu. Vbi ſa
ea incrementa virtutum emeruit, vt primis illis duodec
huius Prouinciæ fundatoribus (de quibus ſat, ſuperque a
undè ſuperius) comparandus facilè videatur. Fuit ab ip
Religionis ingreſſu ad vltimum vſque vitæ halitum, in p
ferendis laboribus patientiſſimus, profundâ quadam hur
litate commendabilis, ardenti erga Deum & proximur
charitate flammeſcens, in oratione aſſiduus, comis, affal
lis, paupertatiſque & abſtinentiæ deſiderantiſſimus. Præ
rea Indicum Idioma non abſque labore aſſequutus, ſact
concionibus, ac inſtruendis in fide barbaris iſtius Patriæ n
tionibus, pertinaci quadam & ſeriâ vigilantia incubuit,
innumeram eorum multitudinem ad fidem conuerterit.
etiam nihil humilius fuit, cùm in Guardianum, Diffini
rem, atque huius Prouinciæ S. Euangelij Miniſtrum ſæpi
electus, nihil eorum, quę ad iuniorem fratrem, vel etiam n

uitiu

um ex munere pertinuiſſet, prætermiſerit: Et Epiſco-
um, à Philippo ſecundo Hiſpaniarum Rege oblatum,
uerit, & indignitatem ſuam Regi prætexuerit, cùm alio-
n dignitati non impar eſſet, rogansque Regiam Maieſta-
, inſtitit vt indigniorem, tantum munus conferre dig-
etur. Qui cùm ex hac patria in Hiſpaniam, ferè ſeptua-
arius, ad prædicti Regis Philippi iuſſum traieciſſet, ſeq;
uibuſdam impoſturis ab vno, vel altero calumniatore
ò iniectis, luculentiſſimè repurgaſſet, maximo cùm ho-
e in regiones iſtas, habito pri9 in Hiſpania ex regio man-
Fratrum delectu, regreſſus; acutiſſimoque morbo cor-
tus, in ſancti Franciſci Populæ de Angelis Conuentu
n clauſit extremum, ibidem tumulo datus.

ita Patris Iacobi Dani, & Patris Ioannis à Sancto Michaele.

CAPVT XXIX.

ATER Iacobus, ex regia Danorum ſtirpe originem tra-
hens, atque linguarum Græcæ, latinæ, & Hebraicæ
peritiſſimus, inſuper abſolutiſſimus, cùm Franciſcanæ
itiæ in Dania nomen dediſſet; ne graſſanti ſuprà modum
atria, hæreſi, vel ſaltem ſua præſentia, conſentire vide-
r; patrijs laribus, cariſque parentibus & amicis longè
ſe relictis, in Hiſpaniam traiecit. Vndè poſtquàm à Ca-
quinto Germanorum Imperatore, ac Hiſpanorum
e, pro ſua pietate, ac religione humaniſſimè receptus
t, porrò Indè ſoluens, ad has partes transfretauit. Quò
ndis ventis illatus, non ſtetit feriando: quinimò vt pri-
m Indicum Idioma percepit, tanto ſtudio, tantaque ſe-
itate ſacris adiecit animum concionibus, vt innumeros
deles ad fidem conduxerit, pluresque alios iam conuer-
ſos

ſos eadem in fide ſolidarit, prætereà primus inter cæter
omnes, tùm cuiuſuis Religionis Fratres, tùm quoque ſæcul
res Sacerdotes, Mechiocanicis Indis venerabilis Euchariſt
Sacramẽto, ſubſidio fuit. Tanta erat humilitate, vt õnes in
admirationẽ raperet: tantâ rurſum comitate, atq; prudent
vt ad eum, velut ad elogium Sibillinum à remotis Indiæ pa
tibus conſilij cauſa, in aduerſitatibus concurreretur. Acta
ta deniq̀ue ſanitatum gratia donatus, vt nõ paucos infirm
ſigno crucis ſuper eos facto; integræ ſoſpitati redintegra
Mortem quoque Caroli Quinti Imperatoris, licèt longiſſi
abeſſet, ea ipſa hora, qua ille è viuis in Hiſpania exceſſit,
reuelatione diuinitùs habita, dùm præſentis Conuen
Guardianum ageret, noſſe promeruit: quamobrem, erec
de more, tomba, Miſſæ Sacrificium pro eius anima à fra
bus celebrari curauit. Obijt demùm Tarequati in Cõuent
Mariæ de IESV, Prouinciæ Mexicanæ, bonis operibus ab
lutus, nec non cum maximâ ſanctitatis opinione, in ſenec
te bona. Alter verò Pater, videlicet Ioannes à S. Michael
cùm Indicam Linguam eleganter aſſequutus, diſertiſſim
Concionator euaſiſſet, ſylueſtribus Indis, montana bell
rum more ſeparatim incolentibus, perſuaſit vt ad plani
deſcendentes, oppida viritìm extruerent, agros excolere
ac cõiunctim deniq; humano more cohabitarent, vt ex m
tua vnione ditati proſperarẽtur. Effecit prætereà, vt in ſin
lis iſtius Patriæ oppidis, Xenodochia ſub Cõceptionis B. V
ginis titulo iuxtà Eccleſias erigerẽtur, (quod op⁹ nõ ſatis l
dari poteſt) in quibus peregrini humaniter excipi poſſe
atque infirmi curari. Statuit etiam huiuſmodi opus per
tuò manere, & vt collectæ ſemel in ſingulos annos fieren
quod indè exceptum eſſet, in iſtorum hoſpitalium vſus
uerteretur. Voluit inſuper, vt in quolibet hoſpitali, Con
ptionis Confraternitas erigeretur: Vtq̀ue ex confratribus
ad minùs, iuxtà loci capacitatẽ, cum ſuis vxoribus poſt h
do

madas, tùm infirmis, tùm quoque peregrinis, iuxtà cha-
atis exigentiam deſeruirent. appoſitus tandem eſt reli-
oſus Pater ad patrem Iacobum Dacianum, (de quo ſuprà)
: minori æſtimatione apud Indos recolitur.

Vita P. Antonij Beteta.

CAPVT XXX.

IN Conuentu S. Annæ Sacapij Prouinciæ S. Petri & Pauli, ſanctiſſimè obijt, venerabilis, ac de Franciſcana Religione optimè meritus, Pater Frater Antonius teta, Prouinciæ Conceptionis Recollectus, qui poſtquàm r multos annos, in Tribulenſi (vulgò del Abroio) illius ouinciæ Conuentu, Magiſtri Iuuenum, ac Nouitiorum of-ium ſubijſſet; inſtruendorum quoque in Catholica fide lorum ergò, ad has partes traijciens, Indicam Linguam, n abſque maximo labore comprehendit, ac tantoperè ea profecit, vt Indus natus videretur. Fuit Euangelicæ upertatis amantiſſimus, ſuique ſtatus Zelantiſſimus, ac nium deniquè virtutum cultor mirabilis, &, tantæ apud ophytos, populos iſtos authoritatis, tantæque æſtimatio-, vt quicquid libêret, illis facillimè ſuggereret. Hac via rimùm incrementi Indicæ Eccleſiæ acceſſit. Obijt ille i ſæpè ſæpius) hymnum *Te Deum laudamus, &c.* ſummâ n humilitate decantaſſet, ea ipſa hora, qua ſe ex hac vita graturum prædixerat.

Vita Patris Fratris Ioannis de Gaona.

CAPVT. XXXI.

PATER Frater Ioannes de Gaona, ex Prouincia, & ciuitate Burgenſi, ſuſcepto in iuuentute, Franciſcano habitu, emiſſaque profeſſione, de ſuperiorum licentia Lutem Theologiæ ſtudijs vacaturus acceſſit. Vbi Preceptorem

habuit famoſum, eius temporis Doctorem, à Cornibus voc
tum, è Minoribus eò dignitatis aſſumptum: qui conſcende
Cathedram, oculis in partes omnes coniectis, primùm
viſo F. Ioanne Gaona, nihil penſitans reliquorum abſen
am: *Sufficit*, inquit, *mihi Vnus Gaona:* tantam de illius ing
nio, probitateq́ue conceperat opinionem. Exiuit è Gymn
ſio excellenti eruditione laudatus, ſingulari quadam latin
Linguæ, oratoriæ Facultatis, & Græci ſermonis cogniti
ne notabilis; Concionator autem inſignis, & audientib
cùm primis acceptus; itemq́ue celeberrimus Theologu
quodquè pluris æſtimandum, probitate morũ, & Obſerua
tia Regulæ conſpicuus. Hic Lutetia in Burgenſem Prouin
am regreſſus, Theologiam ibi profeſſus, mox, in Pincias m
ſus eſt, (vbi tùm Caroli V. aula clarebat) vt eandem illic,
tantæ doctrinæ, prælegeret. In eo munere occupatũ, cũ
Sereniſſima Imperatrix Eliſabetha, (huius Imperatoris C
roli Quinti nomine, Regnorum in Hiſpania Gubernatri
Religioſos exquireret, qui nouam in Hiſpaniam mittere
tur, acciuit, eum, illa conſiderataq́ue probitate, doctrina
integritate eius, cum alijs dimiſſum, magna deuotione co
bat Ille proſpiciens Dei conſilio hoc euenire, raptim pa
re ſe ad difficilem illã profectionem non dubitauit, noua
q́ue in Hiſpaniã, Anno à Partu Virgineo milleſimo quing
teſimo trigeſimo octauo, peruenit. Vt eam primùm ingr
ſus eſt, Mexicanam Linguam facilè nactus, vt eam grati
poliret, per decem annos grauiorum omnium facultatu
ſtudia intermiſit: eamq́ue melius, quàm quiſquam alius
temporis, calluit, ſcriptis, in eadem, ſpiritualibus dialo
qui excuſi circumferuntur, omniaq́ue idiomatis illius ſ
pta ſuperare elegantia, & loquendi puritate excellere
tantur. Res verò ipſæ authoris doctrinam, & eruditione
publicè produnt: Latinè quoq́ue nonnulla erudita com
ſuit, vt Apologiam quãdam aduerſus celebrem quenda
ex

raneum Theologorum, aliaq́ue quæ temporis iniquitate
periere. Nec ideò inflabat eũ ſuperbia, imò magis animo
mittebatur: tametſi enim & Rhetoricã, & Philoſophiam,
Theologiam profiteretur, & Guardianum ageret, primus
neh erat ad ſcopas, vt verreret ædes, cæteraque omnia hu-
litatis exercitia exſequeretur. Quod Xuchimilci maxi-
perſpectum eſt, vbi, cum Guardianus, & Lector eſſet, &
cleſia fabricaretur, ipſe terram humeris aſportandam,
æſitum pergebat. Conſectabantur autem diſcipuli eius,
plebs vniuerſa. Corpus ſuum ieiunijs, vigilijs, orationibuſ-
e affligebat, ſeipſum in cellula aſſiduè concludens. Zelo
rò ſalutis animarum, pluſquàm dici poſſit, inflammaba-
. Multorum Conuentuum Guardianus excelluit, ipſeq́;
m, qui de Tlalneplantla nuncupatur, (quo loco hodie ſitu-
r) extruxit. Anno etiam Dominicæ Incarnationis mille-
o quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, poſt venera-
em Toribium Motoliniam, Septimus Prouincialis Mini-
r, (quanquam magnoperè, infirmitatem & imparitatem
m allegans, recuſaſſet) creatus fuit. Sed inuitus acceptans,
poſt annum elapſum, ſub amiſſi luminis prætextu, ab-
dicauit ſe munere: Bonorumq́ue operum ple-
nus obijt, & in eo monaſterio ſepul-
turam obtinuit.

Hic Imago II.

Vita Reuerendiſſimi Patris, Martini Sarmien Tlaxcallæ Epiſcopi.

CAPVT. XXXII.

POPVLÆ de Angelis, quæ eſt Epiſcopalis Ciuitas, à Mex co verſus orientem ſexaginta ſex milliaribus diſtans, Diſcalceatorum Sancti Franciſci Conuentu, deceſſ Reuerendiſſimus ac omni religione clarus Pater Frater Ma tinus Sarmiento, ſecundus Tlaxcallanorum Epiſcopus. D xit originē præſtantiſſimus hic Antiſtes, ex Hora de caſtr diæceſis S. Dominici oppido, ingenuoſque ſortitus pare tes, ab ijs omni pietate, & timore Domini ſolertèr imbutu proficiebat gratiâ, & ætate apud Deum & homines; Puer lus adhuc Eccleſias ſedulò frequentans, ſacrificio Miſſæ, ſa riſque concionibus intētus aderat; & quicquid ex eis retul ſet, id vterinæ ſorori, ac cæteris familaribus, conſcenſo d mi ſedili, proponebat: interim à ſorore petens, idque præ go ſpiritu, vt (quoniam futurus eſſet Epiſcopus, inquit) m num ei deoſcularetur: quâ de cauſâ non raro ferulas, p manus deoſculatione recepit. Factus adultus, Minoritic habitum Burgenſi in Prouincia induit, literiſque Philo phicis, & Theologicis, eâ in Prouinciâ, atque Vallioſol operam dedit: ac tandem cùm religioſiſſimo Patre Fratre anne de Gaona, prælectore ſuo, Prouinciæ Conception alumno, plurimiſque alijs religioſis ſacerdotio initiatu tandem officio prædicator, ad has partes, ſub anno à Vir neo partu, Milleſimo quingenteſimo trigeſimo octauo contulit. Cumque ingenio ac prudentia polleret, ab huī Prouinciæ patribus cùm Patre Fratre Iacobo Teſtera, c Cuſtode, loco Prouincialis Miniſtri, ad Generale Capitu Mantuæ ſub anno Domini milleſimo quingenteſimo qu drageſimo primo celebrandum, miſſus eſt. Cùm itaque p ter ille Iacobus Teſtera iam ſenio confectus, ob maturitat

Gene




...s, stat Mitra duplex, pietate laborans:
...lem firmat: Altera donat opes.

(II)

...Cyffer bauwt. die Infel gibt.
...armen gelt, wird d' firmung g'übt.

Consurgunt ædes: diuinuq; in marmore cultus.
Hæc, Francisce Domo, Gloria parta, tuâ est.

Solch imerwerendt Stuck vnd Zier.
Brachten die minder brueder füer.



ıerali Miniſtro, in Generalem nouæ Hiſpaniæ Commiſſa-
n per integrum ſexennium electus eſſet, eique Frater
rtinus Sarmiento, caſu quo intereà è viuis decederet,
rogatus fuiſſet; morienti porrò Teſteræ, in munere illi
icitur, per integrum quinquennium Commiſſariatus
ıeralis officio, in partib⁹ illis cùm maximo honore, & ad-
atione defungens. Aliquantulùm exindè, religioſiſſimus
er ac omni meliori notâ cõmendabilis, Iulianus Garces,
inis Prædicatorum alumnus, primuſque Tlaxcallanorũ
ſcopus, è viuis abijt, Carolus autem Quintus, Germa-
um Imperator, Fratrem Martinum paſtorali officio de-
cti, ſurrogandum cenſuit. Quod vt ille reſciuit, nullo
to, induci ad ſuſcipiendum potuit, donec per religioſiſ-
um Patrem Fratrem Toribium Motolinia, Prouincialem
s tunc Prouinciæ Vicarium, in obedientiæ ſalutaris vir-
mandatum eſt. Siquidem huiuſmodi onus imbecilles
corporis, & ingenij vires immenſùm excedere fateretur.
ſumptus verò ad Epiſcopalem dignitatem, nihil de anti-
o rigore, aut ſolitâ humilitate remiſit, immo potius vili
ıtectus tegmine, pedeſque incedens, non dedignabatur
ros canones ſub Fratre Ioanne Fucherio, eorum prælecto-
doceri, nec humilioribus charitatis operib⁹ ſuperimpen-
Prætereà pauperibus, miſeris, pupillis atque afflictis
animo compatiens, quæ erant ſui muneris adeò diligen-
, & vigilanter exegit, vt nihil in eo deſiderari potuerit.
eoque eum Indi, cùm Hiſpanis gratiſſimum habuêre.
hil ille à famulorum turbâ, in victu; multùm verò ab opi-
râ menſâ abhorruit, quin immò frugali refectione repa-
s, vnico fratre in conſortium admiſſo, cùm eodem, com-
iſſum ſibi gregem perluſtrare, Sacramentaque Epiſcopali
ore diſpenſare conſuêrat. Qui denique contracto ex quâ-
m defatigatione morbo (miniſtrauerat enim innumeris
dis per continuum triduum, abſq; vllâ reſpiratione Con-

firmationis Sacramentum) recepit ſe in Conuentum, Sa
cramentiſque munitus animam cœlo reddidit. Eius morte
omnes Hiſpani, & Indi multis lamentis acerbè tulerunt, m
ximam interim ſanctitatis agnitæ, in tanto viro ſublimita
conteſtati, cui omnes tanquàm amabili patri affectus ſu
venerabundi ſacrauerant, ſumma eum obſeruantiâ cole
tes. Nec abs re, cùm nihil eo continentiùs, nihil humaniu
nihil affabiliùs, nihil deniq́ue humilius in tanta conditior
præeminentiâ, viſum fuerit.

Vita P. F. Franciſci de Las Naucas, & F. Chr ſtophori Ruitij.

CAPVT XXXIII.

HIc ex Conceptionis Prouinciâ, cùm ſex alijs religio
ab Imperatrice Eliſabetha Hiſpaniæ Regina, miſſ
Anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo
ctauo, in nouam Hiſpaniam venit. Primus omnium Ind
illos, qui Popolocæ nuncupantur, Anno Domini mille
mo quingenteſimo quadrageſimo, diuino lauacro tinxi
quorum, duobus menſibus, pluſquàm duodecim millia ba
tizata fuêre; Anno Domini milleſimo qningenteſimo ſe
tuageſimo octauo, Cùm conuentus, S. Iacobi de Iaticulc
Guardianatui præeſſet, Mexici mortuus & ſepultus eſt.

Frater Chriſtophorus ex Conceptionis Prouincia, An
milleſimo quingenteſimo trigeſimo octauo, cùm Fratr
Ioanne de Gaona, & alijs nouam in Hiſpaniam illatus e
Qui nullum Indorum Idioma cognoſcens; & Mexicano i
conuentu moratus; ibi Guardianũ egit, aliquoties Diffinit
electus, S. Euangelij Prouinciã celebrem reddidit. Compo
tæ vitæ, magnæque probitatis erat. Orationi verò cump
mìs intent⁹, pro quâ & librũ edidit, qui Typo vulgat⁹ circ
fertur. Vitã in Domino ſanctã finiit, ſepult⁹ in eodẽ conuẽ

Vit

Vita Patris Fratris Alphonſi OrdoneZ.

CAPVT XXXIV.

ATER Frater Alphonſus, Numantiæ Natus, habitum in conuentu Sancti Franciſci de Monte, quindecim paſſuum millibus à Corduba, Prouinciæ Bæticæ, prome-, & in Prouinciam Sancti Euangelij, Anno Dominicæ rnationis milleſimo quingenteſimo trigeſimo octauo, miſſus acceſſit. Duo idiomata, Mexicanum ſcilicet, & micum apprehendens, vtroque concionatus eſt. Maa abſtinentia, & auſteritate rigebat, refectus vno, in die, ciſſimo paſtu, vinum fugiebat, niſi cùm extrema ſenecta uaretur, fratrum tamen & ſuperiorum, prece ac impecoactus, modicum libabat. Et quamuis adeò in ſe aſper t ac ſeuerus, alios tamen eximia charitate, & beneuoa proſequebatur, gratanter affabilis, & ſpirituali ſemper itia exuberans: videbatur tamē à ſe ſemper quaſi alienus, n Deum demerſus: manifeſtabat in ſe primæuæ Regulæ ſeruantiam, obediendi promptitudinem, paupertatis orem, humilitatis magnitudinem, zelum denique ſalunimarum, deuotionemque in quotidianis precibus feriorem: Miſſis totus impenſus erat, & diuinarum rerum templationi: Singulis noctibus horâ vndecimâ, cum mainas preces ſolus dixiſſet, eaſdem rurſus in communi peruit. Dæmon ei, varijs perturbationibus petulantèr inſulat, à quibus tamen orationum, & pœnitentiæ vi liberatus Dum vacaret orationi, multa à Deo beneficia collegit; æ tamen ſedulò clam recondidit. Studebat interdiu inſeſſus in bibliothecâ, aut in cellulâ, lectioni orationem iungens; vt alter enim diuus Bonauentura, quicquid inlectu ſpeculabatur, affectione & deuotione decoxit. No lumen in cella nequaquam adhibuit, quicquid enim à mno (in quo parciſſimus erat) reſtabat, orationi impendit.

Honeſta-

Honeſtatis præcipuâ curâ nitebat: & in Prouincia Guard
nus ſæpè creatus, nulli non maximoperè commendabat
In oppido Nextlalpa iuxta Tullam, adducta eſt illi Inda qu
dam Otomica, vt benedictionem acciperet, quoniam à D
bolo vexaretur. Compulſa igitur vi in Eccleſiam, ſanct
ſenex nimia animi demiſſione ab impartienda bene
ctione ſubduxit ſe, ſociumque rogans, vt ipſi benedicer
illo autem, recuſante, miſerabili fœminæ benedicendo ſ
currit, ſtatimq; illa contremiſcere vehementer, cum om
admiratione cœpit: Sed iuſſa cruce ſignare ſe, libera om
nò euaſit. Cùm graui correptus morbo, ex Conuentu T
lenſi Mexicum deductus eſſet, inuiſentem ſe Conuentus
carium orabat, vt per dies ſeptem Deo, commendaret, af
ctionem ſuam, illiſque elapſis, & ſuſceptis omnibus ſac
mentis, virtutum & bonorum operum cumulo, migrau
ad Dominum, Anno Dominicæ Incarnationis milleſi
quingenteſimo octuageſimo quarto. & Mexicano in Co
uentu ſortem vniuerſæ carnis accepit.

Vita Patris Fratris Andreæ à Caſtro.

CAPVT XXXV.

PIENTISSIMVS Pater ille, ex nobili ciuitate Burge
oriundus, clariſque ortus natalibus, nactuſque ad
tam ætatem, Franciſcanæ Religionis Inſtitutum in B
genſi Conuentu, eiuſdem nominis Prouinciæ (in quo &
cris literis & pietate profecit) ſapientèr elegit. Dei
Salmanticam ex facta licentiâ proficiſcens, quicquid
perfectam plenamque Sacroſanctæ Theoſophiæ, ac mo
ſticæ diſciplinæ cognitionem, deſiderare par erat; ſub

cti

imus Prælectoribus, atque inſtructoribus aſſequutus.
Diuulgabatur eo temporis per vniuerſam Hiſpaniam
decim eorum patrum, quorum ſuprà meminimus, fa-
; cumque ad Fratris Andreæ aures perueniſſet, maxi-
quodam diuini honoris Zelo concuſſus, interim omni-
à tergo relictis, omnem mouit lapidem, vt illis coniun-
etur; Obtenta itaq; à ſuperioribus venia; Hiſpali nauigiũ
ſcendit, & ad Regiones illas, ſub Anno à Partu Virgineo
eſimo quingenteſimo quadrageſimo, ſecundo itinere
uolauit; Et ſubitò Mexicanam, atque Matlatzingicam
guas, in ſe balbutiendo perficiens, primus fuit, qui
latzingicis Chriſti fidem annunciaret, inſuper & di-
narium, & huiuſmodi idiomatis addiſcendi artem, &
iſtianam doctrinam, & varios ſermones Matlatzingica
ua compoſuit, & in lucem dedit. Nec facilè eſt recen-
, quot infideles ad fidem conuerterit, quot eorum, Sa-
intinxerit ſalutari lauacro, quot idola comminue-
quot templa ſacrarit, quot vitia preſſerit, quotque
ores eo in opere exantlarit. Nam ſingulis Dominicis, &
uis diebus tertiò, diuerſo idiomate (nempe Matlatzin-
,Mexicano, & Hiſpano) ad populum ſermocinatus; quod
poris reliquum erat, totum ſacris excipiendis confeſſi-
bus, vel diuinarum rerum contemplationi, ac officij di-
penſo (interim aquâ, & aliquantulo panis, inſipidiſque
bis victitans) gaudentèr impendit. Oberrabat ad hæc a-
rimos montes, plurimis paludibus ſuperatis, per ſyluas,
que loca periculis horrida, vt latitantes in eis barbaros
iſto lucrifaceret, cæterorumq; Chriſtianorũ albo adſcri-
et. Somnũ interim capiens, reclinato vel ſupra nudã hu-
, vel ſuper aſſerem corpuſculo, parcè ſoporatus eſt, & vix
ducendæ vitæ, ex parte ſategit. Porrò ſtrictiſſimæ pau-
tatis Zelator omni dignitate, omnique ſuperior factus
nore, contemnendo, pauperem Chriſtum pauper & ipſe

 & hu-

& humilis conſectabatur: Indos quamuis acerrimè ob cõ miſſa crimina, corriperet, gratiſſimos habuit, vt mort maximis lacrymis, vulgò paſſim deſideraretur. Obijt t tus Pater, vehementi ſanctitatis opinione, Tulucano in C uentu Aſſumptionis B. Virginis, Prouinciæ S. Euangelij Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo; mulo honorifico recollectus.

Vita R. P. Franciſci de Toral primi Iucatenſium Epiſcopi.

CAPVT XXXVI.

(*huius imago ſup. 32. cap. eod. lib.*)

PATER Franc: de Toral ex Vbedâ ciuitate, in teneris ſuſcepto D. Franciſci habitu, in Prouincia Bætica iug Domini ſubijt: Zeloque animarum ſalutis, nouam ſpaniam aggreſſus, in Prouinciâ Sancti Euangelij ma cum probitatis argumento vitam tranſegit. Primus om um, Popolcarum idioma, ob nimiam barbariem diffic mum, imbibit, alijſque Religioſis, methodo facil traduxit: Mexicanum quoque aſſequutus, vtrique exim operam in loco Tecamachalci, vniuerſaque Popolcarum gione nauauit: ibique ingentem numerum diuinis ab vndis. Electus Cuſtos Prouinciæ Sancti Euangelij, ad neraliſſimum Capitulum, Anno Dominicæ Incarnati milleſimo quingẽteſimo quinquageſimo tertio, Salman celebrandum, abiens, maiorem Hiſpaniæ partem pera uit, viroſque ſalutis animarum ſitientes, ad opus Dom cæ vineæ ſciſcitatum excurrit; Interim pedeſter ibat vi deò veſte rigens, vt Conuentus omnes in paupertatis am conſtabiliret. Anno Dominicæ Incarnationis mill mo quingenteſimo quinquageſimo quarto, in noua Hiſpaniam rediens, triginta quatuor religioſos in co

tatu

m illectos adduxit. Non multis hinc annis in decimum uincialem huius Prouinciæ Miniſtrum, electus eſt: quo nere, cum ſingulari ſubditorum fungens applauſu, Pro-cialatus tempore nondum emenſo, ob eximiam probita-pinionem, ab Indiarum Senatu in Hiſpania, in primum atani Epiſcopum electus eſt. Suſcepit ille ſacram Infulam eſſitate monente, quòd in regionibus ijs miniſterio Pa-ali (fratribus minoritis exceptis) alij deſeruituri nō repe-ntur: impulſus itaque deſiderio boni paſtoris, indigenas veram fidem inducere geſtiebat: ad ouiculas ergo ſpe-bat bonum opus, quod in Epiſcopatu deſiderauerat. Ante ſecrationem, ob negotia quædam Hiſpaniam petens, in-conſecratus ad Epiſcopatum reuerſus eſt: dignitati autem è renunciauit, cellulæ ſuæ quietem optans, & extremū ulturæ locum inter Sanctos religioſos, quos nouerat, in Sancti Euangelij Prouincia: idque tandem importunus cit, quanquàm abdicare ſe Præſulatu non omninò value-Nam è Iucatano in nouā Hiſpaniā, ob res ſui muneris in-miſſus, vita Mexici in diui Frāciſci Cōuentu defecit, Apri-menſe, Añi Dominicæ Incarnationis milleſimi quingen-imi ſeptuageſimi primi, ibi in medio maioris Capellæ, fe-ro, cum honore, locatus, felici memoria colitur.

De Fratre Ioanne Oſorio.

CAPVT XXXVII.

FRATER Ioannes, nobilis inter Oſoriorum familiam oppidi Occaniæ, Regni Toletani, in nouam Hiſpa-niam comitatu Antonij à Mendoza, profectus eſt: à o, adhuc in ſæculo conſtitutus, ob morum grauitatem, vitæ probitatem: magni æſtimabatur: Occaſione quadam Hiſpaniam reuerſus, Mexicum ſecundò rediturus, Hiſ-li pleroſque religioſos offendit, qui in Generali capitulo, antuæ celebrato, Fratrem Iacobum dè Teſtera comita-bantur,

bantur, & inter eos præclaros Patres, Fratrem Franciſcu de Buſtamente, & Fratrem Franciſcum Toral. Cumqu æſtimaret animarum ſalutem (quam iſti pari voto ſitiebar digniorem cæteris auri, & diuitiarum anhelis negotijs; a cedens eos, inſtitit, vt in ſocietatem admitteretur; qu quidem, ab ijs optatò conceſſum: dein Laici habitu comm nicato, tametſi dignus eſſet, qui ad chorum ſeligeret (licet ad hoc ab ijs inuitat⁹ eſſet) dimoueri tamen non pot à mancipãdo ſe Deo viuenti, humiliori illo religionis grad Comitatus eſt patres illos, adhuc nouitius, anno 1542. pr feſſionemque Mexici in Conuentu emiſit, vbi permult annos ſacriſtiæ curam gerens, non ſingulari modò ſacraru rerum cuſtodia, ſed mirifico etiam probitatis exemplo (q ad virtutem multi excitabantur) eluxit, quem cùm tanta h militate perſpicerent, quòd eũ diuitijs, paulò antè afflue tem nouiſſent, obſtupuêre. Ille cùm maximo melanch liæ humore grauaretur, inuitus, hoc malo, Tentatori D bolo ad eum perturbandum, & à continuis precibus, re gioſiſque exercitationibus abſterrendum, palęſtram opt tam præbuit; qui ei tantam moleſtiam faceſſebat, vt ſing lis fermè momentis, ad deſperationem compelleret. S DEVS, qui iuſtum in tribulatione non deſerit, nec tent patitur, vltrà quam ferre poſſit: tametſi illas hoſtis mac nas permitteret, ab illis tamen eum indemnem ſeruau Senem ſe, & iam defatigatum, cùm perſpiceret, vt ani quieti, & Dei fruitioni tranquilliùs adhæreret, à ſuperior Sacrarij munus (cui præerat) aufferri ſupplicans, impe trauit. Vndè ſoli Deo commiſſus, Vitam in eodem conuentu bono fine concluſit, Anno millesimo quingenteſimo octuageſimo primo.

Vi

Vita Fratris Antonij, Sancti Ioannis.

CAPVT XXXVIII.

FRATER Antonius S. Ioannis, Primus Sacerdos, & Archipresbyter fuit, in loco (de Campos) Diuique Franciſci habitum, in Conceptionis Prouincia ſuſcepit. Vndè ſa-is animarũ zelo, in nouam Hiſpaniam tranſiens, tametſi ouectæ ætatis eſſet, indigenarum nihilominus linguam ecutus, magnas in Dei vineâ labores exantlauit. Anno 43. Guardianus Tullenſis electus eſt; primuſque omnium gionis illius Indis, ſanctiſſimum Chriſti corpus in ſinaxi tribuit: Vndè gratiſſimâ apud eos recordatione famoſus aluit, tùm etiam quod Guardianus ſecundò exiſtens; an-1550. iuſſu Fratris Toribij Motolinæ, Prouincialis Mini-i, vnus omnium duodecim primus, Laquearia Ædis diui ephi ceperit, quam anno 1554. manu ſumma compleuit. religionis Negotio, mirum eſt, quantùm Indis profecerit: ortuus eſt in Mexicano conuentu, ibique ſepultus.

Vita Patris Antonij de Nuete, & P. Franciſci de Corannia.

CAPVT XXXIX.

PATER Frater Antonius, in loco Nuete, natus, Alphonſi Aluarez Garillo, nobilis viri Filius, Salmanticæ, iuuenis Iuri pontificio operam dedit, & doctoratus Laureâ lgens, mundum tamen (propter DEVM) & trium aureo-m nummûm millium redditus annuos, contemnens; diui ieronimi, quem præcipuè colebat, habitum in Zamoren-S. Marthæ cænobio ſumpſit, abdicatoque, humilitatis uſa, gentilicio nomine (de Nuete) inpoſterum dictus eſt. oſt aliquot annos, magnæ ibi probitatis exemplo, tran-

ſactos, famâ ſollicitatus Regularis obſeruantiæ, qua Min
res Fratres Angelorum Prouinciæ, in monte Mariano flor
bant, habita prius à ſuperioribus facultate, Franciſcanu
ibi habitum induit. Sed cùm maiora ſemper & perfectio
in Religione conſectaretur, quo tempore duodecim illi, A
poſtolici viri, in noua Hiſpania admirandis virtutum mon
mentis S. Euangelij Prouinciam ſolidabant; eò, cum vener
bili viro Fratre Franciſco de Teſtera, anno Domini 1542. ſ
recepit. Indorum Idioma non calluit, ideoque per vigin
quatuor annos, quibus nouam Hiſpaniam incoluit, Mex
cano in conuentu ſemper inhæſit, ſeditque Hiſpanorum
Nationi, à continuis confeſſionibus, & ob demiſſionem an
mi, bonitatem, ſinceritatem, mirum in modum ſuſpici
batur. Quod, ab operibus charitatis, vacabat tempus, pr
cibus impendebat, in quibus adeò efferuebat, totque lac
rymas profundebat; vt, quem occuparet in choro locum
irrigatum ſemper eis relinqueret; colebat mirificè Doct
rem Hieronimum, cuius ſolemni die, & natus erat, & ei
habitum ſuſceperat; eodemque, hanc vitam calamitoſa
cœlo mutauit. Cùm enim nulla præceſſiſſet ægritudo, in
Michaelis Archangeli die, finitis veſpertinis precibus, d
mum infirmorum ſe contulit, valetudinẽ tantiſper prote
dens, donec poſtulatis & acceptis, ea nocte, diuinis omni
Sacramentis, eâ ipſâ horâ animam exhalaret, quâ D. Hier
nymi Miſſa peracta eſt: quâ finitâ, cùm mors populo inn
tuiſſet, frequentes eò confluxêre, vt & emortuum conſ
cerent, & particulas veſtium eius deſumerent, ob eximiam
quam de Viri ſanctitate opinionem, conceperant; ſepult
eſt in ipſo loco, in hoc eodem conuentu : Vbi Complur
alij Famoſi Patres, quietis locum accepêre, quos breuita
ergò, neceſſariò præterimus: Teſtis eſt eorum, Marc: Oliſ
tertia parte Chron: libro nono, Capite vndecimo; ſimilit
inquit, In illis nouis Hiſpaniæ partibus, ſanctitatis memor
reliqu

iquit P. Franciſcus de Corannia, qui multis ante mortem
nis, peculiari Dei beneficio, à cunctis ſenſualitatis motib⁹,
er euaſit. Poſt mortem, corpus illius ſuauiſſimum ſpirauit
orem, carnes autem illius molles, ac tractabiles, inſtar in-
tis erant. Præter hæc ingenti pœnitentia ferbuit, & Ze-
tiſſima in proximum charitate: Sepultus eſt in conuentu
Franciſci, Mexici, vbi complures alij S. Fratres, (qui vita
rabili, & Indorum conuerſione cum miraculis, claruêre)
ræ mandati ſunt.

ta R'R. PP. Fratrum Roderici Bienuenida, & Michaelis de Torreionzillio, dequè Ioanne de Beiar.

CAPVT. XXXX.

IN S. Franciſci Conuentu, Populæ de Angelis requi-
eſcit Fr. Rodericus Bienuenida, Prouinciæ olim S.
Iacobi alumnus; ingenio pollens, ac Indorum ſalu-
n maximè ſitiens, in eas partes conuolauit; vbi poſtquam
licum idioma reſumpſit, tot populos, tùm intra huius
uinciæ fines, tùm quoque Xaliſcanâ in regione, præſer-
n verò in Valle dè Vanderas, (quam pientiſſimus Pater
ter Franciſcus Laurentius (dé quo libro tertio) à Monta-
quibuſdam Indis inhabitari curarat) ad fidem conuertit,
vix ſibi parem in ea re habuerit, fuit prætereà diligentiſſi-
is Dominicæ vineæ cooperator, virtute ſublimis: qua etiã
cauſa ab omnibus & in vitâ, atque etiam in morte, maxi-
a in veneratione recenſitus eſt. Frater verò Michaël de
rreionzillo, poſt ſuſceptum in Carthaginenſi Prouincia
noriticum habitum, atque poſt aſſequutam profundiſſi-
am quandam humilitatem, cum oratione, paupertate,
que ardenti charitate coniunctam, has ad partes veniens,
Mexica-

Mexicanam Loquelam quam citiſſimè didicit; & quod vi
reliquum fuit, licet exceſſiua quadam corpulentia graua
tur, aduerſaque premeretur valetudine, id totũ ad inſtrue
dos in fide, ſacraſque eorum confeſſiones excipiendas i
pendit, emenſis interim plurimis milliarijs, aſperimiſq
montibus ſuperatis: quare moriens hoc in loco, maximu
ſanctitatis odorem, omnibus notis, Teſtimonio dedit.

Id ipſum quoque præſtitit humillimus Pater Frater
annes de Beiar, qui iſtius Carthaginẽſis Prouinciæ alum
cùm Patre Fratre Iacobo Teſtera ex Hiſpania, huc ſub an
1542. properarat; adeoque Beatum Ioſephum Saluato
Chriſti nutriciũ, ac glorioſiſſimæ Virginis ſponſum col
& ſuis concionibus (vti par erat) extulit, vt cuſtodem ill
Virginis matris, vniuerſa hæc noua Hiſpania in peculiar
patronum ſibi aſſumpſerit. Fuit præterea piẽtiſſimus vir,
ſtatus ſupra modum obſeruans, præcipuuſque Euangel
paupertatis amator, inſuper & aliarum virtutum auid
mus; ſenſitiuo appetitui tantoperè iam dominatus erat,
nec aduerſitatibus fractus, nec proſperis aliquando ſuc
ſionibus elatus apparuerit; At ſibi ſimilis per vtrumque
tunæ latus, æquo, atque ſereno animo penetrarit. Quod
eius exceſſu publicè patuit: nam præmonitus à Medico
ad tranſitum prætpararet, quandoquidem intra duas h
moriendum eſſet: immutata facie, atque hilari animo
ſpondit: Immenſas ea tibi de re gratias ago, Deoque ſup
co, vt nuncio meo tantæ conſolationis vices, pro me, re
dere dignetur; nam nihil gratius auribus meis, hoc ipſo
ſonuiſſe valuiſſet. Cupio ſiquidem diſſolui & eſſe cùm C
ſto, vt tandẽ ille me recipiat, qui pro me mori dignatus
Cæterùm nihil (ex maximo Dei beneficio) mihi conſc
ſum, licet non in hoc iuſtificatus ſim. Quod ſi quid inte
criminis perpetrati me fugiat, id mihi ab illo miſeric
diarum fonte condonari deſidero. His dictis, maxima cu

tı

nquillitate,dierum omninò, atque bonorum operum cu-
ılo fætus, animã exhalauit. Patribus iſtis adiuncti ſunt alij
amplures, religione inſignes, moribus clari, ac ſanctitate
nſpıcui; qui ſuis concionibus optimiſq́ue exemplis,pin-
iſſimos fruct⁹ Dominicum in horreum intulêre plurimiſ-
e Indis ſalutis cauſam præbuere. Inter quos enumerandi
niunt PP.Franciſcus de Vinabaris Prouinciæ Burgenſis,Io-
nes de Almeda Prouinciæ Conceptionis, Melchior à Be-
uento Prouinciæ Sancti Gabrielis.

Vita P. F. Bernardini Marmorei, & P. Ioannis à Cruce, Aquitani.

CAPVT XLI.

A Govatclane Xaliſcorum oppidũ Conuentu S. Fran-
ciſci, ſuprà modum nobilitatur, religioſiſſimi Patris fra
tris Bernardini Marmorei, funere. Perdeuotus hic Pa-
conſumptis primis,idq́ue maxima cum laude in Conce-
onis Prouincia (vbi religionis habitu indutus erat) ali-
ot annis, ad has partes inuentas, tanta cura & ſollicitudi-
Indorum conuerſioni,& verbo,& vitæ exemplo intendit,
orũ pænè innumeros Chriſto pepererit,nihil interim ho-
n,quæ ſtatus ſui eſſent, adque ſtrictiorẽ obſeruantiam, &
Chriſtianam,religioſam perfectionem, exiguntur, omit-
s.Tuchpanis quod Xaliſcorum oppidum eſt,in Monaſte-
S.Ioannis Baptiſtæ pijſſimus, P. F. Ioannes à Cruce natio-
Gallus, ac Prouinciæ Aquitaniæ antiquioris alumnus,
n maxima ſanctitatis famâ,diem clauſit extremum. Pater
t candidiſſimis moribus, religione inſignis, iuxtàq́ue
leſiaſtes celeberrim⁹. Tãta præ cæteris apud Indos valuit
tia, vt piaculum exiſtimauerint inexpiabile, eius dictis,
in minimo morem non geſſiſſe.

Vita P. Franciſci à Cruce, & P. Franciſci Turrigiani.

CAPVT XLII.

NON abs re Conuentus Antlanis, apud Xaliſcos, Ind
rum ſumptibus, in Dominicæ transfigurationis hon
rem, pro Reformatis antè nonaginta annos erectus,
trobiquè apud Hiſpanos & apud Indos, maxima in venera
one tenetur: cum admirandæ religionis viri, ac præſtant
ſimi Patris Fratris Franciſci à Cruce corpus in eô terræ ma
datum aſſeruetur. Venerabilis Pater ille, ex Bæticâ Prou
cia, in qua religionis indumentis honeſtatus erat, ad reg
nes has excurrit, poſtquam Pariſijs non paucis annis hum
nis diuiniſquè litteris, animum excoluiſſet, quibus med
Indico ſimul ſermone ſuperato, tantis in vinea Domini
creuit progreſſibus, vt parem vix ſciatur in conuertendis
dis habuiſſe. Interim nihil eo abſtinentius, nihil contin
tius, nihil humanius fuit: quippè qui perpetuam caſtitat
cum profundiſſima quadam humilitate coniungens, inſ
diſſimis radicibus terræ, obſoniorum imò alimentorum
co, & ſimplici limpha malorum medicorum ſucco dilu
vice poculentorum vteretur. In eius deniquè (vt pa
multa dicantur) ſanctitatis teſtimonium, vt primùm
hac miſerâ vitâ ad felicem patriam, inter ſanctos DEI
æternũ numerandus, euolauit, prædicti Monaſterij camp
nullo motore, per ſe, ſonuerunt. Nec minus exornant ill
Conuentum Capotitlanis (quod Xaliſcorum oppidum
ab eius incolis, non ità pridèm in Beatæ Mariæ Magdal
honorem erectũ, pientiſſimi Patres, fratres Franciſcus T
rigianus, ac frater Ioannes Serrado ibidem ſepulti, qua
frater Franciſcus à Cruce proximè collaudatus. Enimu
Ioannes Serrado Chichimecarum Infidelium Indorum

lu

tem Chriſtiana pietate ſupra modum ſitiens, ad eas (relictâ
terim probo cuidam patri, Conuentus ſui curâ, & Vicaria-
, in ſua abſentia) tædioſis difficilium viarum ſcrupulis,
orupit; dumque animarum lucris intenderet, Mercator
licus, Barbarorum ſagittis, pretium margaritæ Euangeli-
, moriendo recepit, & cõfoſſus eſt, cuius de morte trium-
antis gloriam, libro tertio expediemus. Alter verò, frater
mpè Franciſcus Turrigianus, cum Euangelicæ pauperta-
, obedientiæ, & caſtitatis obſeruator eſſet eximius, Indi-
mque idioma peroptime calleret, à tempore, quo hanc
ouinciam inijt, ad vltimum vitæ, à ſacris concionibus, pi-
que adhortationibus, & Sacramentorum adminiſtratione
uibus exercitijs innumeros ferè populos Catholicæ adie-
Eccleſiæ, hæredeſque regni cæleſtis conſtituit) vel minu-
intermedio non reſpirauit.

e Fratre Simone à Bruxellis, de P. Ferdinando Secura, de P. Stephano & P. Michaele à Bononia, quorum Corpora in Prouincia Mechioacanis, & Xaliſci quieſcunt.

CAPVT. XLIII.

AMACHECÆ Xaliſcorum oppidi, in Conuentu S. Fran-
ciſci, vita deceſſit, venerandæ caniciei Frater Simon à
Bruxellis, Prouinciæ inferioris Germaniæ alumnus, ac
cus profeſſus: qui cum per quinquaginta, eoque plùs an-
s, Diſcalceatis Sacerdotibus in fælici Indorum conuerſio-
ſedulò famulatus fuiſſet, octogenarius tandèm huic ſæcu-
ſubtrahitur. Cum monaſterium S. Ioannis Euangeliſtæ
eiaquei Xaliſcani oppidi, horrendo quodam terræmotu,
m plurimis alijs huius Prouinciæ ædificijs ſterneretur, ad-
irandæ religionis P. F. Ferdinandum à Secura, qui pauper

paſſim appellitabat, ſua ruina oppreſſum, inuoluit. Cuiu
ſanè Patris paupertas incredibilis, humilitas profundiſſim
oratio ſupra modum feruens, & continua, & charitas arde
tiſſima extitêre: Proindè peculiari quadam veneratione
omnibus, præſertìm ab Indis, celebratus, maximum mori
tis ſui deſideriũ, vulgò ſuſcitauit. Collapsũ autẽ Monaſteri
ab ijſdẽ Indis eleganter ſatis nouatum, ac reſtitutum fuit.

Eiuſdẽ terræmotus vim expertus Conuentus S. Michael
in oppido Cotolane ſitus, ruina ſua, religioſiſſimum P.F.St
phanum ab Antiqua mellaria (vulgò Iuente Oueiuna) mi
rabilitèr oppreſſit. Cuiꝰ mors tantò Indis ingratior fuit, qu
tò eius vita illis erat vtilior. Locus in tãti patris defuncti g
tiam perfectus, & redintegratus illuſtrior euaſit.

Chiapalæ oppidi habitatores, inter omnes Xaliſcan
Populos, noſtri ordinis, atque Catholicæ fidei, obſeruanti
mi, pariter & ſolidiſſimi comperiuntur: qui Chriſtianã diſ
plinam, nõ ita pridem à fratribus noſtris edocti, inuiolat
eam, illæſamque in hæc tempora cuſtodierunt, & Monaſ
riũ S. Franciſci ibi cõmunibus impenſis erexerunt. Hoc
nique Monaſterium, funere ſuo commendatiſſimum red
inſignis P. F. Michael à Bononia, qui ex Bononienſi Prou
cia, vbi Minoriticum induerat habitũ, fama duodecim p
rum Reformatorum commotus, ad iſtas vſque partes pe
trans, Mexicanam, Taraſcam, Othomicam, Caſanicã, Teq
xanã, atque Icacanicam, Indorum Linguas, infrà breuiſſ
temporis ſpacium, nullo negotio concepit, & ſacris Conc
nibus innumeros ferè, id genus Idiomatum, populos, ab I
latria, ad Catholicam fidem expeditos, induxit. Fuit paup
tatis obſeruantiſſimus, Religionis Franciſcanæ Zelotes
æſtimabilis, omniumque virtutum ſtudioſiſſimus: Qua
obrem acceptus Indis, maxima veneratione, & à fatalib
ſuis continuè ſanctitatis Encomio, & vbiuis earum genti
præconio coruſcat.

De

Patre Fatre Gonſaluo Mendez, qui fuit vnus ex Fundatoribus Prouinciæ Nominis Ieſu de Guatemala.

CAPVT. XLIV.

VB Paulo III. Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono, à Patre Vincentio Lunello Miniſtro Generali, ex Prouincia Sancti Iacobi, ſex religioſi Minoritæ, Frater cet Alphonſus Eras, Didacus Ordonez, Alphonſus Bru-o, Didacus Aluachius, ſiue pesſquius, Franciſcus de deras, & Gonſaluus Mendez, in nouam Hiſpaniam ordi-ſunt. Qui conſcenſo, Hiſpali, nauigio, & Oceano mari erato, in veræ crucis portu aliquandiu ſubſtiterunt, ec attrita laboribus corpora refocillaſſent, ſuppeditan-nterim, neceſſarios ſumptus, Reuerendiſſimo Franciſco roquinio, primo Guatemalenſium Epiſcopo: Atque in S. Martini, Anno milleſimo quingenteſimo quadrage-o inde ſoluentes, cariſſimo interim ſocio, & communi ico P. Alphonſo Eras, in mortem præmiſſo, Guatemalã dem nobilem ciuitatem, poſt plurimas ſuperatas itinerũ cultates, ac plùs minùs mille milliaria pedibus emenſã, olumes peruenerunt. Vbi ab Hiſpanis eiuſdem ciuitatis datoribus, & circum iacentis regionis expugnatori-, ſed & ab Indis ad fidem de nouo conuerſis, humaniſſi-recepti ſunt.

Poſt tranſactos verò aliquot ab huiuſmodi aduentu dies, gnatum ab eodem Epiſcopo, & à regio conſilio, inter e-dem Guatemalicæ ciuitatis mænia, fundum ad Conuent⁹ entiam, ex diuerſis fidelium eleemoſinis, collectantes, in rimùm incubuerunt, vt Indicum eius patriæ ſermonem iſcerent. Cùm autem meſſis copioſa, operarijs paucis ceret, miſſus eſt de reliquorum patrum, deque prædicti

Epiſcopi, ac regij Conſilij conſenſu, in Hiſpaniam Frat
Franciſcus Valderas Laicus profeſſus, vt commotis in l
opus ſuperioribus, fratres deligeret, quos adducens qu
tociùs ad illos reuerteretur: Frater Franciſcus, vt erat d
gentiſſimus, breuiſſimi temporis interuallo in Caſtellan
conferens, duodecim probatæ vitæ religioſos noſtri ord
electos, properè in nouam Hiſpaniam conduxit: At tan
maiori parte, non ſuſtinente aſperitates, & longitudine
itineris, inter Mexicum & Guatemalam, interiectam, ide
in ipſa viâ lethalibus miſerijs pereunte. Quare minutu
ſubſidium cæteris acceſſit ex eorum aduentu. Ceterùm
hoc caſu, quadriennio expedito, religioſiſſimus Pater Iac
à Stora, in partes illas cùm ducentis fratribus ex omnib⁹
Minoriticis Hiſpaniæ Prouincijs, pro voto delectis; ac
vniuerſas Indiæ Prouincias diſtribuendis, à Generali n
ordinis Miniſtro, Commiſſarius Indiarum ablegatus eſt;
ex his, duodecim Prouinciæ S. Iacobi alumnos, Guatem
Conuentus religioſis annumerandos, cenſuit. Eò factum
vt multiplicatis in iſta regione fratribus, ac vno vel al
conuentu de nouo cõſtituto, Cuſtodia nominis Ieſu de G
temala à patribus, quorum interfuit erecta, ipſiq́ue Pro
ciæ Diſcalceatorum S. Euangelij annexa fuerit. Deni
Anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, c
(inſtante P. Laurentio Bienuenida) ante quinq́ue anno
Guatemalica, & Iucatanica Cuſtodijs, vnica Prouincia fu
conflata. à R P. Aloiſio Puteo in Generali Capitulo Va
leti, vtraq́ue, ad Prouinciæ dignitatẽ, Cuſtodia enecta f

Eſt igitur Guatemala nouæ Hiſpaniæ Regio, ea
temperatiſſima, maiori ex parte montoſa, cypreſſis fera
ma, & plurimis concitatioribus fluuijs irrigua. Non pa
prætereà, eiſq́ue fertiliſſimis vallibus amæna, carnibus
mento, inſuper & Indico eo fructu, amigdalis ſimill
(quo iſtius patriæ nationes pro quadrante, ſiue ære

c

â,in ſuis contractibus vtũtur) ex quo fit potus,(hunc ca-
Indicè appellant)& ipſa ſupra modũ abundãs terra, ſuos
las diuitijs cumulat. Ediciſſimis montibus, præſertim
us auſtralem Oceanum ditatur, quorum tres aut quatu-
atentibus in ſummitate hiatibus, modò cineres, modò
m, modò ſparſam arenam vomitant, inſuper & perop-
abundat ſulphure; vt meritò, huiuſmodi Patria Puteo-
mparari poſſit. His quoque accedunt plures thermæ,
æ quoque Puteolanis omninò ſimiles. Hæc igitur Pro-
ia nominis Ieſu de Guatemala, ad quingenta circiter
iaria Italica in longitudinẽ extenditur, ſed in latitudine
ſtiſſimè patet, cùm omnes ferè eius Conuentus, qui
o milleſimo quingenteſimo octoageſimo quarto, erant
ero quindecim, tanquàm per rectam dictæ longitudi-
neam, conſtructi ſint. Gens interior Guatemalica ante
aginta annos, ſilueſtris omninò, pigerrima, & Idolola-
dedita, belluiniſque prædita moribus erat, ſed & fe-
m more vel cauernas, vel caſulas, impoſitis lignis, in
tium ſalebris ædificatas inhabitabant. Tamen iam
à noſtratibus edocta, conſtructis oppidis, plurimiſque
naſijs, & Eccleſijs, modo cultiori fabricatis, idololatria
gè profligata, ſub Chriſtianis legibus agit, inſuper & ag-
tque hortos diligentiùs excolit. Frater itaque Gonſal-
inter primos huius Prouinciæ Fundatores fuit. qui inter
memoranda, Cùm videret oppidum S. Iacobi de Atit-
inter duos aſperrimos ac editiſſimos, inuicem oppoſi-
atque igniuomos montes conſtructum, plurimis infi-
bus Indis abundare, nèc eſſe, qui eis ſalutis remedia tra-
t, ex charitate compatiens ijs, Conuentum inter
medijs porrectis) erexit & omnes Atitlanẽſes infra bre-
mi temporis ſpacium ad fidem conuertit, ac ſacro rege-
tionis lauacro expiauit. Sed & locum, ad latus Aquilo-
Atitlanis, profundiſſimè in latitudine magna dehiſcen-
tem,

tem, qui aliàs ſterilis erat, adductis ex mari piſcibus,
cundiſſimam piſcinam reddidit. Vnde & Aticlanenſes q
tidie ſaturati, lucrum non aſpernandum reportant, id
q́ue non ingrati, ſingulari amore Fratres noſtros proſequ
tur, ac tanquam patres venerantur. In ipſa etiam ciuit
S. Iacobi de Guatemala, nunc Almolonga, primum ere
ipſe Pater Gonſaluus conuentum: Prouincialatus mun
ſemel, ac ſecundò, in illa, laudabiliter functus eſt; adeò
profeſſionis, ſuiq́ue ſtatus apicem æmulabatur, vt nunq
vel ſenio confectus, vel laboribus attritus, aliud à nudo
re, & ligneo ceruicali, in lectum admittere, vel inter a
rimos montes, aut exequendi muneris, aut prædicandi
ſa, equitare voluerit; vel tantillum à ſacra lectione, a
oratione, aut etiam ab Indorum in fide inſtructione, de
to parciſſimo tempore, quo ſomno coactus indulſit, r
rarit. His igitur, & alijs de cauſis, à Guatemalicis, qu
moriẽs, maximum ſui deſiderium reliquit, non ſecus q
Amicus Deo cariſſimus habetur. Qui quinto Maij,
milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo, pro v
tri Ioanni Caſero prædixerat, è viuis exceſſit, ad cœlos,
ſanctis, & electis Dei numerandus, aſſumptus.

De Patre Fratre Franciſco Colmenario, Sep in Conuentu S. Franciſci.

CAPVT XLV.

QVIA Ciuitas S. Iacobi de Guatemala, ad igni
montis radices, in ampliſſima valle ab Hiſpanis
cata, poſt aliquot annos ſub cuiuſdam noctis ſil
erumpente, per diuerſas partes lacu, qui in iſtius mont
ceribus latebat, & præcipiti curſu vniuerſam vallem,
ipſamq́ue S. Iacobi ciuitatem inundauit, maioremq́u
mo

um partem ad terram deijciens, plurimas eius accolas
æfocauit, tandem Vrbs ab ijs, qui ex tanta clade reſidui
erunt, omninò derelicta fuit, aliaque ad duo indè millia-
ſub eodem S. Iacobi titulo, in locum eius erecta. Quæ ſa-
tanta amænior tantoque & altera maior eſt, quantò fœ-
ndiorem, & planiorem fundum occupat: Ea enim aëris
nperie per totum annum fruitur, qua temperatior Italiæ
rs, menſe Aprili frequentiùs gaudere conſueuit. Quo fit,
idantibus perpetuò pratis, arboribuſque virentibus, eius
lis accolæ (qui vt plurimum ſunt Hiſpani) lætiſſimos du-
it dies, atque Neſtoreos (vt aiunt) viuant annos, igitur
ius ciuitatis (ad quam & Cathedralis Sedes, & regium
oque Concilium tranſlata fuère) primarij fundatores, nè
li apud veterem ciuitatem, quæ nunc Almolonga dicitur,
nanſuri, continua fratrum præſentia, priuarentur, relicto
s non ita pridem à ſe ædificato Conuentu, alium eo multò
gantiorem, multoque auguſtiorem, intra primæ ciuitatis
ificia, ſub S. Franciſci titulo, ex publicis facultatibus con-
endum allaborarunt. Sed neque ex facta eiuſmodi trãſ-
one, omne penitùs periculum declinarunt. Nam Anno
leſimo quingenteſimo octuageſimo primo, vigeſimo
to Decembris, ex igniuomi alterius montis (qui ad tertiũ
idem indè tumeſcit) cacumine, tantus repentè ignis pro-
it; vt vniuerſam circumquãque regionem cùm ipſa ciui-
in fauillam ſoluturus crederetur. Sequenti verò die
tamque ſpiſſi cineres, ex eiuſdem montis viſceribus pro-
ère, vt vniuerſa valle & vrbe conſperſis, aër omninò ca-
noſus, atquè atræ nebulæ ſimilis redderetur; & ciues
meridiem luminibus vti coacti fuerint: diſcurrentibus
erim mulieribus & maribus per montes, perque cauer-
, atque præ timore areſcentibus: & niſi validus quidam
realis ventus ex ſingulari Dei prouidentia, citra ſpem,
itatus, huiuſmodi cinerum ſcaturiginem compeſcuiſſet

(cæteraſque ſubiectas in gyro regiones, altiùs contegend
ad trecenta, & vltra, milliaria, ſua vi propuliſſet) deſ
renda & illa ciuitas, indubiè ab incolis fuiſſet.

Sed nec hìc malorum finis: Nam ſequenti anno ſu
ipſo Ianuario, tantus repentè ignis, ex eiuſdem igniuo
montis cliuo proſilijt, qui per viginti quatuor horas co
tinuas durans, rapidiſſimi cuiuſdam fluminis inſtar, ver
inferiorem montis partem diſcurrit, & duriſſimos etian
lapides crematos inflammans, proceras arbóres ſubitò i
fauillam conuertit, boantibus interim ex eodem mont
Tonitruorum fragoribus, & fulguribus, tùm quoque ig
tis ſpiculis, cometarum inſtar, in vagum ſibilantibus. Vn
exeſa à flammeo igne terra, plurimis in partibus ſuis viſ
ribus hiulcabat, & integrum Indorum oppidum, ad ſex m
liaria inde longinquum in cinerem redactum eſt, nem
tamen per Dei miſericordiam læſo, eò quòd omnes viſo t
horribili ſpectaculo, fuga, propriæ ſaluti conſuluiſſent:
quinque flumina ex eodem monte, ad Auſtralem Oceanu
diſtinctis alueis procidentia, æſtuantibus, ac ſuprà modu
calentibus aquis, per plurimos dies tramitti minimè pot
runt, & quotquot Guatemalicam hanc ciuitatem, & ad
centem vallem incolebant, deſperata corporum ſalute, m
tem præſtolabantur. Quamobrem Diuinum auxilium
ploraturi, Diuum Sebaſtianum Martyrem, in peculiare
patronum aſciuerunt, ſanctè promittentes, ſe illi ædicul
erecturos, ſi tantum diſcrimen eius interuentu euaſiſſ
Vt igitur primùm in hæc verba ſanctè iurarunt, ſtatim fla
ma ceſſauit, nec ab eo tempore, in præſens, quid ſimile
ſum fuit. Proindè pij ciues voti memores, pulcherrima
Eccleſiam in eiuſdem Sancti Sebaſtiani honorem, intra
uitatis mænia ſumptuosè ſatis conſtruxère. Cæterùm
ua hæc Ciuitas omnibus affluens: omni beneficio, om
que animi affectu, Fratres noſtros noui Conuenti Inco

pr

oſequitur; tanquam religioſiſſimos patres, ac de Catho-a fide optimè meritos, quorum præſentiâ ad hæc vſque ſtra tempora, hic locus floruerit. Ex horum numero ère præſtantiſſimi patres, Frater Gonſaluus prædictus, Fra- Alphonſus de Scalona, & Frater Franciſcus Colmenarius ui per ſex continuos annos in hac Prouincia laborauit.) c ſiquidem cum per triginta quinque, eoq́ue plures an-s, ſacris concionibus, atque Indorum ad fidem conuer-ni (extremæ interim cuiuſdam paupertatis, atque pro-ndiſſimæ humilitatis cultor) ſummâ curâ, ſummaq́ue licitudine incubuiſſet, cum maxima ſanctitatis opinione, pſo Conuentu diem clauſit extremum. Ad cuius etiam ius, quotquot erant in Ciuitate, ſiue Indi, ſiue Hiſpani, viri n mulieribus conuolarunt, vt quiſque vel habitus, vel eris, vel crinium particulam habere poſſet. Nec mi-ri: cùm eius nudum chyrographum ad incurabile vlcus oddam applicatum, Alphonſum Gutierrez integræ ſa-ati reſtituerit. Cùm enim is ex eo morbo grauiſſimè, & q́ue recuperandæ ſanitatis ſpe, laboraret, deuotiſſima s vxor Ioanna Copetia, (quæ patrem Franciſcum Col-narium ſingulari quadam veneratione proſequebatur) plex ad eum ſcripſit, vt maritum ſuis ad Deum preci-s commendatum habere dignaretur. Literario itaque ac-cepto reſponſo, pia mulier, ſcripturam Patris (vt ſuprà meminimus) coniugi admouit, qua contacta, vir ſanitatem, recepit.

De Patre Laurentio Bienuenida, qui fuit vnus e primis Apoſtolis, & fundatoribus Prouinciæ Iu- catanicæ, & Guatamalicæ Nicaraguæ.

CAPVT XLVI.

EA regio, quæ Iucatan ab Hiſpanis, ab Indis verò Mai
than, ſiue Maiapan appellatur, peninſula eſt, cùm
Oriente, ab Aquilone, & ab Occidente Auſtrali Oce
no mari alluatur, cingaturque; & à Meridie tantùm co
tinenti, eique vaſtiſſimo annectatur. Amplectitur pr
tereà Coſumelem Inſulam, pro maiori parte inhabi
tam, eamque Prouinciam, quæ Tauaſco Indicè dicitu
Eius longitudo, quæ ab Oriente in Occidentem proce
trecenta perficit milliaria: latitudo verò, quæ ab Aq
lone in Meridiem, per vaſtiſſimam quandam ſolitudine
maioremque ex parte inhabitatam protenditur, mu
magis patet. Ad hanc igitur Iucatanicam Regionem
ſpani, Caroli Quinti Germanorum Imperatoris, ac Hiſ
niarum Regis milites, ſub anno à partu Virgineo mill
mo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo, primò applicuêr
eamque deuictis barbaris eius accolis, ſui Regis Impe
ſubiugarunt. Cùmque poſt elapſum ſeptenniu
nempè Anno Domini milleſimo quingenteſimo trig
mo quarto, eâ relicta, in Peruranum Regnum ſe co
liſſent: Religioſi quatuor Franciſcani ſub egregij P. F. Ia
bi Teſteræ curâ, atque obedientiâ, illis ſucceſſère. H
Indi, mirabili clade ab iſtis militibus accepta, ſup
modum exaſperati, atque militarem eorum licentiam
crantes, nullo pacto admittere voluerunt, niſi ſancto Iur
rando emiſſo, ſe nullo vnquàm tempore huiuſmodi mil
ad eos introducturos. Quibus iuratò pollicentibus, & Ca
licam fidem per quoſdam Indos, ex Mexico nouæ Hiſpa

oriun

undos interpretes, prædicantibus, tanta Iucatanicis ijs is, Chriſtianæ religionis amplectendæ inceſſit cupiditas, nfra quadraginta dierum ſpatium, quindecim potentiſſi- principes idola, quibus olim ſacrificare ſolebant, com- enda, proprioſque liberos eadem in fide inſtruendos, ac nis moribus imbuendos patrib⁹ detulerint, illiſque Gym- ia, Eccleſias, & habitationes liberali ſumptu produxerint; andem datis, propria ſponte, quibuſdam teſſeris chyro- phorum inſtar, ſanctè iurauerunt, Regis Caſtellæ dictis, nandatis perpetuò morigeraturos. Quod à ſæculo in iſtis tibus non eſt auditum. Hoc modo proſperata Religionis riſtianæ re, in partibus iſtis, ſuperuenêre ex inſperato O- decim equites, totidemque pedites Hiſpani, qui aduecta indè idola, iſtius patriæ Indis (ex militari licentiâ) ven- e niſi ſunt, ſubijcientes, ne religioſis aures vllatenùs ac- nmodarent, niſi fortè rebus ſuis minùs conſultum cu- ent. Quibus tamen fratres pro viribus reſtitêrunt, ſed ſtrà; deprauatis illorum animis, & aurum cùm argento ximè depereuntibus, vt Indi eorum conſpectu vehemen- exaſperarentur. Quamobrem, ne plebis in ſe veſaniam res boni magis concitarent, arreptam crinibus occaſſio- n è manibus ad temp⁹ elabi permittentes, in ſancti Euan- ij Prouinciam (maximo interim affecti dolore, quod ſe- na à ſe iacta, non altiores fixiſſent radices) non ſecùs, ac de ginquo exilio quinque illi Fratres remearunt. Poſt elap- n verò decennium, nempè anno Dominicæ incarnationis lleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, inſignis ter, ac ſuprà modum ſollicitus Frater Laurentius Bienue- la, quatuor alijs adiūctis, in Prouincias illas redijt, & capta catanicorum beneuolentiâ, conſtructa à præcedentibus inque Franciſcanis Meritæ, atque Campechij domicilia Gymnaſia recuperauit, Indis quoque à fide Catholica in- lolatriam relapſis, ad primam fidei Catholicæ frugem

non ſine ingenti lucro, receptus, proſperari cœpit. Inte
omnes verò patres, qui iſtis in partibus maximè laborarun
principatum facilè obtinet Frater Laurentius Bienuenid
Nam is nulli penitus labori ſuccumbens, ſemel, iterum
iterumque noſtram Europam nauigio repetijt, & mordic
egit, vt Iucatanicam Prouinciā erigendam, erectamque, r
ciperet. Primò ſiquidem ſub anno Domini milleſimo qui
genteſimo quadrageſimo octauo, apud venerabilē Patre
cognomine Buſtamente, Generalem Indiarum Comm
ſarium Mexici degentem, obtinuit, vt iam dictæ Mexican
& Capechiana domus, Iucatanicam in Cuſtodiam erigere
tur. Deinde Generale toti⁹ noſtri Ordinis Capitulum, Aq
læ, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſin
octauo, celebratum accedens; vt ex Guatemalica, & h
Iucatanica Cuſtodijs, vna conflaretur Prouincia, ac propr
parêret Miniſtro, apud patres euicit. Tùm demùm ſub a
Generalibus noſtri Ordinis Comitijs Valiſoleti, apud Hiſ
nos, ſub anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexage
mo quarto, celebratis, à R.P.F. Aloijſio Puteo Generali Mi
ſtro, cæteriſque, quorum intererat, patribus, impetra
vt Iucatanica Cuſtodia, quæ ſimul cùm Guatemalica, P
uinciæ titulo decorabatur, ad peculiaris Prouinciæ digni
tem, ſub nomine S. Ioſephi de Iucatan, & ſub proprio Prou
ciali Miniſtro, promoueretur. Nec tamen interim alij q
tuor otio vacarunt: nam eorum alter, Frater ſcilicet Io
nes à Ferrarià, qui poſtmodùm ſub Chichimecis Mar:yr (e
ſit) ſcholas apud Iucatanicos erexit, inibique humanior
literas docuit. Alter verò Frater Ludouicus Villalpande
Indicam linguam in ordinem, atque certas regulas, quil
facillimè addiſceretur, edito libello, redegit. Reliqui v
duo, infidelium conuerſioni diligentius incubuêre.

Huic igitur ſollicito Patri Laurentio, dùm aliquando
Iucatanica Cuſtodia (cuius Cuſtos erat) Nicarraguam,

Coſt

tarican adijſſet, & ſuperuenientem Patrem Alphonſum
anzos, (qui in his Prouincijs cùm duobus religioſis, ver-
Dei ſeminando diligentiùs laborabat) in Guatemalicam
todiam, ſecum reducere vellet, aliter quam ſperabat
ceſſit. Nam qui Patrem Alphonſum reducere geſtiebat,
caciſſimis eiuſdem rationibus omninò deuictus, apud eũ
nmorari coactus eſt: vbi per triginta, eoque plures annos,
ltimum vitæ, cùm innumero animarum lucro, perſeue-
t: Frater autem Laurentius, aliquot alios operarios, qui
dediti erant, vt maturas iſtis in partibus ſegetes ſecum
erent, conciliaturus, celeri conſcenſo nauigio, in Hiſpa-
n trãsfretauit; vnde poſt inſignem comparatam biblio-
cam, factoque triginta fratrum delectu, ad has partes re-
litur. His igitur auſpicijs, cùm Eccleſia Catholica iſtis in
onibus non vulgare incrementum accepiſſet, atque Ni-
guica hæc Cuſtodia, ſupra modum, per ſexcenta Italica
liaria diſtenderetur, nè interim eius proſperi progreſſus
ruarentur, & à fructu elumbes aliquandò fierent, Reue-
diſſimus Pater Antonius Saias Prouinciæ Bæticæ Alum-
, qui ad Nicaraguenſem Epiſcopatum, per id tempus
mptus fuerat, à Patre Franciſco Guſmanio, Indiarum
ierali Commiſſario, ſub anno milleſimo quingenteſimo
uageſimo ſeptimo, triginta Fratres delectos ex Hiſpania,
Patre Petro Hortitio deducendos in hanc Cuſtodiam,
etrauit, eamque in Prouinciam nomine S Georgij nun-
atam, erigẽdam accepit; Quemadmodũ in Capitulo Co-
aquæ Nicaraguæ Metropolis, habito, exaltata fuit.

Intereà Frater Laurentius, & ſequaces, Indorum con-
ſioni apud Caſtaricanos ſolicitiùs intendebant, & grauio-
ıs quibuſdam ſatisfacturi negotijs, huiuſmodi comitijs
ıére. Cumque in Sinarum regnum nauigare pararent,
gijs Miniſtris, & ab ipſo Patre Petro Prouinciali impediti,
erminis ſuis remanſerunt, & cùm reliquis tantùm vtili-

tatis


tatis illi nouæ Eccleſiæ contulerunt, vt per Bienniũ illu
ad quatuor Infidelium millia baptizarint, & plures Mino
ticæ domus, in Caſtanicæ partibus erectæ fuerint, adeòq
Anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto, du
decim Conuentibus, hæc Prouincia ampliata fuit. Deniq
Pater Laurentius tot tantiſque laborib⁹, in fundatione pr
dictarum Prouinciarum atque, in gentium illarum conue
ſione decoctis; Plenus dierum & pietate fætus, in eâ Proui
ciâ, finali Agone proſperè deceſſit in Domino: Reliquit a
tem in eadem & Iucatanicâ, circa annũ Domini 1580. Co
uentus Patrum erectos vndecim, cùm 12. domibus doctri
libus, & in ſingulis duos Fratres, qui Innumeram Iuuentu
multitudinem, Chriſtianâ cathecheſi eleganter exornant

De Patre Franciſco à Turre.

CAPVT XXXXVII.

MERITÆ (quæ inſignis, Iucatanicæ Regionis ciui
eſt) in Conuentu Matris Dei, honeſto loco tumula
iacet, Frater Franciſcus à Turre, qui ex Prouin
Bætica eò concedens, vnus ex primis Reformatis Iucatan
Prouinciæ Fundatoribus erat, in eaque aliquoties Cuſtode
& Miniſtrum ſpectabilem egit. Fuit incomparabili Hum
tate, vt omnibus Indis, & Hiſpanis, genti militiæ & toga
omni acceptione dignus æſtimaretur. In Indorũ verò cõu
ſione vix alterum parem habuit. Callens enim Iucatan
idioma, iſtis Prouinciæ barbaris, facilè quiduis inculcãs p
ſuadebat. De cuius ſanctitate, hæc refulſêre indicia: quòd
delicet plurima prænouerit ſpiritu diuinante, quæ exitu
probata ſunt: infirmitatem (ex qua demũ occubuit) no
ſolùm patiẽtiſſimè, ſed lætanter plurimis annis tule
rit, quodq; tandẽ, paulò ante mortẽ, à terrâ
in aëra ſubleuatus, (tanta fuit vis ora-
tionis) viſus fuerit.

Hic Imago 12. De



Landa Deum Spectris opponit et ignibus instat.
Alphonsus. pueris, itq; præitq;. docens.

Garsiaq; indigetans Crucifixum Gent
Quod digitus Doctor. dextera Christ

(12)

Biſchoff Landa, macht Zu ſchanden.
Den teüffel. Alphonsus wandrett.

Zur lher der haydn, mit den K
Garsias thuet das Creütz erha


De Reuerendiſſimo Patre Didaco Landa, Epiſcopo Iucatanicorum.

CAPVT. XLVIII.

I EMORATIS duobus præmiſſis tãtis patribus, añectare libet pientiſſimũ, atque Catholicæ Religionis iſtis in partibus, propugnatorem olim acerrimum, fratrem cet Didacum Landam, Prouinciæ Caſtellæ alumnum, poſt plurimos in Indorum Conuerſione exanclatos la-es, ad Epiſcopale munus apud Iucatanicos aſſumptus, deprauatos mores, & Hiſpanorum viuendi licentiam, ndos ſæuientium, vehementiùs liberiùſque obiurgaſſet, gnam Chriſtianæ huius libertatis apud multos ſubijt in-am ſtrigibus interim, & maleficis Jndis, (quibus hæc ia ſcatet) quòd in id genus ſeueriùs animaduerteret, ſiſſimus. Quarè frequentioribus inſidijs ab ijs pulſaba- quas omnes, diuinâ protegente virtute, inoffenſo cal-mpreſſit. Sæpè eum itinerantem ab equo, profundiſ-ım in fluuium excutere conati, virum immobilem iu-ito, luxare nequierunt. Sed Epiſcopus bonus niſibus ım; propugnante eum pulcherrimo quodam puero ipſi poſtmodùm faſſi ſunt) valentèr illuſit. Dùm vigi-iſſimus Præſul (in minoribus agens) Guardianatus offi-n, Minoritico in Iſmalenſi huius Prouinciæ Conuentu, Anno Domini 1553. ſuſtineret, tanta inualuit ſuper-am fames, vt paſſim Indi, cum Hiſpanis inediâ præfo-ntur. Reſtabant eius ſterilis anni ſex adhuc menſes: frumentum in horreo reconditum, ſuſtentandis per-nſem fratribus reſpondiſſet: Ipſe verò, Dei prouiden-onfirmatus, ſpem auitam inducens, præcepit (commi-tione pientiſſima) nè cui pauperi, portam pro impe-da eleemoſyna pulſanti, panis denegaretur, Mira res!

Ex puſillo Fratrum frumento in panes redacto, & fratrib
& cæteris Eccleſiæ miniſtris & cantoribus (qui num
erant viginti) & vel ipſi maiori oppidanorum cætui, p
integrum ſemeſtre abundè ſubminiſtratum eſt, & in e
temporis fine, eadem penitus frumenti menſura, quaſi pe
tùs intacta, reperta eſt. Quod diuinæ prouidentiæ (quæ
res ad pias tanti religioſi preces, & confidentiam inclina
dignata fuerit) tribuendum agnouerunt. Præterea relig
ſiſſimo hoc paſtore, ad populum pro ſuggeſtu de ſacro Eu
gelio concionē habente, viſa eſt ſæpius à circumſtante co
na, ſupra caput eius ſplēdidiſſima ſtella. Obijt denique p
tiſſimus Epiſcopus, ſub Añо Dominicæ Incarnationis 1
ad cuius funus, quotquot ei aduerſati & inſidias moliti
rant, repentè mutati, occurrerunt, & communi elogio
ctum virum, Deoq́ue carum prædicauerunt; eius co
pus, honorifico reconditur ſepulchro, in Cathe-
drali Iucatanici Epiſcopatus Eccleſia, vbi
ſingulari veneratione celebratur.

Hic Imago 23.



Herbarum libant ſuccos, furiasq; minantur.
Præconi: æternos, obÿcit ille, focos.

At ſocii ſublimé datus, crucis arma d
Mors patiens, uitam ſanguine, nixa parit.

(13)

Die trincken da der Kraütter moſt.
Wellichs Jenen gar das leben Koſt.

Sie dröwen ihnen, Creütz vnd
Doch bleiben Jene vöſt beÿ

Vita Patris Alphonſi Betanzos, Coſtaricanorum Apoſtoli.

CAPVT XLIX.

A D decorem Conuentus S. Franciſci Carthaginis, (quæ Coſtaricanorum celebris eſt ciuitas) præter inſignem bibliothecam in eo erectam, accedit venerabile funus gioſiſſimi Patris Fratris Alphonſi Betanzos, quo ſuprà dum honeſtatur. Primus ſiquidem Fundator fuit, Nica-uæ Prouinciæ S. Georgij (quæ intra fines ſuos per ſex-ta millia Nicaraguam, Coſtaricam, ac profunditates ſpanis las Honduras)&ampliſſimas Regiones, inter Gua-alam, & Quito concludit. Hic plurium linguarum, ſertim verò Indicarum, experientiſſimus, ex Guatema-, Reformatorum Cuſtodia, (cuius alumnus erat) ad has tes, vt moleſtias & vexas forenſium hominum magnâ niuriâ ſuſcitatas, ad tempus deflecteret: Anno milleſimo ngenteſimo quinquageſimo quinto confugit. Vbi ad entibus alijs duobus Minoritis(qui cùm Licentiato quo-n cognomine Cauallon, ex Hiſpaniâ, eò commearant) Indos ad Chriſti fidem conuertit, tamque vberes fructus, re, & ſermone, Domini in aream introuexit, vt ſtupere at recogneſcentẽ: Ternario igitur iſti vehemẽter æſtuāti ineâ Domini, ſuperuenit Pater Laurentius Biennueni-qui Fratris Alphonſi rationibus inductus, quartus & ipſe reuit, ac deinde quintus Pater Ioannes Pizarro (de quo à dicemus). Pientiſſimus ergò Alphonſus primus fuit, Catholicam fidem Coſtaricanis nouæ Hiſpaniæ Indis an-ciauit, apud quos etiam reliquorum confratrum ope, Cõuentus erexit. Porrò Coſtaricani cæteris Indis ſtaturâ inentiores, multoque pulchriores, ſed inter eos ſuper-ioſiores apparent, quippe qui corpore proceri, perfectiſ-

 ſimis

ſimis exornentur colorum artificialium lineamentis, atq
proprium ſanguinem ex diuerſis corporis partibus, pr
ſertim ex lingua, auriculis, ac brachijs, cultris expunctur
& (quod magis abominabile) proprias etiam proles D
monibus dicatas prodigant, Dæmonumque aras, tenell
rum ſanguine puerorum infundant. Habent ſiquiden
maleficos quoſdam ſacrificulos, qui furibundis prædic
onibus, cruenta illa ſacrificia minaciter expetunt, & a
cepta à Dæmonibus (quibus piaculum inexpiabile ſit, v
in minimo non annuere) oracula vulgò depromunt, e
pro ſuo compendio, interpretantes; vndè etiam ſeq
lam ponunt, vt qui amplius ex ſuo, vel conſanguine
rum ſanguine fuderit, ille gratius ſacrificium obtule
Adeoque quoties eorum aliquis moritur, ſanguine
coniunctior, omnes captiuos miſerrimè mactandos,
cumque ſimul, raptis precioſis quibuſlibet veſtibus,
ro, gemmis, & ſuppellectili, in quandam foueam c
cauo factam opere detrudi, ac ſepeliri patitur. Ad cu
veſani caput, vinum ex patrio frumento confectur
pluresque placentas, vt pro fame ſitique futurâ (qu
haurire & glutire poſſit) puerili ſuperſtitione repon
Inſuper antequàm moriatur, ſtramineis quibuſdam fi
omnes in gyro fluuios nectit ipſe, vt à morte ſuâ, reſol
anima, ſicco pede traijcere valeat. Tum demum r
riturus omnium bonorum, præſertim verò directu
hæredem, inſtituit, primum, ex antiquiori ſorore
potem, proprijs interim filijs à paterna ſucceſſione
cluſis. Cuius quidem iniuriæ cauſa eſt, matrimoni
infidelitas: cum nulla matrimonij, & pudicitiæ du
ratione, mulieres alienis viris commiſceantur. V
compertiùs autumant ex ſorore nepotem, ad ſe pot
quàm ex vxore filium, pertinere. Cæterùm Coſtar
na Prouincia (demptis quatuor millibus, vel circit
q

à noſtris fratribus baptizati ſunt) ab infidelibus inhabi-
r, nullumque ſæcularem Parochum incolæ permittunt:
quotquot in ea ædes ſacræ conſtructæ reperiuntur, à fra-
us noſtris gubernantur. Quorum (ſed præ reliquis, Patris
honſi) tanta cura, tantaque ſolicitudo eſt, vt licet Gens
nenſum efferata, proteruiat contra Deum & Homi-
, benè tamen conueniat illi cum Minoritis, vt de
li eiuſdem ad Chriſtum conuerſione, ſecurioribus votis
randum putemus: Erat præterea tanta humilitate, tan-
ue humanitate hic Coſtaricanorum Apoſtolus prædi-
, vt omnes in ſui amorem, & deſiderium raperet: Ni-
etiam eo modeſtius, nihil continentius, nihilque mi-
fuit, vnde nec mirum, quòd tantos progreſſus in
tibus ijs fecerit, totque hominum millia, ſuaui Sal-
oris Chriſti iugo, ſubmiſerit. Obijt, ſub Anno mille-
o quingenteſimo ſexageſimo ſexto, non longè ab In-
um oppido (cui Chomes Indicè nomen eſt) eiuſque
in cuiuſdam oppidi Eccleſiâ, à fidelibus oppidanis ho-
eſtiſſimè tumulata fuere. Vnde poſtmodum exhu-
mata, Carthaginem in maius dicti monaſterij
ſacellum illata ſunt; vbi & ab omnibus præ-
cipua ſanctimoniæ reputatione
coluntur.

Vita, & Martyrium Patris Joannis Pizarri.

CAPVT L.

SVMPSIT Inſignis Chriſti athleta, Frater Ioannes Pizar Franciſcanæ Religionis habitum in S. Michaelis Prou cia, indeque poſt adeptum ſacerdotium, prædicatio honore inſignitus, ad Diſcalceatos Prouinciæ S. Euang transfretauit; Indè ad Iucatanicos Indos conuertendos m ſus: apud eos aliquandiu commoratus, illorum plurimos cris ſuis concionibus Chriſto connumerauit; Qui, quòd quorundam Indorum Chriſtianorum, in Idolomaniam re pſorum combuſtionē conſenſiſſet, à quodam Prorege p ſecutionum frequentia laceſſitus fuit. Relicta igitur ſua catanica Cuſtodia, (quam vſq; ad annum milleſimum qu genteſimum ſexageſimum incoluerat) in Nicaraguenſe Prouinciam conuolauit; Idem ex P. Alphonſi, Laurentij aliorum duorum Patrum conſenſu, Coſtaricam repetijt, infideles denuò plurimos Chriſto regi progenuit; Qui pe tans in itinere per Turrialbam Regionem pergens, idolo tras ſuprà mille ad fidem conuertit, & ſacrâ limpha terſit. Poſtquam verò hæc Cuſtodia in Prouinciam erec eſt, à Prouinciali Miniſtro facillimo negocio impetrauit, Turrialbæ (quod peculiare Coſtaricanorum oppidum Conuentus, ſub B. Patris Antonij paduani titulo, ex publ facultatibus conſtrueretur, cui ſolicitudine, ac curâ ſuâ c ſtructo, ſtatim à Miniſtro, Guardianus ipſe præfectus eſt, c alioquin illis gentibus gratiſſimus eſſet.

Fuit rurſùm Pater ille Euangelicæ paupertatis, caſt tis, abſtinentiæ, in Deum, & homines pietatis, & cuiuſuis tutis eximius cultor, potēs in opere, & ſermone, quorum tuitu, ſimul cùm amore, timorem quoque ſibi apud Indo

Hiſ

ſpanos conciliauerat. Tandem ſalutem plurium ani-
rum ſitiens, dimenſis plurimis apud Coſtaricanos annis,
orioſa charitate, ad Quepianorum, prioribus iſtis confi-
m terminos, ſequenti modo interimitur. Aſſueuerunt
epiani ſemel in anno quoſdam ludos agere, & Cotos po-
os amicos ſuos ad ludos, & opiparum (ſuo more)
uiuium inuitare. Qui cùm potu ex patrio tritico, her-
que confecto, vtrimque incaluiſſent, deliberare quo
to, exteros omnes trucidarent, vel ſaltem totâ Indiâ pro-
lerent, temulento ſpumantique ore inſtiterunt.

Itaque dùm Anno milleſimo quingenteſimo octuageſi-
, prædicti ludi, & conuiuium repetuntur, Patre Ioanne
arro in tugurioli ſui penetralibus, orationi feruentiùs
ante (dùm infernales conuiuæ, auito more, Hiſpanum
men, & Joannem illum execrantur) Coti de menſa pro-
ntes (bonâ conniuētia Quepanorum) non ſecùs ac ſtygia-
n vndis lymphatici, in Ioannem inuecti, cubiculumque
reſſi, inuentum religioſiſſimum Patrem humi genufle-
n flagellis proſcindunt, ac primò ipſius cinctorio fune
inuia, vicos, & lapides trahunt, tandem baculis contu-
a, animamque agentem, ad trabem ſuſpendunt, trucu-
tiſſimeque dilaniant. Nec his ſedati, Eccleſiam irruunt,
ras veſtes, quibus ille ſacrificio adminiſtrare conſueuêrat,
phanis vſibus rabioſa diuiſione, applicuêre. Quæ res
s non proſperè ceſſit: nã inſignis miles Didacus Arcjueda
riæ illius Gubernator, miſſo inter ſacrilegos poſt elapſũ
num Hiſpano milite (quem tantoperè exodêre, & teter-
rimo odio abominantur) eorum plurimos ſtrauit, iu-
ſtiſſimaſque effuſi ſanguinis pænas exegit. In-
terea fælix P. Ioannes mortalẽ concludens
vitam, glorioſo Martyrio vitam fine
carentem obtinuit.

De Pa-

De Patre Franciſco Marquino.

CAPVT LI.

XALAPÆ in Conuentu Dominicæ Natiuitatis Proui
ciæ S. Euangelij in fata conceſſit, ſepultuſque
religioſiſſimus Pater Frater Franciſcus Marquin
Prouinciæ Cantabriæ alumnus, ex Victoria oriundus:
indè ad iſtas Regiones Anno Domini milleſimo quingen
ſimo quinquageſimo traijciens, iam aſſequutus Indicun
dioma, mirabili Indorum conuerſione profecit, Ho
mitis, humanus, & affabilis omnibus, vt præcipuis Do
nicæ vineæ illius cultorib' interſeri, iure mereatur, dile
Dei & Hominũ, & paſſim diuulgatus. Jgitur tantus vir, g
uiſſima infirmitate, ex labore, & incommodis in Cathol
fidei prædicatione, contracta, cum maximà ſanctitatis
nione, deſideratus ab omnibus, Archiuis cælorum no
Hoſpes inſertus eſt.

Vita P. Antonij Segobrienſis, & Patris An Valentini.

CAPVT LII.

GVADALFAGIARA Xaliſcorum Ciuitas, Regio conc
atque Epiſcopali ſede conſpicua, nouæ Gallęciæ
tro polis eſt. Cuius incolæ (qui maiori ex parte Hi
ni ſunt) celeberrimum hunc totius Xaliſci Conuentum
primâ ſtrue ciuitatis, ſub S. Franciſci titulo, infra eius an
tum, conſtituêre. Inhabitatur non rarò à viginti fratri
& vltrà; ſepultos continet quàmplurimos patres mor
olim, ac ſanctitate mirandos. Inter quos tamen emicu
quinque, & primo certè loco, religioſiſſimus Pater Anto
Segobienſis: qui religioſis moribus in Conceptionis
ui

cia clarus, quadrageſimo ſuæ ætatis anno ad gentes illas riſto lucrãdas properauit, & linguis earum diſertiſſimus, ta diligentia Euangelicæ Negotiationi deſeruijt, vt per os quadraginta continuos annos, Eccleſiaſten Indorum ma laude peregerit. Vitæ præterea rigorem, quo, apud collectas illius Conceptionis prouinciæ Domos, enutritus rat, ad vltimum vſque halitum foris oſtenderit Nihil eo tinentius, nihil vigilantius, nihil pauperius, nihil temantius. In oratione adeò aſſiduus erat, vt nil aliud agere eretur. Niſi cum, eum vel charitatis officium, vel obentiæ meritum, vel etiam proximi ſalus auocaret, pautatis, etiam cùm profundiſſima quadam humilitate conctæ amantiſſimus, forma factus eſt omnibus benè, ac reoſè viuendi. In periculoſa quadam Indorum rebellione, de totius rei ſumma agebatur, ipſe ſolus ſuis adhortatious, ſaniſque conſilijs præfatos Indos ad ſaniorem mentẽ, ræſtandam Catholico Hiſpaniarum Regi obedientiam uxit. Tandem vbi Prouincialis Miniſter & Commiſſarius uoties meritiſſimus effulſiſſet in diuerſis Prouincijs, pledierum, & virtute completus, maximo cùm omnium ore, qui Patrem amatum lamentabantur, dormiuit cùm ribus ſuis bona fama dotatus. Ad quem appoſitus fuit nirandæ religionis, prudentiæ, & benignitatis Pater Anus Valentinus, Prouinciæ Valentiæ alumn⁹: qui poſt conptos quadraginta eoque ampliùs annos, in Indorum uerſione, mortis ſuæ ex diuina reuelatione præſcius, viã uerſæ carnis in eodem loco tranſiit. Ac paulò ante m ſpiritum creatori redderet, (cum aliquandiu hæſiſſet xtaſi) tanquam è profundiori ſomno, experrectus, in c verba prorupit: *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei me?* Quamobrem quoquot aderant, certò certius creerunt, Glorioſiſſimam Virginem præſentiâ ſua eum natam eſſe.

De Patre Hieronymo de Cruce, De P. Franciſ Orapeſſano, & de Patre Daniele Italo.

CAPVT LIII.

PRÆMEMORATIS Patribus adijciendi veniunt, vener biles Patres Franciſcus Orapeſſanus, ac Hieronymus Cruce. Quorum iſte in Bætica Prouincia profeſſus, patrum iſtius albo aſſcriptus, ſæpè vitæ diſcrimini ſe exp ſuit, vt pauperculos, miſerrimoſque Indos ab aliquoru tyrannide in libertatem aſſereret. Vnde in perſecutionu furias non vnas, coniectus, miſerabiliter fluctuauit. Nil ominùs patientiſſimè tulit, viriliterque ſubegit; tanden viuis hoc in loco excedens, ab omnibus, vel etiam ini cis ob ſanctitatem, inculpatamque vitam ſanctimoniæ men obtinuit perenne. Franciſcus autem Orapeſſanus, p plurimos exantlatos in infidelium conuerſione labor in ipſo Guadalfagiarenſi Conuentu in Domino obdor uit. Nec ſilentio prætercam humillimum, atque inco parabili religione præditum fratrem Danielem, natio Italum, profeſſione Laicum, & Prouinciæ S. Iacobi alu num: qui ob ſingulares virtutes, vitæ aſperitatem, rum candorem, ardentiſſimam charitatem, & feliciſſim exitum ab omnibus iſtius Patriæ tùm Indis, tùm Hiſpa vt ſanctus extollitur. Nèc immeritò ſanè, cum per q quaginta, prolixos annos, ferrea lorica ad carnes cinctus, diſque pedibus ambulans, in perpetua prece, continua gilia, atque ſtrictiſſimo ieiunio, infidelium lucro ſpirital tentus, DEO optimo maximo, inſeruierit. Poſſen alij quàm plurimi, qui ſingulari doctrinâ, excell charitate, ardenti Zelo, inſigni pietate & ſanctitate in partibus claruêre, atque innumeros penè infidele

im

pietate ad pietatem , à Dæmoniaca ſeruitute ad Chri-
nam libertatem , ac denique ab idololatria ad Chriſti
em, conuerterunt : Eccleſiæque Catholicæ acquiſie-
nt, præcedentibus addi ; Verùm, nè Beatos glorioſos
ldere putemur, quia noſtri ſunt, calamos aliquantulùm
nperantes , & exigua honoratione noſtra ſuperſeden-
tes , cæleſtium ſpirituum (inter quos & illi trium-
phant) Prouinciam iſthanc condignè laudan-
di , libenter cedentes commiſ-
ſimus.

LIBER TERTIVS.

E MARTYRIBVS MI-
ORITIS RECOLLECTIS
BSERVANTIÆ REFORMA-
E, APVD BELLVINVM HOMINVM
GENVS, CHICHEMECAS DICTOS, IN-

dïarum Populos, cruentâ purpurâ, ob fidem
Iesv Christi decoratis.

ITEM

E MORIBVS, ET OECO-
OMIA INDORVM, TRES
RTES DIVISIM LOQVVNTVR,

anta Minoritæ noſtri, in Conuerſione Im-
anis illius Barbarici, pertinacitèr exantlarint,
æ ad commendationem Seraphici Ordinis, &
ctorum aliquam curioſitatem, noſtro ferè
lo, è Fratre Lopetio de Gomera. F. Didaco Val-
ades. Franciſco Gonzagâ (teſtibus partim o-
culatis, partim rerum Indicarum conſi-
lio, & experientia quondam pol-
lentibus) mutuati
ſumus.

De Truculentia Chichemecarum.

CAPVT. PRIMVM.

DICERET Quis, non immeritò, proiectum illud Hom
num genus ex profugo Caino fratricida, lineâ gen
rationis, ſigno quodam maledictionis à Deo recept
germinaſſe: adeò lucifugum & noctiuagum latebras ama
cauernas inſequitur, antris delectatur, ſpeluncas exquiri
cùm Noctuis reconditur, cumq; animantibus prædâ viuent
bus, rupium voragines incolit; vt putes, aut hominum la
uas eſſe & figuras ratione carentes, aut omnem ſocialis vit
conſuetudinem, inuitâ naturâ propriâ, deieraſſe; aut cer
obſtetricante manu Dei (quod abſit credere) non eductos,
Tortuoſi colubri imperio redimendos non fuiſſe. Cui tame
experientia miraculoſæ operationis fratrum noſtrorum, i
ter eos aliud conteſtata, contrarium loquitur: à noſtris eni
infelices illę Gentes, cicuratæ ſunt, domitæ ſunt, iugum, & i
lud ſuauè Chriſti recepêre; in vnum coaluere, leges ſuſc
pêre, ciuium Iura didicêre, cōmercijs inſtitere, ſocietate
coluere, mores Chriſtianos imbibere: viam ſalutis iniere
Hoc opus immane & inhumanū penè, Decreto cæleſti *Vn*
Solis oblatum eſt Minoritis, qui viam, ſequenti Regi Glori
Ieſu Chriſto, ſanguine ſuo complanarunt, gentem crudele
complantantes, in ſimilitudinē mortis eius, vt & ſimul cum
eo Reſurectionis eſſent. Nulli alteri audacia ſuccreuiſſe
Incredulam illam crudelitatem experiundi, niſi paupere
Nudipedes vaſtos illos difficultatum montes, & traiectu
putatos impoſſibiles, ipſi magnanima fide ſuperaſ-
ſent, docentes modò in ijs gentibus, nihil
tandem eſſe impoſſibile
credenti.

Hic Imago 14.



Serta ferunt; feriuntq; (pudor!) pia serta piorum. Vexillum geritur, bene trita lacerna Caler
Asciâ cruda secat: sed cruor astra ferit. (14) Pallia, sed duplici, pensat honore Deus

Der Mönchen Cron gibt ihmiden lohn. Caleri Khale vnd grawe Kutt.
Vor Gottes thron sie wol bestehon. Macht allen muth bringts ewig g

De Prædicatoribus & Martyribus Chichemecis.

CAPVT. II.

De Martyrio Fratris Bernardi Coſin.

ELIGIOSISSIMVS Pater ille primus fuit, qui in nouam Barbarorum, & immanium Indorum (qui Chichemecæ dicuntur) Regionem introiuit, primoque ab s quibuſdam amicis (qui erant pacifici) officioſè comis, excelſa montium loca (quæ noua Cantabria ab Hiſpa-nominatur) non ſine moleſtijs, anguſtijs, ac periculis js conſcendit; indeque abſcedens, obuios habuit Indos ſdam barbaros, feroſque, qui ſtatim tendentes arcus, ttaſque in eum diſplodentes, retortis eorundem ſagittis ercuſſi ſunt; timoreque, ac ſtupore correpti, & confuſi eſſere. Is verò progrediens ad vallem, qui dicitur de dianâ, & ſedulò, ac ſtrenuè incumbens ſaluti animarũ; effuſo pretioſo Chriſti ſanguine ſunt redemptæ, à furidis barbarorum illorum turmis, Chichemecis, trucidaobdormiuit in Domino. Gentes verò Chichimecæ ferinis ribus viuunt, ac ferociſſimæ ſunt, & ſine Rege, ſine lege, religione, dæmones, & idola monſtruoſa colunt: inter utem Duces eligunt, cum quibus turmatim quòcunque ruunt, occidunt, deprędanturque. Aliqualem nihilonùs Chriſtianæ diſciplinæ notitiam habent, ob frequen. Minorum fratrum præſentiam; qui conuerſionis eorũ ſa illos adiere; & multo labore, diuturna ſolicitudine, rumnis, anguſtijs, ac moleſtijs varijs (ob eorum cæcitatem) ad Chriſtianæ fidei obſeruantiam, aliquos ex eis difficillimè conuertere. Vnde huius inſtituti Religioſi quãplurimi ab eiſdẽ hâc de re mactati ſunt.

Marty-

Martyrium Patris Fratris Ioannis à Padillia, & F. Ioannis à Cruce Sodalis eius.

CAPVT. III.

(Horum Effigies infra in imag. 17.)

DVCVM Horum Spiritualium vnus æternæ memor
dignus, inq; virtutis genere fuit ſtrenuus, Chriſti m
les Frater Ioannes à Padillia, qui ex Beticâ Prouinci
ad Diſcalceatos nouæ Hiſpaniæ Patres peruenit, in eaqu
Tulanzigico Conuentui primus præfuit: Inde vero ad Xa
canos vſque penetrans, in Conuentu aſſumptionis B. Ma
Sapotlanis Prouinciæ SS. Petri, & Pauli Guardianus elec
floruit. Cumque poſt elapſos aliquot dies, anno ſcilicet D
mini 1539. Inuictus militiæ dux, & nouæ Hiſpaniæ Pro
Antonius à Mendoza, Sibolam Regionem latiſſimam, at
600. viæ ſtadijs verſus Antarcticum polum, Mexico diſt
tem, Catholici Regis imperio ſubiugaturus, aliquot Hiſ
norum copias ſub Franciſco Vaſquez Coronado, mili
præfecto, ac nouæ Galleciæ Gubernatore, eò deſtinaſ
Franciſcus Vaſquez præfectus (de Franciſcanâ Religione
ſanè optimè meritus) quinque Minoritas religione inſign
ac omni pietate conſpicuos ſocios itineris elegit: Ex his a
fuit P. Ioannes à Padillia, qui benignis, ac ſaluberrimis
hortationibus, Hiſpanos milites è laxâ, & militari quada
viuendi licentiâ, varijſque Dei offenſionibus, ad piæ conu
ſationis, & Chriſtianæ vitæ normã declinans, quoſuis et
infideles, quos vel obuios in ipſo cõmeatu, vel comites
bebat, ad veræ fidei lumen pro tẽporis opportunitate, in
cere ſatagebat: & alter Frater Ioañes à Cruce Laicus profe
eiuſque indiuiduus comes. Poſtquam verò tantis vijs la
rioſè dimenſis, dictus copiarum præfectus Sibolica regi
potitus, in eâ per integrum Biennium commoratus eſſ
qu

d vniuerſa ferè ea per gyrum regio, habitatorib⁹ careret:
dq́ue nullis ſiue auri ſiue etiam argenti mineralibus lo-
etaretur, in nouã Hiſpaniam, vndè exierat, cum com-
ſo milite, ac religioſis comitibus, (Patre Ioanne à Padil-
& Fratre Ioanne à Cruce exceptis) feliciter regreſſus eſt.
anſerunt illìc hi duo Chriſti præcones, & cùm eis ſæcu-
quidam Andreas de Campo Portuenſis, ac duo familia-
ndi, (hos donatos, ſiue oblatos vulgò vocant) quorum
i Sebaſtianus, alteri verò Lucas nomen erat, in oppido
ſic, vbi ab oppidanis comiter, & ſupra modum humani-
xcepti, mirabiliter fructificarunt. F. Ioannes verò, pro
ia cælitùs collata creditum talentum expenſurus, vt pri-
n à Tigneſianis, plurimos inde trium menſium itinere
ſe populos, naturâ dociles, hoſpitalitate benignos, atq́ue
ctu quietos, didicit, ſupra modum gauiſus eò ſuum iter.
xit. Dicto itaq; Tigneſianis vale, illiſq́ue Fratre Fran-
à Cruce relicto, cùm duobus illis familiaribus, atq́ue
rea ſæculari, proſequente interìm eum maximo oppi-
rum eiulatu, verſus oſtenſam regionem pergere cæpit,
q́ue aliquantiſper proceſſiſſet, efferatos, belligeroſq́ue
ines (Haziaëles vulgò nuncupatos) tenſis in ſe, ſuoſq́ue
s arcubus, toruiſq́ue vultibus accurrentes, offendit:
nobrem de ſociorum potiùs, quã de propriâ ſalute ſol-
s, prædictum Andream, vt conſuleret ſibi, & familiari-
ndis (ipſo interim pro Chriſti nomine à ſuperuenienti-
arbaris immolando ſoloq́ue relinquendo) peramanter
it. Quod & ille ex tempore fecit. Irruentibus itaq́ue
imo impetu illis infidelibus, Dei famulus Ioannes a Pa-
lia genua flectens, eorum furorem, alacri animo pro
Chriſti amore ſuſcepit. Sicq́ue impiorum ſagittis
in ſe contortis, ob Dei amorem glorioſo fine,
mortalis vitæ curſum concluſit,
ad cæloſq; euolauit.

De Ioanne à S. Cruce.(ad præcedẽs cap. cõiugend

PROFECTO igitur (vt meminimus) ex Tigneſio, patr
Ioanne à Padillia, frater Ioannes à Cruce, apud eas n
tiones, vt in accepta fide Catholica magis magiſq; co
firmarentur, manere voluit: ac tantopere eâ in re profec
vt innumeris penè hominibus ſalutis cauſa fuerit. Nec m
ſanè: nam, diuino aſpirante numine, tanta viguit patient
humilitate, abſtinentia, benignitate, & charitate, vt omn
in ſui admirationem adduxerit. Pollebat præterea, licet
teras minimè didiciſſet, tanta dicendi facundia, vt Tigne
ni ad fidem de nouo conuerſi, in beneuolentię, ac deuotio
ſignum, eum in vlnis ſæpiùs detulerint, aliaq́ue exultatio
indicia exhibuerint. Tantæ item æſtimationis apud Hiſ
nos milites erat, vt Catholici exercitus Dux, Franciſcus V
quez Coronado, publico cauerit edicto, quatenus nomi
Ioannis de Cruce prolato, ſeſe, quotquot ſub eius ſignis m
tabant, in peculiaris cuiusdam honoris ſignum, vel incli
rent, vel caput detegerent. Quòd ſanè magni apud Deu
meriti indicium eſt. Creditur ab omnibus tantus vir ext
mum ſuæ vitæ diem glorioſo martyrio clauſiſſe: Nam ab
ſpanorum nouam in Hiſpaniam à Sibolica expeditione
qua ſuprà) regreſſu, nihil penitùs de eo auditum eſt. Indi
rò illi familiares, Sebaſtianus ſcilicet, & Lucas, qui infid
furorem, Patris Ioannis à Padillia hortatu, declinauerant
dentes ſe tanto magiſtro, ac cariſſimo patre orbatos, Xal
(vndè illi originem duxerant) contendere decreuerunt:
plurimos per años & Xaliſcanis, & Mechioacanis conue
& cõuertẽdis ſacroſancti Euãgelij doctrinã, ſollicitè, &o
cũ feruore prædicarunt, ac plures animas Deo acquiſier
tandẽ virtutib⁹ & meritis quãplurimis referti, felici trãſit
æternæ beatitudinis gloriã, præmiũ ibi laborũ à Deo ſuſ
turi, euolarunt.

M.

Martyrium B. Patris Ioannis Caleri.

CAPVT. IV.

(Huius Effigies ſup. in Imag. 14.)

CVm anno Domini 1541. Xaliſcani quidam Indi (Caſcanes appellati) inſurgentes quàmplurimos ex populo conturbaſſent,& à fide Chriſti ſuſcepta varijs modiuerſiſq́ue vexationibus ad idololatriam declinare coëſent, ſimulq́ue omnes Techilæ montis iugum petijſſent; erabilis pater Ioannes Calerus (aliàs de Spiritu ſancto) ex incredibili quodam charitatis Zelo, eò, vndè excidet;reducturus,impetrata à proximè præcedētis loci Guarno licentia, ad eundem montem,Confeſſionis, atque Cōnionis ſacræ,Sacramentis purificatus,munituſq́ue(ſe inim Deo opt. max. B. Franciſco, ac fratribus feruenti ſpiricommendans)perrexit; ac demum deſtinatum locum atgens, Deo, & Regi rebelles Indos, benigna ſalutatione emiſſa, enixè rogare cæpit, vt ad propria loca reuerterē; neuè veram fidem, quàm à Chriſti miniſtris, & Francanæ Regulæ Profeſſoribus receperant, cum tanto proæ ſalutis diſpendio defererent. Cui barbara, ac perfida ns ſuperbè reſpondit, vtì ſuum conuētum è veſtigio repeet, niſi tantæ temeritatis pœnas luere mallet, cùm, quid is congrueret,optimè noſſent, nec eius conſilio opus eſſe. s auditis vir Dei, induratos eorum animos optimè cognoens, ſeq́ue oleum, & operam (vt aiunt) in negotio perdens, humiliter, (tactus interim dolore cordis intrinſecùs) inreceſſum carpebat: At fœmina quædam diabolico ſpiriagitata,Indos contra Dei ſeruum, non ſecùs, ac altera Iebel Achab regem Iſraël contra innocentem Nabot; & Hedias Herodem regem contra Ioannem Baptiſtam, malitiè irritando,aiebat Satanæ miniſtra, eos à ſuis prædeceſſobus ignominioſè degeneraturos, niſi fraterculum illum è

 medio

medio tollerent, quippè qui eòuſque penetrare, atque e
ſuis fallacijs decipere præſumpſiſſet. Quibus verbis perue
homines barbarico quodã furore ſuccenſi, & more feroci
morũ luporũ in prædã inhiantiũ, Chriſti ouiculam, quæ ia
(furore illorũ præuiſo) genua deuotè flexerat, Deo inter
opt. max. gratias agẽs, quòd pro Catholica fide, & eius am
re martyrij corona ſe dignaretur, miſeræ huic vitæ tam fe
ci morte finẽ imponendo, conſtantiſſimè necẽ operiebat
aggreſſi ergò, ac tandẽ, ligneis enſibus caput eius finden
atrocitèr interemerũt. Bellica enim eorũ arma, ex duriſſi
quercu, igne etiam ad maiorẽ ſoliditatẽ ſuppeditato, affa
dolata ſunt. Duxerat ſecũ Pater Ioannes quatuor amicos
bonæ ſpei iuuenes Indos, quorũ duo in ſacris ei deſeruiera
Horũ alter, natu maior, Franciſcus nomine, irruentes in ſ
ctũ Patrẽ barbaros conſpicatus, aufugit, req; ad Conuent
delata euaſit. At cæteri ipſo impiorum hominum tumu
intricati, cariſſimum Patrem, ſalutiſque magiſtrum amp
xantes, cum eo trucidati ſunt. Corpus autem tanti patris
campo, vbi martyrium ſuſtinuerat, ab interfectoribus
datum, ſeptem diebus inſepultum remanſit, atque ab Hiſ
nis, vt ſepulturæ traderetur, poſtmodùm conquiſitum, in
grum omninò, & incorruptum, ſuauiſſimè fragrans, & ac
recens, ac ſi eo momento perijſſet, inuentum eſt. Alioru
verò occiſorum corpora à lupis deuorata, vix oſſibus ſup
fuêre. Cùm igitur Hiſpani tanti martyris corpus Izatlane
in Minoriticum monaſterium, vndè exierat, deuotè, & h
norificè ſepeliendum detuliſſent, illudque fratres Franciſ
no habitu de religioſo more induiſſent, quotquot adera
Hiſpani, eius deuotione commoti, habitum repentè, cer
timq; in fruſta diſcerpſêre. Itaque B. Ioannis Caleri, inſig
athletæ, corpus, magna omniũ ſpirituali lætitia, funebri
ſolẽnitate ſepulturæ traditũ fuit: viri interim Dei ſanctita
cunctis vno ore, atq; plenis buccis collaudantibus.

Mar

Martyrium B. P. Antonij à Collare.

CAPVT V.

(*Huius Effig. ſup. in Jmag. 14.*)

Ost aliquot verò dies à glorioſo præfati Patris Ioannis
Caleri agone, admirandæ religionis P. Antonius à Col-
lare Prouinciæ S. Iacobi alumnus, atque Izatlanici
uentus Guardianus, virtutiſque ſingulari perfectione,
ue incredibili animarum zelo exæſtuans, inſuper, & di-
i verbi proclamator inſignis, qui Chriſtiana diſciplina,
itæ exemplo Chichimecas eius regionis (quæ Ameca
ninatur & Colimæ vicina eſt) accolas ſolerter, ac ſolicitè
ruere aſſueuerat, Izatlanico Conuentu, vt huiuſmodi
ninibus pro ſolito more Sacramenta miniſtraret, atque
roſanctum Euangelium de ſuggeſtu proponeret, egreſſus:
entium Chichimecarum Ducem, ſiue præfectum, ob gra-
ima quędam crimina, ab eo publicè commiſſa, acriter in-
tus eſt. Quare indignatus præfectus, eum, ea occaſione
epta interimere decreuit. Quod, vt quibuſdam Indis,
alucis vulgò nuncupatis, innotuit, virum Dei à perfido
ce ad ſuum cænobium reuertentem, Izatlanica quadam
le, (rem interim gratiſſimam præfecto ſe facturos intelli-
tes) iaculis inclementer configunt, dumque ſpiculo ve-
erandum eius caput im̃aniſſimè penetrant, vitã cùm
morte commutare compellunt. Cuius corpus, po-
ſtridie ab Hiſpanis inuentum, ad pro-
prium Monaſterium delatum, deuotè
reconditum fuit.

Hic Imago 15.

Vita, & Martyrium Admirabilis Chichimec[...] rum Apoſtoli, P. Franciſci Laurentij.

CAPVT VI

Eius Origo, & Conuerſio.

FRANCISCVS Laurentius in ciuitate Granata, nobilib
parentibus natus, educatuſque, anno ſuæ ætatis 18. d
ſancto afflatus ſpiritu, Religionem D. Franciſci ſelig
meditaretur, piæ mentis conceptum caris parentibus, vt
rum beneplacito, ac benedictione, tanti voti compos fie
humiliter detexit. Quod ipſi nihilominꝰ grauiter feren
cùm is vnicus eſſet eis filius, & hæres, à ſancto propoſito e
dimouere conati ſunt: vtque id aptiùs, & faciliùs efficer
nobilem quandam eiuſdem ciuitatis adoleſcentulam ei
coniugem tradidêre: cumque parentum cõſenſu matri
nium coïſſet, aſſignato die nuptiarũ; prudens iuuenis n
tialibus veſtimentis feſtiuus, ad Monaſterium S. Franc
eiuſdem ciuitatis (quod ad Bæticæ Prouinciam pertineb
deuotione celer, properauit, in quo & Religionis habi
humiliter ſuſcepit. Tranſactis verò aliquibus annis, qu
ea in Prouincia deuotè, ac laudabiliter egerat, zelo ani
rum, promotus, ad nouæ Hiſpaniæ Indos peruenit, mul
incommoda, & pericula in itinere paſſus, nudatis pedi
per aſpera loca, à varijs, peracutiſque beſtiolarum morſ
diu, noctuque grauiſſimè vexabatur: locaq; horribilia
& tranſitu difficillima perrupit. Neq; interim hyemali t
pore ſpiritu feruens Apoſtolicus iuuenis, aut quieſcere
labori, vel temporum iniuriæ, aut etiam difficultati ce
ſolitus, fide inuicta, & inſatiabili humanæ ſalutis deſid
omnia ſuperabat, vitamque hanc temporaneam, vilem
putans, vt æternam hominibus ſubminiſtraret, malis qu
libet reuiuiſcere videbatur. Hinc prædicatione, ex

p



…ua cohors; cedit moribundus ad Aram.
…amplexu, uincit, obitq; cruce.

…ütz, uerliebt, er lebt vnd starb.
… gehören in ein grab.

15

Vidit, ut, interiit Pater, audiuitq; monentem.
Regula quas sociat: mors, ait, una necet.

Der sah die that, vernahm die Wort.
Des vatters, duldt mit ihm den mordt.

ris vitæ perſpicuis moribus, in conuerſione infidelium
errimos retulit fructus, improboſque eorum ritus, pro-
ına ſacrificia, ac templa, cum execrabilibus idolis inuer-
: Eccleſias, piaſque (eorum loco) imagines erexit, &
riſtianos, politicoſque ritus introduxit. In ipſo diuino o.
e (quia virtute animi quacumque præcellebat) intolera-
es corporis afflictiones, aduerſaque plurima, famē, ſitim,
gus, calorem, labores, & laſſitudines, aliaq; huiuſmodi
ilè ſufferebat. Vnico vili indumento, pallio ſuperindu-
, vtebatur. Feruens erat in oratione, præſertìm nocturno
npore, quo, per horam & dimidiam preces, ad Deum de-
iſſimè fudit, quem morem nec itineris defatigatione,
que alterius cuiuſuis incommodi exceptione, vnquam
termiſit. Feſſis corpuſculi membris, in campis, vel ſu-
ſtratos arborum ramos, vel ſuper nudam humum, ſatìs
riè, furtim quaſi, & raptim, quietem indulſit.

Feruor illius in dilatanda fide, & ordine ſuo.

CAPVT VII.

ERVENS Dei præco F. Franciſcus, Eccleſias, & Monaſte-
ria varijs in locis, & nationibus ædificare properans, in
ciuitate Izatlanæ ſpectabile Cænobium (in quo cæteris
tribus præfuit) cùm laude conſtruxit: ac poſtmodum in
itate Guaxacatlane Gymnaſium, in quo eius Prouinciæ
eros (pro more nouæ Hiſpaniæ religioſorum) Chriſtia-
n edocuit doctrinam; priuſquàm verò ipſam ciuitatem
nſequeretur, aliqui ex populo rebelles ſuperbè erexe-
nt ſe, perque montana regionis illi⁹ vagabundi graſſaban-
, inter quos erat Indus, qui iam ſacrarum rerum in Eccle-
curam geſſerat. Cui⁹ mater, Dei famulū cùm vnico ſocio
Fratre

Fratre Michaële Stiualer, ciuitatem verſus proficiſcente
præuenerat, quò cùm applicuiſſet, quærens illa, an ibi m
ram trahere conſtituiſſet? è quo certior facta, quod i
veniſſet, vt monaſterium ædificaret, & legem Dei doce
aperuit mulier apud ſe habere veſtimenta, vaſaque, & ali
quæ ad ſacros ritus, & ad altaris obſequium pertinere
quorum cuſtos, in quadam Eccleſia fuiſſet filius ſuus,
tamen cum perfidis illis à fidelium conſortio ſeiunctus, a
ſtataſſet: attulitque ei ſericos planetas, argenteos cali
pallam, ſiue corporale, & alia ſimilia ad altaris miniſter
ſpectantia. Quæ vir Dei gratè recipiens, Deo gratias e
tantam in Indâ fœminâ fidem, ſedulamque deuotion
attendens; animoque roboratus, ad vlteriora loca (per
Indi illi diſcurrebant) verbo Dei ſeminando viam q
oportere putauit. Hinc verſus Indos illos iter arripuit,
ram, vallemque Guaxacatlanicam relinquens, vbi i
16. ex pacatis populis copiæ fuerant coniunctæ, atque
cleſiæ plurimæ ſtructæ (quas inter ſe diſtinxerant.)
ſpani verò, Indique cicurati, ſeruo Dei viam præpedi
ac diſſuadere nitebantur, timentes, ne inter barba
efferatoſque homines aliquid mortale viro inæſtim
contingeret, vbì duritiem, furoremque eorum fruſtrà
taſſet. Miles autem Chriſti vni Deo fidens, illorum
conſilio non acquieuit, ſed animi feruore actus,
edoctuſque Spiritus ſancti vnctione, æ-
quo animo iter optatum
arripuit.

Effica

Efficacia præſentiæ eius, diuinitùs attractiuam vim exſerit.

CAPVT VIII.

ACCIDIT verò (diuina fauente prouidentia) vt mox in populi conſpectum apparens, ſola præſentia, talem ab eis extorſerit beneuolentiam, vt eorum animos infle-ns, inclinarit, ceù manſuetas oues attentas nutui paſtoris: tamen in vniuerſa illa barbarorum regione, ferina cru-itate, & impietate omnes quàm maximè ſuperarent. Per-it feruidus verbi Dei ſeminator, & quinque populos ad holicę fidei cultum collegit, Eccleſias fundauit, Chriſtia-diſciplinæ inſtituta reliquit, ac deniq́ue ad proprium -lanicum cœnobium triumphator acceſſit.

Sermonum illius vis mirabilis.

CAPVT IX.

OSTQVAM Apoſtolicus Vir, in Monaſterio dicto, paucos dies ſubſtitiſſet: Euangelicæ moræ impatiens, ad Indos quoſdam barbaros, qui duodecim viæ ſtadijs diſta-t (vocati Texoquines) iter direxit, cumq́ue ad quendam ulum (Oztritiepas appellatum) perueniſſet, totus popu-in fugam verſus, ad montes confluxit: ſeruus verò Dei, ncifcus, cum Socio Michaële, ad ædiculam, in quâ ſolis lum eminebat, diuertit. Vbi poſtquam, ſi quis ſupereſſet, gentiùs inueſtigaſſet, in hominem quendam intra ſepem tum, veſpertina hora, fortè fortuna incidit, quem iuſſum edere rogauit, blandeq́ue ac benignè ſuſcepit venientē. uo tandem reſciens, populum illum timore perterritum ſuum aduentum, diffugiſſe; virum certum reddens de puli ſui futura bona venia, & pace, eũ ad cæteros profugas, os in propriam fidem recipiens, ab omni pauore, & ſolli-dine expediret, legauit. Qui abſcedens, paulò pòſt ſimul

cum viginti quinque Indis reuerſus eſt, quos frater Fran cus inſtruēs, amicis, ſuauibuſq; verbis ſecuros reddidit, ſe niſſe, non vt quid detrimenti inferat, ſed vt ſanctum Euan lium annunciet, ad Dei veri notitiam, cultūq; illos reduc prætendens: ideoque omnes fiducialiter ad propria rem rent. Illi verbis tanti viri freti, tranquillo, atque alacri ani diſceſſere: ſequentique manè copioſè, turmatimque vir mulieres ad fratres ipſos properarūt, docilibus interim p ris domi relictis, nè à blandientibus fratribus (vt ij ſuſpica tur) nouâ diſciplina inſtituerentur. Quos omnes peruigil præco diuino eloquio ſummopere demulſit, replicabant ſe ipſorum aduentu mirum in modū gauiſos fuiſſe, cùm p cul dubio ſcirent ſpirituales eſſe patres, qui nullum pen læderent, nec quicquām mundanum appeterent: Et f ſuæ, timoriſque cauſam fuiſſe, ſæculares Hiſpanos capit inimicos, quos illis ſocios ſuſpicabantur. Mox verò fratr cibaria humaniter attulere, atq; in credibili gaudio circ fuſi, choreas coram illis de more ducentes, exultare non bitarunt. Frater Franciſcus, cum ſocio tandem pop gratias agentes, eum induxere, vt ad certum locum po ro die conueniret. Vbi dum conſiſterent, primò Eccleſi extrui, deindè S. Iacobi Apoſtoli imagine ibidem erecta, ipſius nomine appellari impetrarunt. Inſtituta itaq & confirmatâ ea plebe, in Catholicæ fidei confeſſione Chriſtianæ diſciplinæ pura obſeruantia, Chriſti diſcipul alium eiuſdem idiomatis populum profecti ſunt: à quo ſatis amicabiliter, comiterque reciperentur, aliam ibi cleſiam Diui Michaelis nomine ſacram, & eiuſdem Arch geli Icone præfixam, erexere. Idemque diuinum, ac ſalu opus cùm apud alios quinque populos perfeciſſent, a proprium monaſterium, deuictis humanæ ſalutis hoſtibus, Chriſtique vexillis vbique ſuf fultis, victores rediere.

An

Ardens amore Martyrij, præmonitiones periculorum contemnit.

CAPVT X.

POST tranſactos aliquot dies, cùm feruore ſpiritus excitati Apoſtolici viri, è conuentu exeuntes Guaxaca:lanē (vbi priùs fuerant) repetijſſent, ſecunda ſui aduentus ...te, ab ipſo populo moniti ſunt, quàm primùm indè diſ...ere, niſi fortè occumbere mallent: Nam Indum quēdam ...ximum eorum inimicum, cùm alijs impijs complicibus, ...tò ſuperuenturum, & minari tam hoſpitātibus, quàm ho...atoribus crudeliſſimam necem. Cui barbarorum furori ...ui Dei cedere prudenter decreuêre, idipſum quoque & ...i illius habitatores ſequentes. Et ecce ſub noctis crepuſ...um adſunt Chriſti fidelium hoſtes, innoxium ſanguinem ...entes: cumque neminē inueniſſent, œſtro perciti, quin...e gymnaſia, quæ pro inſtruendis in Chriſtianâ diſciplina ...ris conſtructa fuerant, igni tradiderunt, atque ſex bonæ ...olis iuuenculos, qui ad eorum Cuſtodiam remanſerant, ...deliſſimè necarunt. De quo facinore ſerui Dei, poſtri... certiores facti, ſummoperè doluerunt. Poſt aliquot dies ...ien eò reuerſi, eadem Gymnaſia refecerunt, ritumque ...riſtanæ doctrinæ nullo timore reſtituere. Frater verò ...chaël, qui P. Franciſco, fructus in Chriſti Eccleſia vberri...s producenti, ſupra modū timebat, admonere eum quod ...efati Chriſtianæ fidei hoſtes propinquiores eſſent, & ex...ma tormenta, mortemque comminarentur, vnde vt è ...o diſcederet, ſuadere importunè contendebat. Cui ille ...eno vultu. certò ſcire ſe ab illis gentibus (inquit) interi...ndum, nec tamen ideò animam ſuam pretioſiorem ſe ...ere, nec à verbi Dei prædicatione illis in partibus ceſſare ...gitaſſe: ſi tandem vel vnū alterumuè Chriſto lucrifaceret,

idq́ue Saluatoris Chriſti exemplo, qui certiſſimè noſſet, ſ
Iudæis occidendum, nec tamen ideò à prædicatione eum
mortem vſq́ue turpiſſimam abſtinuiſſe. Subiunxit, cùm
totius vniuerſi Dominus, vermiculi, nulliuſq́ue valoris h
muncionis mei cauſâ, à propria gente mactari voluerit: qu
magnum? ſi me illius amore, tanquam ſeruulum nauci, i
manus gentium immolem pro libitu conterendum? & m
tem gratanti reddam animo ei, qui pro me expoſuit vita
Quibus auditis, frater nihilominus querelis cæptis inſiſte
machinas rationum in medium adducere, vrgere mordi
inculcare diſceſſum, vt à propoſito ſanctum remoueret.
deniq; parat⁹ Chriſti Martyr, modeſtè cõmotus, ceſſa iam
tari inquit, fatigãt enim dolore cor meũ, verba quę ſugge
nec tamen obtinebunt. Hiſq́ue dictis, iter ſuum Icatlan
verſus conuentum (de quo ſuprà) inſtituit.

Eccleſias, & Gymnaſia plurima conſtrui curat.

CAPVT XI.

CVM per aliquot dies venerabilis Pater Franciſcus, &
mes eius aliquantam in Monaſterio dicto moram
xiſſent, ad Tecoxquinas barbaros illos Indos, iter ſu
iteratò direxêre. Cumq́ue Indos amicos, ac de nouo ad
conuerſos oppidi Guaxacatlanis accolas, vtrum ad Te
quines tranſire liceret? ſeriùs conſoluiſſent, reſponſum
Nolle videlicet illos eò progredi, quòd huiuſmodi barba
pſis maximè inimicarẽtur, & naturâ atrociſſimos eſſe, à
b⁹ indubitata mors debeat exſpectari. Tamẽ illi Dei orat
inſtantes, Dominumq́ue itineris ducem exorantes, ſuaſ
porrò, vt ad illos de ipſius Domini adiutorio confiſi pene
rent. Fidelis interim ille populus, qui eos plurimũ dilige
Ind

m quendam peregrini idiomatis interpretem, atque
n conductorem illis aſſignauit. Antequam verò Guaxa-
nem appellerent, nuntium ad incolas, ſignificatũ mit-
, ſe ad eos in Deo iuuandos, conſolandoſque adeſſe: ro-
, vt Dei ſeruos pacificè receptos admitterent. Quæ ver-
enti gratiſſima fuere: vndè ſumptis de more, duobus ar-
im ramis, & quædã ſalutationis verba proprio idioma-
roferentes, obuiam iuere, ac tandem humaniſſimè ex-
os, per aliquantulum temporis omni beneficiorum ge-
e proſequuti ſunt. Hâc igitur tanta occaſione, prudenter
F. Franciſcus, quatuor de eorum cõſenſu gymnaſia, qua-
rque Eccleſias Sanctorum imaginibus exornatas, apud
glorioſiùs à fundamentis extulit: vbi, & quàm plurimos
o baptiſmate delibutos, Catholica fide, & Chriſtianis riti
formans, indè cũ ſocio ad propria gratulabũdè receſſit.

*d gentes, coronas ex capillitio ſuo factas, geren-
tes (more Monachorum) venit.*

CAPVT. XII.

Catlanicvm poſtmodùm Conuentum rurſùm ambo
greſſi, ad aliam Prouinciam, quæ fratrum Prouincia (eò
uòd eius habitatores latas quaſdã capillorũ coronas, re-
oſorum tonſuris perſimiles, ſuper aures circũductas de-
ant) paſſim appellatur, profecti ſunt. Priuſquàm tamen
eam peruenirent, in vallem quandã, de Vanderas ab Hi-
nis nuncupatã, in qua plurimi Cacaoatales, habitabãt, de-
nderunt. Eam verò, tùm quia Hiſpani ex eius habitatori-
plurimos, quibuſdam in negotijs occupatos, detinerent,
idè nec verbo Dei intẽdere potuiſſent) tùm etiã, ne aduẽ-
ſuo illos ab arduis huiuſmodi occupationibus deflectẽtes,
caſionẽ ſererẽt, qua Hiſpani milites Gentẽ magis magiſq;

(vt poſtea factum) affligerent, non penetrarunt: ſed edit
ris cuiuſdam montis iugulum petentes, (diuina aſpiran
aura) ſeptem præfatæ Prouinciæ turmas in Catholicæ fi
cultu, Chriſtianaque diſciplina coadunarũt, totidem Ecc
ſias erigentes: idque facillimè, cùm amicabiliter ab eis
cepti, & patrio more, hoc eſt brachio in ſublime porrecto
digito indice prominente, inclinatoque capite ab ijs ſalu
ti, gratioris aduentus Iura meruerint.

Zelotes Laurentius, non ſatur prioribus gen tibus, nouas quærit, & inuenit.

CAPVT. XIII.

VT igitur primùm frater Franciſcus, eiuſque cariſſin
comes, ſuperata valle de Vanderas, ad coronatorũ f
trum Prouinciam peruenere, ad delubrum, vbi ſo
idolum, ſuper alia idola maiori veneratione à populo illo
lebatur, declinarunt: inibique ab aliquibus regionib⁹ ill
Indis viſi, patrio more, facta ſcilicet capitis inclinatione
quibuſdã verbis Indico idiomate muſſitatis, ſalutati, exce
que ſunt. Poſtera autem die Indorum multitudinem eò c
fluentem, certiorem ex eminentiori loco reddidit frater
ciſcus, ſe nec eorum diuitias, nec bona, nec quicquã aliud
animarum ſalute concupiſcere: quamobrem bono ani
eſſent, æquique ſuum aduentum conſulerent. Cui incond
plebs: Aduentus equidem tuus, tuique comitis, quia Ch
ſtiani, & religioſi eſtis, nobis gratiſſimus eſt: nolumus
tem, Hiſpanos milites veſtri gratia, hùc aliquandò con
dere: ob intolerãda grauamina ab illis nobis illata. Cum
placita P. Franciſci reſpõſione quieuiſſent ſuſpicione: iam
perata, vbiq;, Patri, fratriq; copiã fecere p Regionẽ omnẽ
berè, atq; ex voto procedendi, ſtatimq; Eccleſia, in B. An
nij Paduani honorẽ erecta, & ei⁹ imagine cõdecorata, ſanct
&

ccleſiaſtici ritus in eâ, cũ maximo illius gentis applauſu,
tuti fuêre: inſup & in proximiori valle duodecim Gym-
a, adiunctis totidem Eccleſijs (ſex quidem in eius medi-
o, aliæ verò ſex in eiuſdem vallis gyro) exiguâ temporis
rcapedine, à fundamentis ad verticem deducta, omni-
que numeris abſoluta ſunt. Dehinc (quia alijs gentibus
ngelium nuntiare, decreuerat) ſignificauit Pater Fran-
is maiori cuidã natu in populo, velle ſe ad proximiora
onatorum oppida traijcere. Dicebantur huiuſmodi op-
rum indigenæ Coronati à tonſuris, diuerſis tamen ab eis
us Prouinciæ habitatores cinguntur, quas in capite de-
ntes, illis ad mortem infeſti inimicabantur. A quo itine-
uamuis amicus iſte populus, Dei ſeruum auertere pro
us conaretur, nihil tamen effecit. Nam Franciſco in-
entia perſiſtente; viginti Duces ab vniuerſa plebe ipſi
tituêre, qui coactâ armatorum manu, illum per diſcri-
a tutum comitarentur. Peruenientibus autem omnib⁹
ppidum Cacalanę, quotquot erant eius inquilini fuga-
ſi ſunt: quod vt vidit Frater Franciſcus ſine morâ duces
ites ſuos ad propria remiſit, redditis interim illis de-
e gratijs: ipſis verò reſiſtentibus, nec tutum eſſe diſiungi
gantibus ſed aſſerentibus illius populi accolas truculen-
nos eſſe, atque mortem vtrique proculdubio illaturos;
cit Frater Franciſcus, nihil ſibi ab ea re timoris eſſe, quã-
quidem vitam pro Euangelica prædicatione, proque ef-
ti illius populi ſalute libentiſſimè deſtinaſſet. Receden-
s tandem inuitis comitibus, & duorum iſtorum, metu
citis: quidam ex Indis illius populi primarius, & gran-
us appropinquans ibat, & à P. Franciſco, quid ſibi vellet?
dque in votis haberet? curioſiùs ſciſcitabatur. Qui vt Ple-
n de omnibus reſponſum tulit, ad ſuos refugit: moxq́;
nis ſuis, & ſexdecim alijs Indorum oppidis, Meridionalis
ani maris littori cohærentibus, cuncta, quæ ex religio-
ſorum

ſorum verbis acceperat, ex ordine recenſuit: eos P. Franci
nomine, quatenùs certum in locum conuenirent (audit
plurima, quæ communem ſalutem concernerent) per ſ
ſacra conteſtans. Annuerunt illi, viſoſque religioſos
trio, & Hiſpanorum more manuum oſculo ſalutarunt. I
viri Dei, poſt mutua colloquia, diſcedentes, ad Amaxotu
(vbi vniuerſæ illius regionis idola collecta erant, & patr
diabolicisq́; ritibus aſſiduè colebantur) inceſſere, & ſolis
lubro appropinquantes, ſatis benignè, ac comitèr ab A
xotanis excepti ſunt. Dumq́ue vlterius procedentes, emi
tia duo ſacella iuxta littus maris erecta, conſpexiſſent, à
mitibus Indis, quibus idolis ea ſacrata eſſent, perconct
Reſponſum habuere in eorū altero belli, in altero verò
catorum Deos ſolemniùs coli: vtrumq́ue ingreſſi, in iſto
tuam, piſcem manu tenentem & erectam; in illo verò al
ſtatuam præcedenti ferè ſimilem, ſpiculum manu iacturi
tem conſpexere: cupiens igitur Frater Michaël abomina
nem ignibus traditam, & extinctam; igniariū, quod ſec
gerebat, eximens, ferroque ſilicem concùtiens, ſcintill
fomitem exceptis, ignem ampliauit, eoq́; idolis, ex ſtram
factis, ſtatim admoto, & ea, & reliqua vniuerſa ſacella
fauillam redegit. Quod vt ſacrificulus quidam, qui ibid
latebat, conſpexit, è latebris proiiliens, pelli ſuæ interi
maximè timens, perterritus, ad ſuos celerrimo gradu ſe
ripuit, remq́; geſtam ore pallenti, atq; tremulo patefeci

Inimici Capitales eius, inſtinctu Dei mitigantur.

CAPVT. XIV.

EX Eo loco diuini cultus zelatores, ad alia progred
tes, inhumanos quoſdam Indos, qui omninò, ijs mor
comminati ſunt, inclinata iam die, obuios habuer

Qua

ıamobrem Franciſcus ſocium ad orationem, atque ad
cipiendam pro Chriſto, conſtanti animo mortem, horta-
, per integram illam noctem ab oratione ſpiritum non
axauit: quinimò præuia confeſſione, & confirmato iam
ij animo, noctem cum die, diuinis perpetuò laudibus in-
dés: coram Crucifixi imagine ob oculos poſita, fide con-
ıs, ſpe gaudens, atque charitate feruens, coniunxit. Inte-
verò barbari circiter centum, arcubus, ſagittiſque mu-
, inſuper acclamantes; moriantur, moriantur, deorum
trorum inimici, Dei famulos circundant. Dumque om-
ſimul extenſis arcubus, directiſque in eos ſagittis mor-
truculentiſſimis vultibus interminantur, Dei prouiden-
actum eſt, vt mirabiliter, & extemporè, pacatis animis,
tataque ſententia, ad vnum quotquot aderant, nullo pe-
ìs iaculo diſploſo, in terram conſiderent (quod apud eas
tes pacis indicium eſt, ſignificatque ſe nihil mali, aut de-
nenti cuiquam illaturos.) Quo miraculo exhilaratus, ac
ra modum accenſus P. Franciſcus, Chriſtianæ fidei docu-
ıta barbaris illis, feruenti ſpiritu propoſuit, ſuaſitque,
bdicatis idolis, diuina præcepta, cæleſteſque virtutes,
bus beatam vitam perenniter acquirerent, amplecti con-
lerent. Quæ illi audientes, ex animo, quàm gratum ad-
tum, eorum haberent, oſtendere: nihilque iucundiùs
rum conſuetudine accidere potuiſſe: nolle tamen inte-
rim ſe, iunctìm cum eis Hiſpanos ſæculares, quibus
aliquando coniuncti fuiſſent, admittere: quo-
rum cauſa (exiſtimantes aliquos ijs
adeſſe) arma corripu-
iſſent.

B. P. Pergit ad alias gentes, quarum ex barbiſa-reis, 17. Campanas, ſingulas centum XL. libras habentes, conflauit.

CAPVT XV.

IAM Chriſti præcones poſt Chriſtianæ diſciplin monita barbaris data, Icatlanicum Conuentum re petere, meditabantur, volebant patres, noleban illi, rogantes, ſuadenteſque vt diutiùs, in conſortio ſuo, im perpetuò manerent. Fratres, humaniſſimis interim, at humilioribus verbis, & rationibus in medium adductis, a quieſcendum ijs non eſſe deduxêre: ſed ſumpta ab eis licen tia, ad propria repedarunt. Vt primùm Monaſterium inc lumes ingreſſi ſunt, Pater huius cuſtodiæ cuſtos, Antonius Segobia, eis, humaniſſimè exceptis, in ſpiritus ſancti, obedientiæ ſalutaris virtute præcepit, ne huiuſmodi regi nes, tùm quòd per XXX. viæ ſtadia, procul abeſſent, tù quòd triũ menſium, ſpatio iam abfuiſſent, tùm etiã quòd i ter mortuos reputati, periculo nouo exponi non deberen Huic Sancto impedimento P. Franciſcus, & Prælato, more geſturus, illis regionibus relictis, aliò verſus, (ne interin otio torperet, & talentum cælitùs conceſſum abſconder videretur) iter inſtituit: in quo maximos progreſſus extul Cumque redux proprium Conuentum peteret, Cacalotr nę oppidum ex itinere percurrit, ac 400. Indos in fide Ca chizatos, ſacra regenerationis vndâ deterſit: paruulis in rim innumeris oblatis ac baptizatis, vtí adultorum qua plurimis, Chriſtianæ fidei myſterijs, imbutis. Docebat eo Franciſcus vniuerſam carnis, mentiſque corruptelam odi fugiendo, vnicâ tantùm vxore ſanctificare connubium, c teras omnes à primâ ſuperinductas thoro & communita præſcindere, ac tandem quælibet idolis olim oblata ad

defe

ferri. Quæ omnia Catechumeni iſti, vt ſacro baptiſma-
fonte mundarentur, dicto citiùs præſtitère. Præſertim
rò qui ex oppido Amaxocotlanæ originem duxerant:
m ij aureas, argenteaſque & cupreas barbas (quibus pro-
os vultus vanè deformaſſent) deponentes, eas rogo
erimpoſitas flammis ſacrauère: ex quibus tandem ſep-
decim campanæ (quarum quælibet centum & quadra-
ta librarum pondo grauabatur) conflatæ, atque in toti-
n regionis eiuſdem ædibus ſacris locatæ ſunt.

olorum Sacrificulos complures per ſocium, eos li-gantem, mirabilitèr ad ſe deducit, & conuertit.

CAPVT XVI.

VBI autem P. Franciſcus, Tecoſquines pertranſiens
quoſdam idolorum ſacerdotes in vicinioris editi mon-
tis iugulo, antiquioribus dæmoniacis ſuperſtitionib⁹,
maximo neophytorum diſpendio, vacare cognouit,
ad ſe per fideles aliquot Indos adduci iuſſit. Sed renuen-
s illis, ex timore, & reuerentia, qua in locum, & ſacri-
los ferebantur, abſtinendum fuit. Videns igitur Chriſti
tor ſuo ſe ſcopo depulſum: noua ſolertiâ præmeditata,
ino quidem ſpiritu eruditus, F. Michaëlem adortus, petijt
n Dei fretus auxilio in montem aſcendere, collectoſque
lorum ſacerdotes indè prolicere, & adducere conaretur?
fidus comes, præſtò (inquit) operior, quæ mandaue-
dummodò ſanctam per obedientiam iniuncta fuerint.
it ergò Franciſcus, vt montem peteret, & ſacerdotes ad
inctos adduceret, in ſpiritus ſancti virtute, atq; obedien-
nerito præcipiendo, Frater Michaël extempore parens,
lorato Dei auxilio, celer ad locum irrepſit, ſatanæque

miniſtris vt domum actutùm egrederentur, audacter iniun
xit. Quibus exeuntibus, & corã ſe aſtantibus, vnus inter eo
(Ioannes vocatus) veniam ſupplex orabat, quandoquidem
cùm Chriſtianus eſſet, ſacrificulis cibaria coactus attuleri
cui facilè donans errorem, cæteros ſacrificulos funibu
(quos attulerat) illigatos, tanquam de gregibus agnos vi
ctos, ad Patrem Franciſcum deduxit. Qui vt conſpexit eo
grauiter reprehendit, ac, vt erant ligati, ad Izatlanicum Co
uentũ adducens, humaniſſimè ad tempus retinuit, Catholic
fide, & Chriſtianis eos morib⁹ imbuens, in omni pietate fo
mauit: quos indè dimittens, voluit, cæteris eius patriæ Ind
in his quę fidei ſũt, præeſſe: vtq; paruulos de Chriſtiano mo
baptizarent, adoleſcentes ad publica loca conuocatos, Chr
ſtianã doctrinam maximâ curâ docerent: qui ergo poteſt
tem habuerat barbaros tantos, miraculoſè ligandi, virtu
non caruit Ligatos Euangelio nunciando legandi; Hircos r
ceperat, agnos dimiſit, ex præconibus Diaboli, ſuſcitans pr
dicatores Chriſti.

Iterum Iterumq; nouas gentes recuperat, & Eccleſias exſtruit.

CAPVT. XVII.

RELATVM eſt, poſt hæc Dei ſeruo Franciſco, quoſdan
Indos à ſuis populis diſceſſiſſe, & aſperioribus quibuſ
montibus efferari, ad quos vir Dei, ne in idololatria
iteratò laberentur, proficiſci decreuit. In regionem ingre
ſus, quãq; humaniſſimè ab ijs exceptus, vt ad ſuos reuerte
tur, omninò perſuaſit. Congreſſis itaque illis in vnum d
nec Catholica fide ſolidiùs, ac Chriſtianis ritib⁹ imbuerent
paternè conuixit: ibique, proprium conuentum reſumpt
rus, Eccleſiam à fundamentis erexit: eius miniſtris inſignit
eruditis. Dum verò ſe itineri, accingeret, alios aliquot Ind

patr

rijs laribus relictis, ſuperiorem Dexocotlanici montis
tem incolere ſentiens, auio tramite ad eos deflexit, pene-
ſque rupium dumeta, coram ijs, de pacis, ac Catholicæ
i rebus verba proponens, vicit animos, & præcedentibus
is eos allucratus eſt, & inter copioſam Barbariem, quin-
gymnaſia, adiunctis totidem ædibus ſacris, quibus ex
lioribus aliquot præfecit, communi labore conſtituit.
e dies autem plurimos F. Franciſcus Patris Ioannis Caleri
us ſupra meminimus) interitum, indignumque oppro-
m, recognôrat, & quomodò aliquot Indi, non longè ab
re ſuo, tanti Patris interfectores, contextam ex ſtramine
iam, ſingulis annis, in eius triumphi, (quē de Chriſti mar-
reportaſſent) memoriam, proprio eius habitu induerēt,
eaſq; ducentes circùm habitum inſano more vagarētur
r audiens, ſtimulatuſque Dei æmulatione, quieſcere neſ-
donec impio more abolito tanti viri habitum, ab eiuſ-
i iniuria vindicaſſet. Nacta igitur ijs locis opportunita-
d ſacrilegos Indos tranſijt, illoſque tanti ſceleris liberri-
edargutos, quod exultaſſent in rebus peſſimis, Chriſtia-
cētia improperauit, ſuggeſſitq; vt Satanicis ſuperſtitio-
s abnegatis, Chriſto Redemptori nomen dederint. Quos
olicis ritibus ſatis imbutos, ſacroq; regenerationis laua-
nitiatos, interim tribus gymnaſijs, totidemq; Eccleſijs
l eos erectis. Victor, cum tanti martyris habitu, & F. ſocio
aele, in Izatlanicum propriæ habitationis Conuentum
bundus aduenit. Dum iſta aguntur, accidit, vt iſtius
inciæ Congregatio Guadalfagiarenſi in Conuentu ce-
raretur: vtque, fratre Michaële ad aliud monaſterium
tranſmiſſo, Frater Franciſcus Laurentij Izatlanici
iſtius Conuentus Guardianus inſtitueretur:
quæ res fatalem ei periodum, à
longè contexuit.

Martyrio Luctuoſo Conſummatur.

CAPVT XVIII.

VIXDVM aliquot à dicta Congregatione declinauera
dies, cùm ſpiritu nouo Franciſcus Calotnanicos Indo
Guaxacatlanèmque Prouinciam (iſtam, & illos in fi
confirmaturus) deuoto ſocio F. Ioanne ſelecto, inuiſere d
cerneret: Vbi itaque eò primùm appulit, hilari vultu, a
humaniſſimo hoſpitio ab eis excipitur. Sequenti verò no
Indi propinquioris pagi accolæ, (Iocotecanes appella
cùm Catholicæ fidei ſupramodum infenſi eſſent, in Chriſt
nos huiuſmodi Indos irruentes, eorum ſeptendecim tru
lentiſſimè peremerunt. Quo tumultu, & fidelium ſtrag
ſomno excitatus Chriſti miles Franciſcus, cariſſimo ſo
vocato: Eia frater, inquit, ſurge ociùs, viriliter age: adue
ſiquidem tempus acceptabile, dieſque ſalutis, in quib
cælorum Regnum facili negotio, ac modica, ſed glorio
paſſione conſequemur. Moxque accenſa candela, corà
altari deuotè genuflexus Glorioſo martyrum Regi Chri
ſe obnixè commendare cæpit. Quem imitatus F. Ioanne
dùm ſimili modo mentem Deo præparaturus, ad ipſam
ram confugit, ab impijs ſatanæ ſatellitibus inuaditur, &
Eccleſiæ valuis, ferreis truncis plumbatiſque atrocitèr
terimitur. Eoque extincto, inimici Crucis Chriſti, Ædis
teriora penetrant, ſanctumque Chriſti famulũ Franciſc
Crucifixi lignum manu tenentem, belluino furore adori
tur, & venerabile beati caput immani ferratæ cuſpidis i
contundunt, vt laxatis viribus, in deliquio, crucifixum
manibus eius excuſſerint. Tunc ad eum ſacrilegus perc
ſor: putas ne, inquit, iſte liberabit te? & repetens ictus
quoties, caput venerandũ cùm ceteris membris, ferrea cl
comminuit, iuxta ipſiuſmet vaticinium, (prædixera
quid

lem ſe ſub Guaxacatlanorum manibus animam cælo
lituruin) inſuper & ipſam Eccleſiam, & Patrum domi-
m ſuppoſito igne combuſſit. Poſtridie verò Chriſti fi-
s Indi, qui ex tanta clade reſidui fuerant, tantum facin'
etratum ad Hiſpanos, qui duobus indè ſtadijs diſtabant,
lerunt. Qui poſtmodum ſuperuenientes, vtriuſque
tyris corpus inde ablatum ad Izatlanicum Conuentum
rendum, inſuper & honeſſimo loco recondendum ſol-
è præcauerunt. Vt autem primùm Indi proximioris
tis habitatores, (quos Pater Franciſcus baptizarat, at-
n fide firmârat) eius mortem acceperunt, ad Regium
e Galleciæ Concilium conuolantes, rem geſtam con-
tis patribus ex ordine retulerunt. Qui alterum ex eis,
nomine Contreras) atque experientia maturum, Hiſ-
s centum militibus, quatuorque Indorum millibus ſti-
m, eò deſtinantes ablegarunt, vt ea de re diligentiùs
oſceret, ac tandem iuſtam vindictam ſumeret, ille
r eam in patriam aduectus, ex militibus, qui montium
occuparent, quique itinera obſiderent, aliquot præ-
;alios in comitatu retinuit;ac tandem certiori ſcrutinio
anitatem facti cognoſcẽs; eos omnes, qui in ſancti mar-
necem conſpirauerant (erant ij ſexcenti, & octo nu-
o) trucidari iuſſit. Relictis interim ex primarijs octo, vt
ami ſtipendio necarentur. Sicque digna factis illi
receperunt, & vltio facinus ſubſequuta eſt,
ac tandem patria illa ſine habitatore
relicta, cæteris Indis non vanum
timorem impreſſit.

IN

IN STVPENDVM Indomitorum Chichimecarum Apoſtolum, M noritam Reformatũ, Franciſcum Laurentij.

ÆNEA, ſpurcabat vultus, cum pondere barba,
Depoſuit Monſtrum, Sanctus, in igne, Vetus.
Ludibriumq; Comæ, conflauit; vt æthere ludat
Campanile melos, qui, decet æra, ſonus:
Barbaries barbata perit; defuncta reſurgens
Jn ſeptem atq; decem, corpora vaſta cupri.
Jnſonuit cœlum, tonuit Noua, laudibus, Inda
Relligio: Angelici concinuêre, Chori.
Hoc referet campana tui, Franciſce, perenne
Vel pulſata manu, vel memorata, Decus.
Nec barbata Virûm, reticebunt ora ſonorem;
Jmberbeſq;, pium, Barba docebit, opus.

Jn Eundem.

Quam Cytharam, reſonare doces? non gnarus, vt Orpheus?
Plectrum, lingua tua eſt: Os, Roſa. Vita, chelis.
Prolicis his Hominum Turbas, diuûmq; fauores:
Humanaſq; feras, dexteritate domas:
Non erat Incantus, nec erit vehementius vnquàm,
Auribus alloquium, quale ſubindè tuum.
Vis inerat Verbis penetrans, quæ preſſa medullis,
Quod libet, vt iuſſit, quod libet ipſa tulit.
Sat fuit, ad Nutum, Gentes comprendere viſu,
Quiſquis enim Viſus, captus & ille fuit.
O Baſiliſce, Sacrum, quâ parte refundis odorem?
Totus odor chriſti es, Corpus aroma tuum eſt.
Sacrificos pedicis, vnus, vincire ſolebas;
Nunc Erebo, & Sectis, vincula cruda pares;
Creſce (Minor voto) meritis & nomine Maior,
Vt laquees Superos: nos quoq; necte ſimul.

Martyrium aliorum fratrum minorum, apud crudas eas nationes.

CAPVT XIX.

ANno Domini M.D.LV. duo fratres Minores de Obſeruantiâ, alter ſenex, & Sacerdos, alter verò iuuenis, barbaricæ Indorum feritati obuiantes, & in veræ fidei, ac priæ Religionis profeſſione conſtantes, ab ipſis infideliatrociſſimè cœſi ſunt. Horum martyrij ſeries nobis innita manet; quia in regione remotiſſimâ ab eâ, quam olunt iam Hiſpani, paſſi fuêre, & ſanguinem pro Chriſto ēre. *Gonz. fol. 1278.*

Martyrium F. Ioannis de Tapia.

(Icon eius ſup. Imag. 14.)

CAPVT XX.

ANno ſequenti, nempè milleſimo quingẽteſimo quinquageſimo ſexto, F. Ioannes de Tapia, vallem quandam de Guadianâ, montibus de Zacatecas ſubiectam, introſſus, vbique pro Indorum conuerſione laborans, circa le ad Catholicam fidem conuerſos baptizauit. Poſtmon autem Guadalfagiaram, ciuitatem ab Hiſpanis non ita lem ædificatam regreſſus eſt; vt in Capitulo, quod ibi feræt, Prælato quæ geſſerat intimaret. Cum autem multos delesChichimecas ſecùm adduceret, Prælato ſuo animan eſuriem ciêre, egeſtatemque, ac neceſſitatem Euange prædicationis, & ſalutaris diſciplinæ aperire contendit: commiſeratus humanæ ſalutis Tyrones; licentiam, & oientiæ meritum ei impendit; vt ſuſceptam iam, & intenn animarũ conuerſionem, aſſumptumq; in pio cultu laem, continuando, proſequeretur. Qua, licentia, ac obentia expeditus, denuò ad munus charitatis abſceſſit: at

verò in ipſo itinere procul à Zacatecis, milliaribus decem a
Indis quibuſdam barbaris (Guachichiles appellatis) furios
comprenſus, genuflexus quidem, & crucifixi imaginem ma
nu tenens, crudeliter interfectus, cum martyrij palma, glo
rioſus migrauit ad Dominum. Religioſæ admodum, & ex
emplaris vitæ, ac Seraphicæ profeſſionis, ardore nominati
ſimus, nec minus, feruenti ſpiritu, in Gentilium conuerſio
ne, cui ſolerter, ac ſtrenuè diuturneque operam dedit, (cu
à quodam Chriſtianæ, ſpectatæque vitæ Indo, Luca nomin
in hoc genere pietatis adiutus, profeciſſet.) Tandem ſupera
tis pro Chriſti nomine curis & ærumnis, corporis ergaſtu
per manus impiorum exemptus, triumphans Empyrio co
locatur. Corpus illius in Conuentu de Zacatecas, qui ad ha
S. Euangelij Prouinciam, ſub S. Franciſci Cuſtodia pertine
ſepulturæ mandatum eſt. *Gonz. fol. eodem.*

Martyrium P. F. Ioannis Serrado.

(*Icon eius infra Imag. 17.*)

CAPVT. XXI.

FRATER Ioannes Serrado Sacerdos, qui iam Franciſca
inſtituti habitum in hac eodem S. Euangelij Prouinci
ſuſceperat; atque ad quædam conſtruenda ædificia,
obedientię mandato, Xaliſcum (quod illi Prouinciæ, ſub C
ſtodiæ titulo ſubiacebat) promptè perrexerat; dùm in R
gione illa Guardianatu defungitur Conuentus Zapucha
licentia ac benedictione à Prælato petita, ad Indos illos ba
baros de Zacatecas (hoc eſt Chichimecas) conuertendos
contulit, quorum aliquos cùm ad veritatis cognitionem,
fidei lumen induxiſſet, dùm Chriſtianæ doctrinæ, intend
vibratis vndique ſagittis ab Indis atrociter confectus, & e
animatus, cum martyrij coronâ ad martyrum Regem fe
ci morte tranſmittitur. *Gonz. ibidem.*

Vi

Vita Venerabilis Conuerſi Fratris Hyacinthi à S. Franciſco.

CAPVT. XXII.

VERAT quondum (religioſiſſimus, ille Pater) ex nouæ Hiſpaniæ expugnatoribus vnus, qui cùm ſtrenuo Hiſpanici exercitus Imperatore, Ferdinando Corteſio in regiones traiecêre, illaſque Caroli V. Germanorum peratoris, ac Hiſpaniæ Regis imperio ſubegerunt. Qui, tquàm edomitis Indis, ac Mexico capto, in diſtributio- ſortem Veitlalpam, atque Tlatlacatepecem Indorum ida accepiſſet, plurimumque argenti, & auri, cùm 500 tiuis bello partis poſſideret: vnum, vel alterum Indum is ad certum locum cum mandatis deſtinauit. Cumque à quibuſdam infidelibus Indis captos, (vt idolis ſacrifi- comederentur) accepiſſet, cùm expedita vernaculo- manu illos liberaturꝰ inſequitur: Sed præualẽtibus ini- is pedem retrahens, vix ægrè, ex eorum manibus ſecun- te Deo dilabitur. Dûm itaque laſſus fugâ, ac in tuto po- , obdormijſſet; tanquàm in extaſi factus, tremendo am tribunali ſiſtitur, & à Iudice quædam ob crimina iſſimè correptus, captiuos manumittere, diuitijs ce- , ſeque Religioni mancipare, ſi propriæ ſaluti conſul- velit, iubetur. Qui tandem è ſomno reuigilans, in aliũ m mutatus, citato greſſu domum petijt, captiuis opta- libertatem reſtituit, & cætera terrifici Iudicis iuſſa fide- exequutus, Minoriticum habitum Mexicano in Con- tu induit: nulloque pacto cogi potuit, vt ſacerdotũ albo iberetur, licèt humanioribus litteris non ieiunè præcel- t, ſed inter profeſſos Laicos referri malentem, tamen itandi occaſio non corrupit: nam profundiſſima qua- humilitate, obedientia, paupertate, cùm oratione & itate coniunctis, omnibus Indis, & Hiſpanis bene rectè-

ꝗue operãdi exemplar exhibuit; prætereà, plurimos per an
nos, maiorum cùm laude, oſtiarium in Conuentu Mexican
agens, cùm infidelium ſalutem maximè ſitiret, iam ſen
confectus ad Indos quoſdam Chichimecas, Zacatecis opp
ſitos, ac vehementèr inimicos, cum quibuſdam militibu
ac religioſis, ſub Anno Dominicæ Incarnationis M.D.L
de ſuperiorum veniâ perrexit. Cumꝗue illorum barbaro
plurimis, armorum vi edomitis, apud eos per ſexênium l
boraſſet, & non paucos ſuis ad hortationibus ad fidem c
legiſſet; in oppido, quod (nomen Dei) nuncupatur, an
Domini M. D. L X V I. Lucis vſurâ defecit, ibidem Mino
tico in Cõuentu Cuſtodiæ S. Franciſci, non pridem conſt
cto, ſepultus. Eius corpus poſt annum exhumatum, vt
aliud honeſtius ſepulchrũ transferretur, integrum omnin
illæſum, & ſuauiſſimè redolens compertum eſt. Quod m
ioris venerationis cauſam Indis, & Hiſpanis impoſteru
porrexit. *Gonz. 1276.*

Vita Patris, Fratris Andreæ de Olmos.

CAPVT XXIIII.

DVXIT Originem religioſiſſimus Pater ex quoda
Burgenſis diæceſis oppidulo, honeſtiſſimis quoꝗ
parentibus: quibus orbatus, vterinæ ſorori hon
viro nuptæ, in oppido Olmos, (vndè & cognomen Min
tico indutus habitu trahere voluit) per aliquot annos co
xit. Dein adoleſcens, cùm à teneris negotio, literario in
daſſet, vtroꝗue Iure porrò verſatiſſimus apparuit, ac X
ſuæ ætatis annum attingens, Franciſcanæ Religioni vit
applicuit, in Prouinciæ Conceptionis Valiſoletano C
uentu. Cumꝗue ingenio polleret, poſt tranſactos proba
nis dies, ad ſacræ Theologiæ ſtudiũ à patribus promotu
Quon

ɔrum ſpei de ſe conceptæ non modò ſategit, ſed præter-
n in virum inſignem, & Eccleſiaſtem non vulgarem
ſit. Agebat per id tempus Tribulenſis, (vulgo de Al-
io) Minoritici Conuentus Recollectorum Guardianum,
ai commendatione digniſſimus Pater Frater Ioannes
narraga, qui cùm ab hæreticæ prauitatis Inquiſitorib',
ſque ad Caroli V. inſtantiam) verſùs Cantabriam, in-
ſdam lamias inquiſiturus Commiſſarius mitteretur, fra-
n noſtrum Andream in ſocium, ac tanti negotij coope-
rem ſelegit. Accidit autem, vt (inſtante eodem Carolo
nperatore) eximius Ioannes Zumarraga, ad Mexicanũ
ſcopatum ſub anno M.D.XXVIII. eueheretur; vtque
dem Fratrem Andræam, ad eandem quoque præemi-
tiam, ſocium optaret. Quod agnoſcens ille, & quantum
itatis nouellæ iſti Eccleſiæ ſuis concionibus accreſcere
ſet, intrepidè comitatum arripuit; ac conſcenſa Hiſ-
nauigio, cùm Epiſcopo, Mexicũ venit; miſeriſque eius
igenis per XLIII. continuos annos, maximo adiumento,
ſui fuit.

e formâ huius Beati, eiuſque auctoritate, & auſteritate viuendi.

CAPVT XXIV.

VIR erat mediocris ſtaturæ, ſed robuſtioris complexio-
nis; vnde ad quoduis pœnitentiæ genus aptabatur,
quod ille præſentiens, corpus ſingulari quadam abſti-
ntia, immenſiſque laboribus emacerabat. Nam aſſequu-
Mexicanam, Totonacam, Tepuacam, & Vaxtecam lin-
as; cilicio equinis ex crinibus confecto, ad carnes amict',
pauperrimo, eoque ſimplici habitu veſtitus, nudis pe-
ous incedens; nullis alijs delitijs, quàm herbarum radicib'

 vſus

vſus, & patrio illius regionis pane refectus, ſed & aquâ i
potum admiſſa; eas omnes Prouincias, quarum lingu
callebat, plurimis interim montibus aſperrimis, feriſqu
minacibus, varijs paludibus, & fluuijs altiſſimis, non a
que præſentiſſimo vitæ diſcrimine, ſuperatis, luſtraba
nihil penitùs intactum relinquens, vt efferatos illaru
gentium mores, ad frugem reduceret; idololatriam, co
minutis, atque in fruſta redactis idolis, templiſque ſ
cenſis, ex earum pectoribus prorſùs eliminaret, horr
dum illud crimen, Anthropophagiam, id eſt huma
carnis comeſtionem, cum alijs quàm plurimis abo
nationibus coniunctum, eiſque ſupra modum familia
deleret; ac tandem, erectis catholico more templis, g
tes ad Chriſtum conuerteret. Nec facilè quis referre p
ſet, quot calumnias, quotque impoſturas eo in nego
vnus ſuſtinuerit, quot labores, & miſerias exantlarit,
quæ denique vitæ diſcrimina animoſè traiecerit;
patientiæ clypeo tectus, diuina fretus auxilio, inu
pectore, & indefeſſâ conſtantiâ ſolum Deum, (cui
totis animi votis, commiſerat) præ oculis habens.
interim ſua ſpe deluſus: inualuit Hoſtibus fauore;
imò mirabilem tantis in tribulationibus locutus eſt v
ctoriam; ſtratoque dæmone, diruptis pedicis eius
triumphauit, ac tandem crucis trophæum
innumeris locis glorioſum
erexit.

De N

Mirâ animi illius demiſsione, & quomodò Chriſtum ad Barbaros Chichimecas, intulerit.

CAPVT XXV.

ANTVS Pater vir doctiſſimus, prudentiſſimuſque, ac plura, (vt meminimus) idiomata callens, nihilominus tamen quàm humillimè de ſe præſumebat, inutiſe ad honores, & munia minima reputando. Quâ deâ in id maximè incumbebat, vt à ciuitatibus, & ab op-, ac fratrum conuentibus, barbaras inter nationes & ſtres ageret; vt ſuorum promotiones euitans, nec à ſæibus, vrbanitate quâuis, & in ſe propenſione honora-. Interim tamen nec oleum, nec operã (vt aiunt) per-: nam ad Chichimecas efferatiſſimos homines irrumlo, quàmplurimis templis, & crucibus, montoſis illis, e inuijs in regionibus, erectis, innumeros Barbaros, plu- ſuperſtitionibus, & impietatibus extricatos, ſacro Rerationis lauacro redemit; Catholicam fidem fixit; belos mores proiecit, ac tandem in omni pietate ſtatuit inentum. A quibus tamen ſæpè ſæpiùs inſidias, vt morti eretur, pertulit. Eas tamen diuino fauore, audactèr t. Cùm enim feria V. vnâ, in cœnâ Domini, aliquot baridolorum comminutionem, exterminationemque deantes, ſtramineum tuguriolum, à venerabili Patre An-, conſtructum, contortis in ipſum telis ignitis, combu-ſatagerent, vt ipſum egreſſum commodiùs mactatum rent (mirabile) ſtramen, licèt ſicciſſimum reſtitit igni, penitùs detrimenti ſentiens, nec ignis odorẽ; vndè iſti re, ac timore perfuſi, colligentes aliquid diuinitatis in ine latere, (vt ipſimet prodidêre) re infectâ ſubtracti

dispa-

diſparuêre. Preterea cùm ſemel atque iterùm ijde barbari in ſyluis, ac montibus ſanctum patrem ſagittis co fodere niterentur; occulta, vi prohibiti non potuerunt; tortis imo ſagittis in ipſos ſagittarios, defendebatur. Qu vt ipſi ex multiplici experientia notum habuêre: ab illi tandem perſecutione deſtitêre, ſanctumque, atque à I Legatum in poſterùm ſine controuerſiâ, venerati ſunt.

Paßionis Chriſti memoria totus abſumitur.

CAPVT XXVI.

DIFFLVXIT Dominicæ Crucis amore diuin⁹ homo, frequentiùs illi in ore, quàm illud Apoſtoli Pauli: M autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego m do. Et ne eius acta ab huiuſmodi verbis diſſentire vide tur, quidquid delectamenti, aut laxationis, proprio cor afferre iure poterat, omninò ſubtrahebat; vt vel ſic Chr cruci affixum expeditiùs ſequeretur, illique pro viri conformaretur. Præterea crucem perpetuò manu geſt quo ſe maiores offerebant difficultates, eò hilarior i tabat: Quid volo niſi crucem? (inquiebat) quid mihi voluptatibus? Nonnè in hac Chriſtus Dominus pro mori dignatus fuit? Libenter & ego pro eius amore qu cunque amplexabor, vt tandem ille me recipiat, qu me in cruce redemit. Quicquid verò temporis à con nibus, vel à ſacris confeſſionibus, vel à Catechizandi ronibus, vel ab oratione reliquum erat, id totum, den vna vel altera hora (qua ſomno, & reficiendo corpu lo ſeruiebat) prælegendis ſacræ ſcripturæ libris, vel ſ titando conſumpſit. Cuius rei teſtes erunt ſequentes tractatus, nempè Alphonſi à Caſtro opus aduerſus h

ſe

, ex latina Lingua in Hiſpanicam metricè traductum: ellus de finali iudicio doctiſſimus, & Indis conducens, ica lingua editus: Ars addiſcendi linguam Mexica- : Dictionarium eiuſdem linguæ: Doctiſſima quæ- problemata, eâdem lingua compoſita: Tractatus Sa- nentorum Mexicano etiam ſermone: Tractatus de rilegijs, eodem: Libellus doctiſſimos ſeptem ſermones cicana Lingua elaboratos continens: Ars addiſcendi uam Vaſtecam: Dictionarium eiuſdem linguæ Vaſte- Tractatus ſeptem peccatorum mortalium Vaſteca ua: Doctrina Chriſtiana eâdem etiam lingua: Modus itendi eâdem: Ars addiſcendi Totonacum idioma: abularium eiuſdem Totonaci idiomatis. Qui omnes vt vulgari lingua ſunt lucubrati, ita Indis de nouo ad m conuerſis, maxima deſeruiunt vtilitate.

Chichimecas rebelles, iam ſenio confectus, pacificat.

CAPVT. XXVII.

Liqvantvlvm antè quàm Pater carnis ergaſtulo ſo- lutus, aſtra (vt piè creditur) peteret, Indi Chi- chimecæ, quos ille ſummo labore ad fidem conuer- , tùm Regi, tùm proprio Archiepiſcopo rebellarunt. ıque ob itinerum difficultates, & eorum ferocitatem dif- s ad eos pateret acceſſus, Zelantiſſimus vir, omni negle- itæ diſcrimine (licèt plurimorum, ſuaſu diſtineretur) ipitata iam ætate, ac penè languente, ad eos excurrit; ımque profecit concionibus, pijſque adhortationibus vt eos ad commiſſi pœnitentiam, & ſaniorem mentem xerit, & ab illis diſcedens, cùm ſe breui moriturum, nec

eos ampliùs viſurum aſſeueraſſet, maximo ſui deſiderio
lentes reliquerit. Præſago etiam ſpiritu, inſigni cuidam
nepoti, Auguſtiniani Ordinis alumno, quæ ei euentura e
multò antè prædixit, & deplorauit. Præterea Indo cuida
infirmo, qui commiſſa crimina in confeſſione detexerat,
huc benè valenti, dixit: Maneto in pace, proque me ora
memento, præibis enim me vna duntaxat horâ in via
vniuerſæ carnis, id quod euenit: nam poſt horam ab ill
Indi morte, P. Andreas animam cœlo reſtituit.

Teſtamentum, moribundus, mirabile condit.

CAPVT XXVIII.

VT ergò deuotiſſimus pater relictis Chichimecis (
rum ſuprà meminimus) Tampricum Hiſpanorũ o
dũ (vbi iam conſtructus fuerat Conuentus, ſub Cu
ſtodia S. Saluatoris de Guaſteca, ſiue Panuco) regreditu
grauiſſimam quandam infirmitatem ex interiori ap
mate contractam incidit: Et iam morti propinquus, fr
bus eius loci habitatoribus ad ſe vocatis; generali omni
peccatorum confeſſione peracta, ac ſumpto viatico, ole
tiam ſancto inunctus, poſt pijſſimam collationem de
pertate ſeruanda, deq; mutua charitate multùm colend
demum de omnibus religioſum ſtatum concernentibu
venia rogata, ſi quo eorum quemquam offendiſſet, & o
pacis Religioſo more donato, cunctam ſuppellecti
ſuam, Roſarium nempè, quo Angelicam ſalutation
ſæpius ſolitus erat exſoluere, grana aliquot à ſu
Pontifice benedicta, aſperrimum cilicium, quo
ctus erat, & flagellum, quo cædi conſueuerat, d
bu

, ac facto ſuper eos ſigno crucis, benedixit, ſtatimque
oſtolorum ſymbolo quàm deuotiſſimè recitato, ani-
m exhalauit. Eius corpus, quod priùs ſubfuſcum erat,
im à morte candidiſſimum, miro quodam ſplendore
gens, ac ſuauiſſimè olens apparuit, vt omnes religioſi,
n ſecularibus ſupra modum admirarentur, & recrea-
tur. Audita fuit præterea ſuauiſſima quædam inſtru-
ntorum diuerſi generis in aëre melodia, atque Ange-
s concentus. Quod haud dubium omnibus felicitatis
s & patentiſſimum argumentum fuit, cui & ſequens mi-
ulum aſtipulari videtur. Laborabat cariſſimus illi qui-
n olim amicus Hiſpanus, grauiſſima quadam infirmita-
cumque eius corpus ex antiquiori ſepulcro, ad aliud e-
antiùs honoris cauſa transferretur, is ad Eccleſiam de-
i volens, hauſtam pugillo, ex tumulo terram, langui-
o admouit corpori, ac in puncto, ſtupentibus qui a-
derant, incolumis omninò exſiliens, præibat,
neminemque, itineris ducem, am-
plius requirebat. *Gonzag.*
fol. 1274.


Hic Imago 16.

Martyrium Patrum FF. Andreæ ab Aiala,
Franciſci Ægidij, apud Guainamotam,
Exceptum.

CAPVT. XXIX.

CHICHIMECÆ infideles ſcilicet Indi, qui ex alterâ ce
bris illi⁹ fluminis, de quo in vitâ Patris Martini de le
(ſup. lib. 2.) meminimus, per incertas ſedes, nu
partib⁹ etiam verecundis(omni naturali honeſtate proie
vagantur. Eorum tamē plurimi, ab anno Domini M.D.L
quo tempore, fratres noſtri ad eos manifeſto vitę diſcrim
penetrarunt, ibì oppida modò opportunis in locis æd
cantes, politico more coaleſcunt, & veſtimentis noſtr
bus induuntur, & Catholicam fidem, abiuratâ idoloma
quadantenus amplexātur. Quia vero huiuſmodi Chichi
cæ, antiquiori viuendi modo, eoque ſupra modum bell
no, ad fratrum noſtrorum inſtantiam deierato, Chriſtia
mores induere cæperunt, vndè Catholici regis militibus
interiora iſtius Patriæ, felicior aliquando aditus pateat:
creuerunt, Regij nouæ Galleciæ Concilij, patres conſcri
vt noſtri fratres vnum, vel alterum monaſterium apud
erigerent, vbi boni nominis religioſos, aliquot conſ
erent. Quò tandem itum eſt, vt, ſuppeditantibus neceſſa
Guainamotis, Conuentus apud eos in ſancti Franciſci m
moriam, ſub anno Domini M. D.XXIX. exaltaretur. Cu
que per integrum ſexennium prædicti fratres hoc in Co
uentu, maximum interim fructum ex ſacris ſuis concio
bus referentes, commorati eſſent, anno tandem Dom
M. D. LXXXV. (vt ſtatim patebit) ex eis duo, P. ſcilic
Andreas ab Aiala (eius author) ac F. Franciſcus Ægid
montanis quibuſdā Indis, peſſimo, ac truculenti genio du
crudeliſſimæ neci ſuccubuêre. Guainamotæ porrò effera

moril



…ba comas, Fratrum de more, coronans.
…ronatûm tempora, Marte Secat:

16

…dier. waren selbſt gecrönt,
…ens die Brieder verhönt:

Mars uarius ferro. sed contra audentior Vn…
In cruce, sub capitis uerbere, truncus ouat.

Vnd sie verſchikt in ihrem spott,
Durch hamer beÿl. vnd pfeÿl zu Gott.

oribus, & bellicoſiſſimi ſuapte natura ſunt: extremamq́;
rouinciæ Mechioacani, & Xaliſci oram tenentes, editiſſi-
os montes Auſtrali impendentes Oceano, cauernis inte-
n ferarum more, pro domib⁹ vtentes, inhabitant. Horum
men plurimos, vt primùm ad eos noſtri emerſerunt, con-
onibus, & pijs adhortationibus, religioſaq́; conuerſatione
fidem conuerterunt, non ſine labore quidem, quòd
iuſmodi homines trunci, bardiq́ue nullo penitus ingenio
lleant. Inter religioſos verò, qui fructuoſius hoc in opere
orarunt, primatum tenuit inſignis pater, ac conſumma-
s Theologus Frater Andreas ab Aiala: qui cùm Indicum
ius patriæ idioma diſertè loqueretur, nihil ab immanib⁹
ainamotis non obtinuit. Vnde & eos ad oppida in plani-
, ac fertili ſolo locanda, & ad Eccleſias, & Gymnaſia eri-
nda prolexit. Conſtitutus igitur ex procerum iſti⁹ Prouin-
decreto, ædificati à ſe Conuentus Guainamotani, Guar-
n⁹, in id maximè incubuit, vt huiuſmodi Indos ad fidem
nouo cõuerſos, & ad idololatriã ſupra modum procliues,
uſcepta religione Chriſtiana contineret: idq́ue quàm fę-
ſſimè per integrum ſexennium conatus: Succedente an.
Domini M. D. LXXXV. furiæ populi cedere cogitur.
m plurimi Guainamotæ in vnum conſpirantes, decreue-
t, conficere omnes noſtros, ſecuribus, atque clauis (has
canas Indicè appellant) armati itaque ad Eccleſiam 4.
guſti (quæ beatiſſimo Patri Dominico ſacra eſt) conuen-
i, inibiq́ue tùm Patrem Andream ab Aiala, tùm quoq́ue
ſocium Fratrem Franciſcum Ægidij ſacrificantem inter
turi erant; aſſerebant enim, quia Deus ab eis prædicatus
victũ cuiquã ſubminiſtraret, & relicti à ſe Dij ſæpi⁹ eos
anguſtijs, & plurimis neceſſitatibus eruiſſent. Quod
ſilium non latuit, quin deuoto cuidam, ac fratribus a-
ciſſimo Indo innoteſceret. A quo tandem monitus Fra-
Andreas, licèt non omnino fama confiſus, aliquot

 Hiſpa-

Hiſpanos, vt intereſſent ſacrificio ſuo, rogauit: & aſcen
poſt offertorium ſuggeſtu, ad aſtantes Indos de Catholic
fide retinenda, de homicidij ſcelere, deque pænis à Deo,
hominibus, Reis eiuſmodi inferendis, indico idiomate pe
rauit. Abſoluto ſacro, Guainamotis ad quædam latibu
propè Conuentum (inſcijs tamen fratribus) retractis, Fra
Andreas, adiunctus ſocio Fratri Franciſco, Refectioni ſer
bat: dumque malorum inſcius cibum caperet, adſunt p
foribus homines efferati, religioſum ſanguinem vehem
ter expetentes, luporum inſtar vlulare faceſſunt. Quibus
ditis, vterque, pater cùm fratre in ſacrarium dilabuntur
prçuiâ Sacramentali Confeſſione, ad ſubeundam ſub illis
tanæ militibus mortem, ſe quàm diligentiſſimè diſpon
Cumque, admoto Eccleſiæ, & Conuentui à barbaris ig
quidquid ædificij ſtabilitũ fuit, voranti flammâ periret,
ter Andreas crucifixum manu complexꝰ, ad eos prodijt,
tique facinoris reos, grauiſſimis verbis arguere cæpit.
verò furentes amentiâ in ipſum irruentes, iteratis ſecuri
clauarum ictibus, virum bonum iniqua morte mulctar
abſciſſumque ab humeris caput manu tenentes, choreas
gyrum duxere, hæc verba concrepantes. Eia age, (ſi po
compelle nos modò ad phanum tuum, & doctrinæ tuæ i
reſſe compellas. Interim Frater Franciſcus Ægidij hort
teriora petierat, vbi ab eiſdem Guainamotis inuentus, ſi
cùm ſacriſtis Indis, & vno, vel altero Chriſti fideli ſo
pretioſam in conſpectu Domini mortem exſoluêre. Po
Guainamotæ Conuentũ minutìm expilarunt, & quidq
ſacri in eius Eccleſia inueniri potuit, id in proprios vſus
uertêre: comminutis interim, vel exuſtis Sanctorum i
ginibus. Quod vt primùm Hiſpani, qui remotiores
bant, cognouêre, vt fratribus adeſſe poſſent, ad locum
ſtino curſu conuolarunt; vbi tandem, & ab ijſdem barb
exaſperatis, omnes perierunt. Curabat interim, cautiſſi

Reg

egium nouæ Galeciæ Concilium, vt in Guainamotas iu-
æ tanti facinoris pœnæ decernerentur, & ad Catholicam
dem reducerentur: tamen in vanum, cùm illi relictis oppi-
s, ad montium interiora, eaque omni acceſſui penitus in-
aſe receperint. Nihilominus Fratres noſtri omnem mo-
nt lapidem, vt ouiculas aberrantes ad caulas communi-
:um eliciant & Idolomaniæ deierationem relapſis per-
adeant, rurſumque conciliati, gremio matris Eccleſiæ ſo-
entur. *Gonz. fol. 2305.*

Martyrium Sanctorum filiorum Dei, P. F. Pauli Azzeuedo, Fratris Joannis à Ferraria, Fratris Franciſci Donzelis, ac Fratris Petri Burgenſis.

(quorum Icones infra 1. Imag. 17).

CAPVT. XXX.

CVM Honeſtiſſimus Pater Frater Paulus Azzeuedo Por-
tuenſis, poſt ſuſceptum in Sancti Dominici Prouincia
(inſulæ ſanctæ Crucis) Minoriticum habitum, ad Diſ-
ceatos nouæ Hiſpaniæ tranſijſſet, ac prouinciam Sancti
angelij, non abſque plurium Indorum ad Chriſti fidem
uerſione, peragraſſet, in nouam Cantabriam, cùm tri-
eiuſdem Ordinis fratribus, à ſuperiorib⁹ miſſus: poſt rem
licam ſub Franciſco Iuarra, Chriſtiani exercitus præfe-
, Copalæ feliciter geſtam; in Culiacanica Regione, bar-
orum conuerſioni totis viribus animum intendit, vbi ab
delibus Indis, occaſione cuiuſdam Moraſcati, qui Patris
li verba, interpretando peruerterat, ſagittarum turbine
fixus, in Domino obijt. Eiuſdem quoq; Moraſcati cau-
cùm ab Indis tributum, eorum Domino debitum (vt eius
erat

erat muneris) nimis importunè, & cum imperio exiger F. Ioannes à Ferraria profeſſione Laicus, ac indiuiduus o ſi Pauli comes, eadem in Culiacanica regione, ab alijs q buſdam Indis (à viginti tamen annis retrò baptizatis m tatus eſt. Illi, ipſi Moraſcato vexatori ſuo mortaliter infe necē exindè coniurârunt, ipſumque præſente Ioanne frat crudeliſſimè trucidarunt: timenteſque, ne fratris teſtim nio eorum facinus detegeretur, & ipſum eâdem cæde uoluerunt, inſuper & omnes Indos eorum amicos, qui clеſiæ obſequijs incubuerant, nullo reſiduo, trucidaru eorum interìm corpora eo ipſo loco, vbi extincta fuera inſepulta relinquentes Idque vt primùm Hiſpani intel xêre, eò, vt defunctorum corpora ſepulturæ traderen expeditiùs accurrentes, vnum patris Pauli corpus incor ptum, intactumque, interim tamen adeò extenuatum, gracile (cùm obeſum priùs eſſet) vt pueri corpus eſſe deretur, reperêrunt. Cæterorum verò cadauera à feris oſſa vſq; præmanſa & dilacerata. Sicque diuina prouiden actum eſt, vt ſingularis patris Pauli ſanctitas, & vitæ Inn centia cunctis patefieret. Cuius Beati corpus, ac aliorum cum eo extinctorum oſſa, in quandam eiuſdem Culiacani regionis Eccleſiam (quæ Prouincia SS. Petri, & Pauli hu Prouinciæ finibus circumſcribitur) honorificè recondi re. Venerabilis verò Pater Frater Franciſcus Donzelis, ex Bætica Prouincia (in qua Religionis habitum ſuſcepar in nouam Hiſpaniam traiecerat: cùm in Minoritico ap ſanctum Philippum eiuſdem Prouinciæ (de quo ſupra) C uentu Guardianum ageret, Mexicum quorundam negot rum cauſa, cum proRege Martino Enriquez acturus, pet Quibus deniq; expeditis, & adſcito in ſocium venerabili ne patre Petro Burgenſi (qui paulò ante ex ſancti Euange Prouincia ad eam tranſierat) ad S. Michaelis oppidum i contendit: in tranſitu verò eius anguſtiæ, cui Portillo d

Cam

nacuero Hiſpanicè nomen eſt, à Chichimecis circum-
latus ſtridentibus, arcuum pilis ac ſagittis, vnà cum ſocio
ectus interijt. Hiſpani ei loco vicini, rei geſtæ facinus in-
igentes, eorum corpora inde ad ſancti Michaelis oppidũ
ata, & funebribus exequijs de more completis, honeſtæ
lturæ, eodem in loco tradidêre. *Gonz. fol. 1303.*

Martyrium F. Ioannis à Sancta Maria.

(*Cuius Icon ſup. Imag. 16.*)

CAPVT XXXI.

Nno Domini M.D.LXXX. frater Auguſtinus Rodri-
quez, qui remotiùs à Prouincia S. Euangelij ad Gentes
intrârat; ac per aliquot annos in regione Zacatecarum,
Indos Chichimecas peregrinatus, Zelo ſalutis animarũ
atur, & vt piõ conuerſionis truculentiſſimæ Nationis o-
emularetur, ad ipſam Prouinciam perueniens, ex eâdẽ
es aſſumpſit, vt eò rediret. Quippe qui feruens ſpiritu,
imarum amore anhelans, primus inter omnes indaga-
plorareque ſategerit, an in Regione, quæ vlterius, &
rſum ad 900. imò ad 1200. paſſuum millia, Aquilonem
us protenditur, aliqui Indorum populi reperirentur:
e quamplurimis diebus indagans, cum gentes innume-
lebeos varios, & turbidos, in ſe confuſos, exploraſſet,
icum lætus redijt, euocatum fratres, qui ad copioſam
em illam reuerterentur. Cum eo igitur frater Franciſ-
opetius, & frater Ioannes à S. Maria Sacerdotes, in Mi-
ico Reformatorum, ſeu regularis Obſeruantiæ fratrum
entu Mexicano ſacræ Theologiæ candidati, profecti
in comitatu ſocios 12. milites Hiſpanos habentes. Qui-
mnibus P. Franciſcus prælectus, ſuperior erat. Et illi
em animarum Zelo, per montana loca (de Zacatecas)
euntes, atque à ciuitate Mexico, Aquilonem verſus viæ
a quadringenta ambulantes, demum ad Maximam In-

dorum multitudinem peruenerũt, hoc eſt, ad diſtinctos qu
draginta, ſiuè quinquaginta populos, circa ſex millia dom
rum inhabitantes, ad quos nullus hactenus Fratrũ penetra
rat; regionemque, ſeu Prouinciã illã, nouuũ Mexicũ nor
nauit. Iterum anno M. D. LXXXII. F. Bernardinus Beltr
cum exploratoribus eò profectus, & ad Cuſtodiam de Za
tecas reuerſus; multarum & magnarum habitationum, q
in ea comperit ſeriem, ad R. P. Gonzagam, eò tempore Ge
ralem tramiſit. Supradicti populi, Fratres ipſos benignè
ceptantes, eorum aduentui congratulati ſunt. At vbi F. Io
nes à S. Maria, hac naturali bonitate, & comitate in nouã
dorum natione reperta, tam humaniter receptos fratres
uertit, nulla eorum nempe obiecta contradictione, imò n
ta de fratrũ præſentiâ, exortâ lætitiâ; & reputans gentẽ ip
ſalutari Euangelicę doctrinæ prædicatione, perfacile in
ctum iri; ſolus Mexicum redire, de tantaque Indorum ſu
tate, & humanitate, Mexicani Cõuent⁹ fratres certiores
dere decreuit. vndè & verbi Dei miniſtros, pro, recentiũ
pulorum conuerſione, ex eis eligere, præmeditabatur.
genſq; hoc modo, in feruore Spiritus (aliâ quidem, quàm
nerat via) Mexicum verſus, vix trium dierum confecut⁹
cum feſſus itinere, ſermonumque labore continuo, ſub
in dormiſſet. Ab Incolis, magnæ molis põdere obuolut
præfocatus, ſpiritum emiſit, iterque diuertit in cœlum
ſui boni conatus, ardentiſque, ac pij deſiderij præmia p
conſequeretur. Fuerat verò natione Cathalanus, Iuueni
lidus robore, ac floreſcente iuuentâ. Religionis habitu
ſancti Euangelij Prouincia ſuſcepit; Optimæ indolis
mo, & religioſis moribus clarus, ſpectabilis vitæ;
magnæque virtutis indicia porrigens vni-
uerſis. *Gonz. fol. 1278.*

Hic Imago 17.



In uanum furor eſt, et fruſtra terror, et error,
Nec ualet in magnos, mors, inimica uiros.

In Chriſti lehr warens bemüht,
Das vor dem todt ſich Keiner hütt.

17

Vnus honor, ſeptem, visuna ligabat ar
Dumq; docent, omnes una pharetra

Vmbsunst das ſchwertt dis hailigen
Zue predigen Gott, bis in den tod

Martyrium Fratris Franciſci Lopetij.

CAPVT XXXII.

HISPANIS militibus, qui fratrum (vt meminimus) comites fuerant, ad propria reuerſis, ac Proregi quæ geſta fuerant referentibus, duo tamẽ alij fratres(P. Fran-
cus Lopetius, & P. Auguſtinus Rodriguez) zelo annima-
n ducti, cæpto pede manſère: & aſſiduè occupati, quadam
, dum ex more ad inſtruendum populum, qui ad ipſorum
um conuenerat, prodirent, Frater Franciſcus videns
ſdam ex populo ſeſe inuicem odij & inimicitiæ cauſa
cidantes, cæpit benignè homicidas arguere, hortarique,
niurijs abſtinerent, vindictam, animique rancorem po-
ent. At illi vt amentes, & rabidi, iracundiæ venena euo-
ntes, totũ onus digladiationis in eum conuertunt, illicò
pientiſſimum monitorem iaculis confodiunt, qui de-
ens in Domino exhalauit. Chriſti miles iſte vſque in finẽ
otus, ac fidelis, fuerat nobilibus parentibus, in perce-
i Hiſpali ciuitate prognatꝰ: doctrina, & virtutibus cele-
rimus; annoque ætatis decimo ſeptimo Religionis ha-
, in Xerezano Conuentu, Prouinciæ Bæticæ, inueſti-
rat. *Gonz. fol. 1279.*

Martyrium Fratris Auguſtini Rodriguez.

(*Cuius Effigies ſupra Imag. 16.*)

CAPVT. XXXIII.

OLLEGA Prædicti Martyris, qui in pio Dei opere ſolus
remanſerat, P. Auguſtinus Rodriguez, non ſuorum
morte deiectus, ſed animoſior experrectus, dùm Chri-
a quâdam libertate , atque diuina virtute connifus
populi varia ſcelera, palam redargueret, paulò poſt ab

 ijs in-

ijs, interemptionis palma donatus, exſpirauit. Is in vico N
bla, prope Hiſpalim, ortus, in hac S. Euangelij Prouinci
habitum Religionis ſuſceperat, ſanctis virtutum operib
continuo prælucens, ſalutis animarũ zelator erat eximi
pro quarum conuerſione, aduerſa quælibet, itinerum d
ficultates, labores cùm ipſa morte, quaſi ludibundus obib
iam fruitur omnium malorum defecato, & pacifico Reg
felix in æuum. Vt autem Fratrum noſtrorum conatus p
miſſos vlteriùs extendamus. Conſtat ex Coſmographi
deſcriptionibus, à freto Aniani ad mare de Bacalaos, ampl
quam ſex millia millium paſſuum in longitudinem reper
ad mille autem millia plus min⁹, in laditudinem à Mexica
regione Aquilonem verſus, ſub quo nouum hoc iacet M
xico; quæ tellus vniuerſa, continẽs cùm ſit, maximis quoq
habitationibus frequẽs eſſe prę̨ſumitur, quò ſi vexilla cru
& religionis præconia inferantur, dubiũ non eſt, quin in m
ximam Diuini culltus gloriam, & eorum, qui in eâ re in
daturi eſſent, meritum ceſſurum ſit. In his duabus priori
explorationibus, ad triginta tres gradus poli Arctici peru
tum eſt: Indè vbertas ſoli colligitur; quemadmodm etiã
teſtantur, qui eò exploraturi, profecti ſunt: Magnam eni
quantitatem Indici milij, faſeolorum, cucurbitarum, g
ſipij, gibboſarum vacarum, omne genus venationis, c
uorum, leporum, cuniculorum, infinitarum auium, &
fluminib⁹, ac paludib⁹ piſciũ ſpecies reperiri aiunt. Aedes
duo, triaque contabulata, aliquando item quatuor, etia
quinque eriguntur. Homines ſunt religionis noſtræ vſ
adeò appetentes, vt noſtris eò profectis ſignificarent, fa
ros ſe vberẽ ſementem, ex quâ noſtratibus, & Hiſpanis (q
Caſtillas ipſi vocant, quoſque ingenti numero ad ſe veni
peroptant) ſuppeditari alimenta ſciantur: qnin ea ijſdẽ a
dè per iter ſuũ ſuppeditârunt, ſtragulaque donauerunt p
plnra ex goſſipio confecta, vaccinaſq; pelles (quas miri
colu

lunt) ablongis pilis ſericum imitantibus, decoras. Hi fidei
ſtræ non parua illic veſtigia repererunt, erectas nimirum
uces, ad quas indigenæ preces fundere conſueureunt, ſo-
n circumquaque patulo quodam ſpatio verrentes; In
quibus autem populis è floribus, vel aliqua alia re con-
tis in crucis modũ ſertis, Indi tempora redimibant. Crucis
yſterum anno M. D. XLII. his innotuit; quod hac iter fe-
rit Franciſcus Vaſquez Coronado Salmanricenſis, ad ex-
orandam Prouinciam (quæ Cibola nuncupatur) proficiſ-
ns, vt in martyrio P. Ioannis à Padillia præmiſimus. Is
im nonnullos Mexicanos Indos, & quinque fratres Mino-
m ſocios habens, eas erexit cruces, quæ poſtea ab indige-
mirificè cultæ, manſerunt; ijs beneuolentiæ ſigna exhi-
ntur extrema, porrò hoc genus Indorum noſtros de loco
locum ſecurè perducendo, ibant è ciuitatibus obuiam
i & mulieres, cùm paruis gnatis à collo pendentibus, can-
nibus ſaltibuſque de more, præ ſe lætitiã ferentes, verè vt
tari debeat illud Chriſti Saluatoris; Rogate inquit, Domi-
m meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam, nam meſ-
quidem multa, operarij autem pauci, paruuliq; petierunt
nem, & non erat, qui frangeret eis.

Martyrium Fratris Aloyſij Villalobos.

(Eius Effigies ſup. Imag. 17.)

CAPVT. XXXIV.

PRÆTER eos Martyres Anno Domini M. D. LXXXII.
Frater Aloyſius Villalobos, ex Cuſtodia de Zacatecas,
Prouinciæ S. Euangelij, ſacerdos Deo deuotus, dùm
ælati iuſſu, pro exequendis quibuſdam concreditis nego-
s, ex Zacatecis Guadalfagiaram vergeret, in ipſo itinere
Indorum infidelium (hoc eſt Chichimecarum) turbis in-

 uaſus,

uaſus, ſagittis vndiq́; vibratis obrutus, puram Deo anima
reſignauit, omni virtutum genere commendatus.

Quanti autem interſit, bonos paſtores in eas terrarun
oras Immittere, conſtat aſſertione ſequenti, Nam Mexi
Indus quidam harum regionum indigena, ſub id tempor
degebat, optimi Iudicij, & cumprimis affabilis, Homo q
doctrinam fidei noſtræ, vt baptizaretur, linguamq́ue M
xicanam addiſcens, quatuor alios Mexicanos, idioma patr
ſuæ (quam nouum Mexicum vulgò appellamus) inſtrux
quatenus parati, cum primùm Regis, & Prælatorum iuſ
ad annunciandum fidē expedirentur; viam carpere poſſi

CARMINA
IN BEATOS MARTYRES
LIBRI TERTII.

B. P. Bernardi Coſin, Martyris.

Impetitur telis: reſilit, ſtupefacta ſagitta,
Et ferit Authores: vitat inerme latus.

Duorum Martyrum Anonimorum.

Martyrium prodit fratres, ſed Fata reſeruant
Nomina nota Polo: facta cruenta Solo.

B. P. Ioannis de Padilia.

Flecte genu, Pater alme, vides? Haſtile paratum
Vota para Stephani: ſub prece coge Deum.

B. Fratris à Sancta Ctuce.

Quantus honor Sancti! Indorū portatur in vln
Lex datur, ad Nomen, flectere quemq́, ſuum.

B. Pat

B. Patris Ioannis Galeri.

xacuunt, in me, duros de quercubus Enſes:
Arguo fædifragos: Mî, ſecuêre caput.

B. P. Antonij à Collare.

am mente Satur, ſed dio pane repaſtum,
Subiecit telis, Inſidioſa manus.

B. F. Hyacinthi de S. Franciſco.

urpureus Bello: Fortunâ Diues: at Aſtris,
Sanctior: In ſomno, cogitur, eſſe Minor.
tentat mortem Iudex, Nî cederet omnem
Gazam pauperibus, pauper, &, ipſe foret.

B P. Andreæ de Olmos.

um latet in Tignis ex ſtramine, nil nocet Ignis:
Flamma cremaret eum? Qui fouet igne Deum?
erra ſepulturæ, valuit reparare dolentes;
Quid, modò viuentis, ſupplicis ora queant?

B. P. Andreæ ab Aiala.

ruit, effractis foribus, Gens ſæua, Sacello:
Conciliorq́; Deo: truncor & enſe caput.

B. P. Franciſci Ægidij.

m Choreas ducunt, circum Caput altiùs actum,
Sic video, mox me, Turba, furore necat.

B. P. Pauli ab Azzeuedo.

&

B. F. Ioan-

B. F. Ioannis à Feraria.

In quatuor plagas, (ô terq; quaterq; Beati)
Denſa Sagitta, tulit veſtra Trophæa, poli.

B. P. Franciſci Donzelis.
&
B. P. Petri Burgenſis.

Montibus, & latebris, Nemeſis, vos vidit eunte
Voſq; ait (Arcigeris,) cuſpide velle mori.

B. P. Ioannis à S. Maria.

Quantæ molis erat? vitam Lucrarier Indis,
Me tamen Authorem, Mole dedêre Neci.

B. Franciſci Lopetij.

Cenſuræ Impatiens, fera plebs, capit ore Magiſtr
Et Iaculo, monitis, pendit iniqua vicem.

B. P. Auguſtini Rodriquez.

Auden' Tale nefas? Superis Ingrata Bipennis
Tempora Sancta Secas? ſed mala fata Tibi

B. P. Aloyſij Villalobos.

Non minor, aut melior, patribus, ſed fratrib
(æqu
Vt minor, & minimus, poſtera tela tuli.

OECON

OECONOMIÆ INDICÆ.

PRIMA PARS.

PRO Indorum Conuerſione, & moribus, habito Conſilio cum Dominicanis & Franciſcanis, Ferdinandus Corteſius ab Imperatore iubetur diuidere militibus acquirentibus, & elaborantibꝰ terram, hoc pacto, vt ſinguli Commendatarij, teneantur in ſin-
is populationibus, habere Sacerdotem ſecularem vel
ularem qui commendatos Indos conuertat ad fidem; eos
eat, Sacramenta miniſtret; petebant enim complures
tiſmum, idque inſtanter. Hæc diſtributio & commen-
io ad vitam poſtea Commendatarij, reſtricta eſt; & pænè
nes citò demoriebantur. Ferdinandus Corteſius ingre-
s quodlibet oppidum, ſtatim deijciebat & comminuebat
la, ſacrificia hominum barbariſſima interdicebat, vt
offenſam & proximi iniuriam eliminaret. Primiſque
conquiſitum Mexicum Epiſtolis, atque pecunijs quas
eratori miſit, Epiſcopos, Presbyteros & Monachos ad
dicandum Euangelium, & ad Indos conuertendos, à Sua
eſtate, & à Conſilio ſuper Indos conſtituto, vehemen-
expoſcebat, direxit perinde litteras ad Patrem Franciſ-
n Angelorum, Generalem Ordinis Minorum, (qui poſteà
dinalis obijt Romæ) quatenus mitteret Fratres pro Indo-
n conuerſione, ſe namque curaturum, vt illis decimæ

Regionis, aſſignentur, pro ſtipendio, ſeu pro alimentis qui miſit cum 12. fratribus. F. Martinum de Valentia (de quo ſup. lib. 1.) Prouinciæ S. Gabrielis, virum ſanctum miraculoſum: decimas verò oblatas refutauit. ſcripſit iden ad Generalem Dominicanorum Garſiam de Louiſa eaden inſtantia, Is verò non niſi Anno 1526. Fratrem Thomam C titium cùm duodecim Sodalibus miſit. Et quia tardaban Epiſcopi venire, rariores quoque presbyteri illic appar bant, quare expedientius iudicauit, iterum ſupplicare Im peratori, vt Religioſi emitterentur, qui monaſteria fund rent, & conuerſioni vacarent, decimaſque colligerent. S Imperator, præhabito ſuper hoc cōſilio, nihil ſine Pontifi authoritate agendum determinauit. Ah ad quantas grat Indi tenentur Domino, & Miniſtris Chriſti, & Ferdinan Corteſio! qui à tantâ cæcitate, peccatis, abuſibus, peſſim moribus in libertatem eos aſſeruit, & fidem ſalutarem in xit, fælices acquiſitores & fæliciſſimi Prædicatores! Na ecce fertur 8. imo 10. Indorum milliones baptizatos, br temporum ſpatio (Laudetur Ieſus Chriſtus). Conuer quidem cæpit cum acquiſitione, vel Indorum ſubiugatio verùm pauci in fragorib⁹ belli primis conuertebantur, qu res de ſpolijs potiſſimùm ageretur; & pauci eſſent ſacerd tes. At verò Anno 1524. ſub Aduentu Fr. Martini Animar ſagena & meſſis orta eſt, qui propè Annum 1527. ampli profecit, in Aduentu Fratri Garziæ Dominicani, cum cijs Epiſcopis Tlaxallæ, & Ioannis Zumarragæ Franciſc Epiſcopi Mexicani; quamuis difficilis fuerit ob diuerſitat linguæ, nolebat enim gens ab Idolis auelli. Mexicum it peruenit Frater Martinus cum 12. Auctoritate Pontific (quæ in Bulla Adriani, inſerta patuit) vt Vicarium Pa ageret. Corteſius, maximis honoribus, obſequijs, hun niſſimè excepit illos; nec vnquam eis loquebatur, niſi pi manu detento, & capite aperto, cum reuerentia ad terra

prof

ofundiſſimâ, omnibus habitum oſculando, quo exemplo
, Indos ad ſimilia prouocabat, ea erat tanti viri innata re-
oſitas, humilitas, & deuotio, vt Indi ſtuperent abiectio-
n in eo, quem ipſi adorabant, tanquam ſui ſuorumque tri.
phatorem. Quæ res in maximũ excreuit poſteà Religio-
incrementũ, quare Religioſis Præconib⁹ certatim ſua re-
entia deferebatur. Hiſpanis, præſertìm Dñis Cõmenda-
js ordinauit, vt fratres eximiè colerent quod quidem, illi,
gis Eleemoſynis, ad ſua redimenda peccata impenſis, prę-
ère: Quamuis eorum quidam tenaciores, rerumq; tem-
alium auidiores, ſeorſim præoccupârint Corteſium, ne
ùm præſtaret iſti generi, (religioſos putabant) quod vbi
gno pedem fixiſſet, detrimẽtum cum rerum ruinâ alla-
eſſet. Verba, quæ non ſemel, cum ſuffuſione eorũ, refri-
ſunt (cum videlicet fratres eorum auaritiæ apud Impe-
rem obſtitêre) ſollicitabant igitur Presbyteri, & Fratres
ıerſionem, vberrimo fructu, prædicantes, & baptizãtes;
atrimonijs contrahendis maxima difficultas emerſit, cũ
nimirùm neophiti, ex multis iam antea conductis vxo-
s, inire connubia, in facie Eccleſiæ tenerentur; Corteſi-
gò, coacto Concilio, eodem Anno 1524. (quæ fuit pri-
n Indijs celebrata Synodus) vbi ſuper hoc dubio, cæte-
e controuerſijs ageretur, effecit. In ea 30. Viri inter-
e, ſex litterati Laici, inter quos Corteſius, quinq; Preſ-
ri ſæculares, & 10. Fratres, & frater Martinus Præſidens,
uam Papæ Vicarius: decretum eſt pro inſtanti neceſſi-
vt matrimonium ritè celebraretur, cum eâ, quæ cui-
ex pluribus ſuis, ſpontè delecta, placuiſſet (necdum
ipſorum matrimoniorum ritus imbiberant). Agrico-
di antè fidem Catholicam, heris ſuis, tertiam par-
fructuum ſoluebant; & quibuſdam, cibus taxabatur,
edditus & tributa penderent; illique, Serui vſque ad
ionem reſtabant, & cùm non poterant redimi, eos

 ſacrifi-

Sacrificabant, & ſæpè filios pro ſacrificijs & conuiuijs
cipiebant ; tanquam beſtijs in vehendis oneribus ijs v
bantur, in ædificijs & itineribus : non audebant veſte l
norata prodire ; nec Dominum ſuum reſpicere : Nobil
in rebus & perſonis tributum Regi pendebant Et Reipu
cæ; ob ſalem & mercaturas à ſeruitute liberari nequib
tot hominum ſacrificia fiebant, quot numerare vix lic
Carebant iumentis, pondere, libris, litteris, molendino, t
neta, candelis, ferro, vino, &c.

Rurſùm Corteſius, cum à Mexico receſſit, vt Chri
phorum Oletanum rebellem puniret; mandauit, vt Ind
conuerſioni omnes intenderent, eamque ardentiſſimè c
tinuarent, ſcripſitq; omnibus Præfectis, vt idola deijcere
atque ideò conuerſio infinitorum inceſſit, & benè, quam
cætera omnia quæ ordinarat, quoad regimen ciuitatum,
fælicem ſortita fuerint exitum.

Litteræ Mexicanorum, & aliorum, ſunt imagines g
des in lapide, vel ligno, vel in muris, vel in papyro ex b
byce, & folijs metl. inſculptæ. Libri ſunt grandes plicat
cut panni vel ſagæ, & in vtrâque facie, vel pagina, inſcr
Non pronunciant. B. G. R. S. Y. ſed frequentant. P. C. L
loquuntur etiam, & cōceptus ſuos ſignificāt, per ſibilos, p
ſertim amatores, & fures (quod alienum à noſtratibus
& perquàm notabile.

Adulterorum pœna, eſt mors, tàm virorū quàm mu
rum per cōbuſtionem, nulli remiſſibilē, aut ſuſpendiū; i
multas vulgatas mulieres, per Angulos Ciuitatis permitt
ſed domos cōmunes nequaquā, licet aliàs luxuriæ dediti
ſint, tàm maſculorū quàm fæminarū (& hoc impunè) Ac
rò ſine verecundiâ fæminæ, decimo ætatis anno nubūt, &
laciſſimæ ſunt, citò parturiunt, & frequentiùs vna curatu
alterâ, herbis per incantationē admotis, nam omnes tā
quā fæminæ augurijs, præſtigijſq;, quorū libros, & magi
obſeruāt, ſtudioſiùs incūbunt. Mu

Mulieres ſine capitis ornamentis incedunt, ſæpe la-
ntur in balneis, timidæ, obedientesq; quæ in publico
n ducunt Choreas, niſi præcipiente Rege, aut comitatæ
os ſuos ad Choreas.

Viri manſueti, blandi & obedientes ſunt, præſertim er-
Reges, & Dominos religioſiſſimi, licet crudeliſſimos; Nõ
iantur vxoribus, poſtquam illæ pepererunt, nè imprægn-
ntur rurſùm antequam filios educauerint; quos aliquan-
vberibus lactant 12. annos: hac de cauſa multas habent
ores; Nec quicquam comedunt ex ijs, quæ parant, vel
gunt menſtruatę, exceptis ijſdem, quæ laborant infirmæ.

Viri præſertim diuites, milites, & Domini, multas ducũt
ores, quidam 5. Alij 30. Alij 100 & 150. tùm propter laſci-
, tùm ob copioſam prolẽ ſuſcipiendã, vel etiã propter exi-
nationem, & obſequium, vel vt ijs laborent, & multũ ac-
rant pro ludis, & cõmeſſationibus: 20. annũ attingentes
ent in cõmuni nubere: Et præter matrem, ac ſororẽ, õnes
iſcriminatìm conſanguineas adſociãt ſibi, etiã Soceram,
uercam, & Cognatam cuiuſcunq; gradus. Nihilominus,
zaualcoius Dñus Tezcuci, quatuor filios occidit, quòd cũ
uercis rem habuiſſent; Interìm illi alias, vt vxores legiti-
s accipiunt, cum ſolennitate: alias poſtquam nupſerunt,
cubinas, ſine ſolẽnijs admittunt: alias vt amicas, quas ſibi
igunt: quidã eas furantur, quidã eas emunt, vt in Panuco,
; precio vnius arcus cũ duabus ſagittis, & vnius retis: qui-
n (idq; cõmuniter fit) eas à parentibus petunt: nec matri-
niũ primis quatuor diebus conſumãt, in Mazatecis. 20.
bus intendunt orationibus, ſanguinis emiſſionib⁹, pœni-
js, & ieiunijs, ante conſumationẽ. Diuortiũ nõ ſine mor-
nec ſine iuſtiſſimis cauſis, nec ſine Iudicũ authoritate per.
ttunt, quantũ ad vxores legitimas publicè ductas. In Mœ-
oacane ſeparabantur, præmiſſo iuramẽto, quod ante cõ-
bium, ſeſe mutuò nequaquàm reſpexiſſent, nã contractus

matrimonij ibi, per intuitum valet, ſeu per aſpectum faci
rum intentum, & fixum ipſorum coniugum ad inuicem
aliter non reputatur matrimonium, quia cum ſe mutuò no
intuentur, pro diſſentientibus reputantur. In Mexico ſep
rantur, cum iurant vxorem eſſe improbam, ſterilem,
immundam. Si verò ſine cauſa quis dimittit eam, Iudic
mandato, capilli ei⁹ in plateá comburuntur, in opprobri
& in ſignum, illum prudentia, & mente carere.

Quatuor illis diebus nuptiarum, vel 20. dum cogna
ebrietatibus, & crapulis, & choreis inuigilant: ſponſi in c
biculo recluſi, orant; quod ſi ipſa exiret, augurabantur f
turam eam luxurioſam. Poſt primùm conuiuium, in qu
ſponſi mutuo ſe victu repaſcunt ſobriè: quarta nocte Sace
dotes thorum quibuſdam lapillis, & ceremonijs adaptant
hæcque diuites tantùm obſeruant. Filiæ vxorum quæ d
tem ſecum ferunt, ſunt hæredes patris, & inter magnos d
minos, filij earum quæ ſunt ex lineâ Regum Mexici, (etia
ſi filios maiores ex alia vxore locata habeant mariti) ga
dent hæreditate parentum. Mexicani generaliter in no
Hiſpaniâ omnes ſunt mediocris ſtaturæ, coloris ſubfuſci,
culis grandibus, fronte lata, naribus patentibus valdè, c
pillis craſſis, nigris, ſed præciſis, pauciſſimi tortis crinib
ſeu rufi ſunt, pauciſſimi quoque benè barbati, nam barba
euèllunt, & vngunt pilos, ne pronaſcantur; Aliqui ſunt al
coloris, qui in admiratione tenentur. Cùm ad bellum v
ad Choreas pergunt, deformitèr ſeſe colorant, caput pl
mis, branchijs, & tibijs, ac ſquamis piſcium, vel pellibu
tygridum, ſeu aliarum belluarum, operiunt. Nares, & a
res, ſed & mentum perforare ſolent, & hiulcas cicatric
margaritis, auro & oſſibus explent. Quidam aſſumunt v
gues, aut roſtra aquilarum; quidam alij, dentes maxillar
brutorum; Alij ſpinas piſcium: Inſania non omnibus e
dem. Domini, Equites, & opulenti, hæc, ex auro, vel ex l
pil

is precioſis exſculpta recipiunt, quibus ornati, ac venu-
x ſuo iudicio glorioſiſſimè procedunt. Calceos quoſdam
ar paſtorum noſtrorum (cothurnos diceres) induunt.
lio quadro, cum nodo ad humerum dexterum implexo
aſi Ægyptiacæ cingaræ) vtuntur. Opulenti, in feſtis,
lta pallia & multicoloria deferunt, de reliquo corpore
i. Zelotypi pudicitiæ vxorum ſuarum, miri ſunt, quare
as ſæpè verberibus diſtringunt grauiter, arreptâ vndeli-
cauſa; Niſi ad bellum vadant, arma non deferunt, atq;
, controuerſias, per citationes, (vt vocamus) duella
ocatoria, determinant, definiunt, & componunt.
Chichimecæ non admittunt mercatores extraneos, ipſi
tractibus innominatis mutuò inter ſe, vacantes, ſed ſine
tate, emunt, vendunt, non alio pacto, quàm (do vt
); Fures ſunt probati, & mendaces, otioſi, & bonorum
um amici; perditi homines, fortè ex Regionis fertilita-
vel quia non ſunt auari.
Pollent ingenio, habilitate, & patientia, in eo quod
manibus eſt. Ex qua parte optimè noſtra exercitia ap-
enderunt, & vt plurimùm ſine Magiſtris, ex ſolo A-
ium noſtrorum aſpectu, & conſideratione. Inter eos
ributa ſoluunt, hæreditare ſolent; maior quidem filius,
obligatione, omnes alios fratres, & nepotes, ſeu dome-
s, alimentandi; & ſoluendi tributum pro eiſdem, ne
plures partitiones, res familiæ deminuantur.
Cùm tributa (quæ aliquando erant intolerabilia) ſol-
non poſſunt, vendunt eos, vel in ſeruos accipiunt illos
pendere tenebantur: Cùm autem nepotes, Fratres aut
deſunt, qui ſuccedant, res ad Dominium, vel ad Ciui-
m, & oppidum, caduca putatur; quam pro libitu ſuo
ibuunt, cum onere tamen antiquo tributorio. Inter
ſdam populos omnes filij ſuccedunt, & inter ſe diui-
t totam rem familias, quod iuſtius, & liberius videtur.

Aliquan-

Aliquandò parentes nominant Hæredem. In rebus pub
cis, familia & cõſanguinitas, & coaffinitas ſemper reſpicit
Inter Reges, & magnos Dominos Mexicanos, ordinariè c
ſueuerunt ſuccedere in hæreditatem, priùs quidem fratr
defuncti, quàm filij: deinde filij fratris maioris, & poſt ip
filij primi hæredis; quod ſi filijs & nepotibus carerent, c
ſanguinei propinquiores ſuccedebant.

Mortuo Rege Mexicano: ſtatim Regni Principes con
niebant, definientes de legitimo ſucceſſore, quem (vt
mùm erat declaratus) nudum (exceptis verecundiæ pa
pus) ad templum ſummũ deferebant ſuper Altare, præci
Proceres; comitantib⁹ populis; hinc oſculabatur eum S
mus Sacerdos, vngebat, ſalutabat, aquâ, ſuis ritibus be
dictâ, reſpergebat, pallium ſuper caput eius pictum ca
rijs mortuorum imponebat, & ſuper hoc alterum nigru
deinde cæruleum, omnia picta Caluarijs: in collo fib
rubras, longas, cum inſignibus regalibus, & cucurbit
plenam puluere contra peſtem; indè dabatur ſuffitus in
ſum, & ignis, & ſuper ignem ante idolum poſito thure
grauitate & reuerentiâ menſuratâ, aſcendebat fumu
nares idoli. Sic ſedebat, & Sacerdoti ſummo alijs ſacri
lis minoribus, ſuperpellicijs indutis, aſſociato, iuramen
exigenti; iurabat, ſe religionem Deorum velle tenere:
tuta; & leges omnium anteceſſorum obſeruaturum, i
tiam defenſurum, nullum ſubditum, nec amicum aggr
turum, in bello fortiter ſe geſturum. ſolem in ſua clari
incedere, nubes pluere, fluuios fluere, terram omnia n
ſaria procreare, ſedulò prouiſurum: & huiuſmodi ridic
atque altiora ſe, ſtolido iureiurando firmabat. Gr
Summo Sacerdoti agebat: ac Dijs omnia intuentibus, ſe
tumque committebat. Cùm iam ex Altari demitte
eum, fælicia populus acclamabat, Moxque om
Barones obedientiam inaugurato præſtabant, ac mun
off

ferebant,aurum, argentum, margaritas: pallia (vt ſupra)
luarijs depictis reſperſa. Quatuor diebus in templo ma-
bat ieiunijs, vna tantùm vice paſtus regalibus dapibus:
tioni, ſacrificijs, pœnitentijs, vacabat, idolis ſingulis
bus litando, noctibus ſingulis ſemel lauacris emunda-
ur.

Poſt quatuor dies, ad Palatium reportabatur à Proce-
us, magna lætitia populi, ſed pauci in faciem audebant
m poſt conſecrationem intueri. Redeuntes ad ſua
uli, maximas ſolennitates & conuiuia celebrabant,
m ex carnibus humanis inſtructa, & maximis ebrie-
bus. Equites Tecuicles non fiebant niſi filij Baronum,
rincipum (Eſt enim poſt regem ſummus gradus & dig-
s) & primò conſanguineos, & amicos, Dominos, & E-
es Tecuicles, illius regionis incolæ inuitabant. Præfinita
elici ſecundum auguria, ad magnum templum Camax-
lum, qui ad hunc gradum promouendus erat, comita-
tur. Ante idolum, cognati per ſcalas illum portabant,
genuflexis omnibus; equiti deuoto, humili, & patien-
atim à maiori Sacerdote, oſſe tygridis acuto, vel vngue
ilæ adunco, naſus in medio carnoſo perforabatur, &
foramina, particulis Electri nigri ingeſtis op-
antur. Deindè factis, verbiſque contumelioſis eum
tus, ſpoliabat veſtimentis, & nudum, præter verendas
es, ad aulam quandam propinquam mittebat, vt ſuper
vigilaret, oraretque in terra; interim alijs inuitatis
itibus lautiſſimè conuiuantibus: indè ſtoream, & pal-
dia, ac vilia, noctu Sacerdotes ad veſtitum & cubitum
ebant illi, & orbem alterum ligneum, pro ceruicali, al-
n pro ſedili; & tincturam qua ſe inungeret, ſpinaſque
us aures, brachia, linguam & tibias pungeret, ignem
cem gręcam, quam idolis adoleret: tres item milites ve-
os bello aſſuetos aſſignabāt proſocijs, qui eum ſtrenuè

exercitatum, ne quidem intra quatriduum ſoporari pern
terent: templum areamque templi ſemel circuibat, ſing
medijs noctibus incenſans idola, in quatuor locis æqualit
fodiens, & terrâ cooperiens arundines, ac ſpinas ſangui
aurium tinctas, deinde ſumebat quatuor morſiunculas
xas, ex Mayz, & aquæ menſuram.

Poſt quatuor dies, petitâ licentiâ à Sacerdote, ad p
ficiendam ſuam profeſſionem, cætera delubra viſebat
xorem enim & Domum ante annum exactum) adire ne
erat, nempè durante tempore illo pœnitentiæ. Quo co
pleto, ijdem qui à principio, redibant, lotumque eum
primum templum comitabantur, choreis, & magna læti
ac muſicis intonantes, pallijs rudibus eum ſpoliabant, cri
fibulâ ex corio rubro ligabāt in ceruice; pallio indutū ex
no puriſſimo (qui eſt habit⁹ & inſigne Tecuitli,) ornaban
ſiniſtrâ arcū, in dexterâ ſagittas ponebant. Statimque Sa
dos ſermone prolixo hortabatur, vt ordinem Equitatu
ſumpti, cuſtodiret, & ſicut in habitu, & veſtibus à cæteris
creparet, ita prorſùm in conditionibus, nobilitate, lib
litate, alijſque virtutibus & operibus præclaris cæteros
celleret, religionem ſuſtentaret, patriam defenderet, ini
cos profligaret. Ne puſillanimis eſſet, ſed in bello aquila
tygris; cuius ideò, oſſibus naſum, ſic venuſtatum gereret
deinde nouum nomen dabat illi; illumque cum benedic
ne dimittebat, Domini, & inuitati, Aduenæ, & conte
nei, in area templi adornabant conuiuium, ciues pulſa
& cantantes feruebant in prandio, altilia, volatilia, &
natione capta, lepores, capræ, arieteſque afferebantu
ipſæ viperæ, ac ſerpentes aſſati; fructus, & vina, vel potus
rum conſueti; poſt prandium inuitatis ſecundum facu
tem ſuam, pallia, vela, calceos, plumas, torques aureas, g
maſque diſtribuebat, & templo, ac Sacerdotibus multa c
rebat, in foraminib⁹ naſi, grana auri, margaritas, ſmarag

e, quibus, à cæteris Tecuitlis dignoſcebatur, imponebat. nt enim primi in votis, in conſeſſu, in muneribus, in Conijs, feſtis, bellis, & pace, & quod honoris eſt, ſcamnum ad endum, ſecum deferre poſſunt.

Jmmortalitatem animæ credentes, alias in pœnis, a- in præmijs degere, ſecundùm opera earum, opinantur, apud ſolem viuere bonos, & in prælijs mortuos, ſacrificatos idolis; malos autem in terra, ſed diffetibus in locis, nam in vnum locum pueros, ſenes, & rmos in alium, item in alium repentina morte ſubla-, in alium ſuffocatos, in alium ſupplicijs damnatos, ob tum & adulterium; in alium reſignantes parricidas,

Ignobiles exenterabant communitèr, nobiles comebant, & cineres mandabant terræ. Pompa maiori rtuos efferunt, quam viui incedant; alia ratione vi-, alia fœminas, alia pueros; Qui propter adulteri- occidebatur, induebatur ſicut idolum Luxuriæ, Tlaxol-l; Ebrij vt Onetochtli, ſeu Deus vini. Qui ſubmerant, vt Tlacot, Deus aquæ; Milites, vt Vitzilopuchtli. ſquiſque deniq́ue magiſtratus, ſecundum modum & imentum Idoli, illius officij, quo functus eſſet. Ad fu- Regis omnes ſubditi vocabantur, quatuor noctibus ſu- cadauer vigilabatur & plorabatur; lauabant illud, & llorum manipulum præcidebant, ſeruantes pro memo- eius: In os ſmaragdum precioſiſſimum ingerebant, & pertorijs precioſis, elaboratiſq́ue, cum Idoli ſui de- inſignibus, cooperiebant, hoc modo laruatum, dæmo- is illi pictis appoſitis; ſeruũ qui luminaria ac lampades orum curarat, actutùm occidebant. Ipſumq́ue poſteà nes proceres cum populo, & inſignibus proprijs vniuſcu- ue, deferebant lugentes, & cantillantes. Summus Sa- os voce mœſta quædam verba muſſitabat, vocem vul- ccipiens, & verba ſua ſcripta, in rogum accenſum

inijci mandans, vna cum omnibus lapidibus precioſis, ornamentis oblatis, iuncto cane per collum ſagittâ confi ac vlulatu fremente.

Jnterim 200. circiter homines, deformes Nanos (pigmæos) ac mulieres, ſacrificabant Sacerdotes, cor eorum in rogum inijcientes, idque, vt in alio ſeculo, R mortuo deſeruirent, multaque in templo eſculenta, atq in ſepulchro (inſtar domunculæ fabricato) reponebantu quo cineres, cum reliquijs ornamentorum combuſtoru & ſmaragdum in ore repoſitum, dentes & manipulum pillorum, eoſque quos in eius natiuitate præciderant, uabant. Ibi diaboli depicti erant citra numerum, tame ibi ſedulò concluſis omnibus, imponebant ſtatuam lig am ipſius regis: Quatuor diebus durabat funus, quibus ximа offerebantur illic, quæ à filiabus, & vxoribus de cti, alijſque in loco vbi fuerat combuſtus, & ante eius ſta accepta, ponebantur. Quarto die pro eius anima quinde circiter ſeruos mactabant. 20 die. quinque 60 tres. octua ſimo, qui erat tanquam anni ſui caput, nouem. Diui alijs ceremonijs regem Mechioacan ſepeliebant, ſi q ex nobilibus, vel ex militibus, ſeu magiſtratibus eius funus non veniſſet, puniebatur à ſucceſſore t quam proditor: Omnes igitur concurrentes in aream latij, exclamantes plorabant, quantum diſtenta voce terant, demortui Regis cadauer manibus aqua adoriſe reſpergentes, amictuque eum ſubtiliſſimo induebant, pidiſque ex pelle caprearum calceantes, ſecundum regu morem, tintinnabula aurea ad calcanea alligabant, mani & brachijs torques aureas, & dextraiola gemmata: coll militer torques ex gemmis, Ac inaures aureas; labio fil lapillorum Turchineorum: humeris faſciculum pulche marum plumarum adaptabant: in lectica grandi & ap ponebant cadauer, in morbido lecto; à latere vno, arcu

pha

aretram plenam ſagittis, ex altero latere, faciem, vel
aſi ſtatuam tam grandem, quantus erat Rex, ex opertorijs
eciosis, multis plumis viridibus, precioſis, & longis, cum
nipulo capillorum, calceis, & brachiolis, dextrariolis &
rque aureâ.

Interim lauabantur viri, & fæminæ mactandæ, quæ
gem ſuum ad inferos comitarentur, & abundanter ſagi-
bantur, ad ebrietatem helluantes, ne videlicet adeò ſen-
ent mortem. Nou⁹ Dominus honore ſpeciali inſigniebat
, qui patrem erant comitaturi, eos ſeruitio aſſcribebat,
ltis tamen huiuſmodi honor, ac fauor non arriſit, quam-
aliqui eſſent adeò ſimplices, & infatuati, qui mortem
am, glorioſam exiſtimarent. Erant inter huiuſmodi, præ-
tim ſeptem nobiles mulieres, & Dominæ. Vna quæ acci-
ret inaures, monilia, torques, dextrariola, & alia huiuſ-
odi ornamenta defuncto appenſa. Secunda quæ potum
niſtraret regi. Tertia quę aquam manibus, quarta, vas pro
ceſſitate ferret. Quinta coqueret. Sexta lauaret pannos.
m multas captiuas, & ancillas, & liberas occidebant ſinè
mero, ac multos homines captiuos, & liberos, eo die,
 ſepulturæ mandabant regem: vnum enim ex vnoquo-
 officio eligebant mundum, ſaturum, & ebrietate de-
rſum: flauo colore faciem tingebant, ſertis coronabant,
 proceſſionali modo defunctum præcedebant, quidam
aces, vel oſſa limacum, aut teſtudinũ inter ſe pulſabant,
 ſibilabant, omnes tamen more plorantium ibant. Ex
atio, media nocte, filij regis, & proceres lecticam funuſq;
erebant, comitantibus ad templum cognatis, qui circa
ticam canebant lugubria; ſeruis, militibus, Magiſtrati-
 oneroſos titiones portantibus, & (pro funeralibus), ve-
lis, armis, tympanorum & tubarum magno ſtrepitu fre-
ntibus: habitatores domorum, apud quos tranſeundum
t, viam mundabant, & aquâ benè reſpergebant: apud

 templum

templum cum lectica circuibant quater, pyram lingnoru
ſumentes, inque illam cadauer proijcientes, & accenſo ig
comburentes. Interim deputatos ſertis coronatos, occic
bant, ipſoſque quaternos, cum ornamentis ſepeliebant c
ca templum; & mane facto colligentes cineres, oſſa, la
des, & aurum, in quoddam opertorium ad oſtium templi d
ferebant, vbi à Sacerdotibus huiuſmodi reliquiæ benedic
bantur, & cùm multis alijs opertorijs ſupadditis primò fo
mabant quaſi ſtatuam hominis, laruam apponebant, pl
mas, inaures, annulos, monilia, torques, ſagittas, ſcutu
aureum, & plumas ad humeros, tintinnabula aurea ad p
des, ita vt idolum compoſitum appareret, affluentes. Ad gr
dus templi profundiſſimã quandã ſepulturã aperiebant, v
muri introrſùm ſtoreis operti erant, ſed lectus in fundo, i
quem ſacerdos qui idola portabat, prædictam ſtatuam, r
ponebat, oculis eius ad orientem directis. Scuta aurea a
pendebant, arcus & arma; vtenſilia culinæ, cibos, arcas p
nas ſupellectili & gemmis aduoluentes; oſtium cautè ob
rebatur trabibus iniectis. Indè recedebant omnes; nobiles
quicumque mortuum tetigerant, lauabantur, & ſubito
aream palatij conſidentes, manducabant, ſed abſque me
ſis, & quibuſdam cottonis ſeu bombicis fruſtulis exterſos
mundabant, capite inclinato, mæſti valdè, vultu ſic co
poſito, nihil loquentes, præterquam cum potum expe
rent, durabantque lugubria quinque dies, quo tempore
nulla domo (maximè Cinciliæ vrbis) ignis accendebatu
præterquam in palatio, & templis, nec Mayzium (panis e
rum) petra conterebatur, quia molere nefas erat, nec hab
bantur nundinæ, aut mercimoniæ, nec per vias comme
batur, demonſtrabant enim quacumque fieri poterat rati
ne, mæſtitiæ dolorem, & cum morte domini ſui compa
ſionem. Infantem recèns natum, hoc ſalutant verbo, ô cre
tura, ô infantule, veniſti in mundum vt paterêre; ſuſtine
pater

ctere, & patiens eſto, ſtatimque parùm calcis viuæ ad ge-
na eius applicant, quaſi dicerent, viuis quidem, ſed mo-
ère, ac per multas tribulationes in puluerem, more huius
lcis, quæ erat petra, reuerteris. Diem Natalem, maximis
udijs, Choreis, cantilenis, & ientaculis feſtiuum agunt.
fantulo autem, prima die matres non porrigunt vbera, vt
idiori appetitu, ſequenti, ſuccũ deſideret, papillam vnam
atuor annos aliquando etiam. 12. miniſtrant puero ſuper
meros pendulo; fugiuntq; thorum mariti cum nutriunt.
c vidua volat ad ſecundas nuptias, niſi ablactauerit filiũ,
us agere contra bonos mores, & turpe exiſtimatur.

Prima vel ſeptima vel decima die, lauant infantem na-
n, maſculi dextræ imponunt ſagittam, fæmellæ fuſum,
nauiculam texentium; aut ſiniſtræ maſculi ſcutum, &
xtræ ſagittam, & fæmellæ ſcopas; nomen imponitur ad
itrium. Poſt tres menſes ad ſacerdotem in templo, qui
lendarij notas obſeruabat, eos deferebant, iſque multis
emonijs cognomen imponebat alicuius idoli, cuius gra-
s & virtutes illis declarabat, & multa bona augurabatur
eris. Quibus diebus crapulis & ebrietatib⁹ ſubſannabant.
ra hæc duo nomina, (Tecuitles & Ypilles) tertium no-
n, Domini maiores, ſed rarius vſurpabant.

Caſtigare filios ad patres ſpectabat, filias verò ad ma-
s; flagellant verò vrentibus vrticis, ſuſpenduntque caſti-
ndos capite deorſum, & tetro fumo vultum ſuffumi-
nt; fæminas in calcaneo ligant, ne foris excurrant. In la-
, & extremitate linguæ, feriunt eos qui mendacium pro-
erunt, (mendacijs namque valdè propenſi ſunt Indi)
arè in huius vitij inoliti correctionem, & extirpationem,
ezalcoatl Idolum, ordinauit ſacrificium linguæ. Carò
tit multis mentiri, cum primùm Hiſpani Regionem in-
ſerunt, nam interrogati vbi aurum eſſet, & ſepulchra
ulenta, mentiebantur, falſo exhibito loco, fodientes
autem,

autem, & non reperientes, quod aſſertum erat, Hiſpa
iuncturas mentientium diffringebant, verberabant, alij
ſeueris modis in eos animaduertebant. Pauperes doceba
filios ſuos, artes proprias ſuas; non quod non poſſent ali
doceri, ſed ne expendendum illis quicquam, in filioru
educationem foret. Diuites, præſertim Equites, & domi
filios ſuos ad templa quinquennes mittebant. Vnde in ſ
gulis templis tot homines morabantur, quot in alio lo
aderat ibi Magiſter docens: Et hæc iuuenum congrega
proprias terras poſſidebat, vnde panem & fructus colli
bant. Statutis quoq́ue pollebant V. gratia, ieiunandi, t
dies in menſe; eliciendi ſanguinem in feſtis, orandi, neq
quam ſine veniâ prodeundi in publicum.

Ex Parte poſteriore templorum inſignium (ſiue po
co) in vnaquâq́ue vrbe conſtructa erat, magna domus ſe
ſim, vbi manducabant, dormiebant, & viuebant mu
mulieres, quarum nulla illuc ingrediebatur vt tranſige
totam vitam, nam ibi aliquæ vt ſeruirent tantùm & idol
gratiolam venarentur: oſtium verò, aula illa, nullũ habe
præter Antîcum; aliquæ mulieres ob infirmitatem eò p
gebant; aliæ ob neceſſitatem; aliæ vt reſipiſcerent ad fru
meliorem; aliæ vt à Dijs impetrarent diuitias: multæ vt l
gam vitam degerent; & omnes, vt bonos maritos, ex ij
multos filios à Dijs obtinerent. Promittebant in templi
num, vel alterum, tres vel quatuor annos, & eòampliu
famulari; promiſſo tempore elapſo, nubebant. In ingre
primo præcidebant capillos, vel ad differentiam aliaru
mulierum, vel ad diſtantiam miniſtrorum templi (qui
mam nutriebant) nebant bombycem, & plumam, & oper
ria pro ſe, ac pro idolis texebant; mundabant veſtibula,
las, areas templi: nã ſcalas & ſcabella ſublimia miniſtri
expurgabant. Conſueuerant aliquandò elicere ſanguinẽ
gratiam idolorum, & in ſolennitatibus proceſſionum in
deba

bant iunctæ Sacerdotibus; Illi ex vno latere, iſtæ in alte-
, non tamen cantabatur, nec illæ ſcalas conſcendebant.
Eleemoſynis, gratìs viuebant, quas cognati diuites, &
uoti expendebant, carnem aquâ coctam, & panes calidos,
os Dijs offerrent, illis miniſtrantes; oblatio talis erat, vt
or in ſublime ad nares idolorum aſcenderet, quaſi degu-
ntium. In communi refectorio, & dormitorio vel aula,
ut noſtrę moniales commorabantur, omneſque dormie-
nt indutæ; non enim veſtitu ſpoliari licitum erat propter
neſtatem, & vt eſſent expeditiores ad miniſtrandum Dijs,
d laborandum, licet quibuſdam exuerent ſe veſticulis,
bus non planè nudæ procedebãt. Feſtis diebus ante idola
oreas ducebant; ſecundum qualitatem dierum. Quæ lo-
batur, vel ridebat cum ſæculari, vel religioſo viro; cor-
ebatur, quæ verò peccaſſet, ſimul cum viro necabatur,
debantque carnes earum corruptum iri, quæ virginitatẽ
violaſſent; Quocirca punitionis, & infamiæ timore, in
odia ſui vigilantes, caſtitatem ſeruabant. Quod ſi caſti-
m non obſeruaſſent, & prædicta pœna exemptæ fuiſſent,
en immenſa ijs pænitudine impoſitâ, in religione perſe-
are cogebantur.

In matrimonijs ſemper mulier pedes ambulat, vel ſuper
neros, vel in lectica portatur ad domum viri, vt ibi velũ
piat, maritus ad oſtium prodit, & reſinâ odorifera ſu-
carbones impoſitâ in vaſculo, ſponſam incenſat, ab ip-
e mox eodem reciproco ſuffitu honoratur, intus in do-
apud ignem ſuper ſtoream nouam ambo coniuncto la-
ad latus ſedent. Hinc quidam tanquam patrini compa-
, & pallia vtriuſque inuicem inter ſe nectunt, ſponſuſ-
exhibet veſtes ſponſæ, & illa ſponſo veſtimenta mariti;
rtur prandium, ſponſus propria manu ſponſæ porrigit
m, & illa è conuerſò ſponſo: inde ſaltatur, cantatur ab
; cænantque largiſſimè, & inebriantur; ſponſis in abſti-

nentia ſua per quatriduum manentibus. Tlaxcallæ & i
nonnullis alijs ciuitatibus iudicia ceremonialia coniugu
hæc adhibentur: præcidunt capillos ſponſo, innuent
vnà cum capillis relinquendam eſſe leuitatem iuuenilem
aſſumendam autem cum relictis rarioribus pilis, bona
parſimoniam.

Viuunt multi coniugati in eadem domo, mixti & in
uiſi manentes, idque ob anguſtias domorum. Petram, pe
conterunt, leuigant, & mundant præſertim petra ignife
ligno nouaculas ex Electro nigro conficiunt: Serras &
rebra aliaque inſtrumenta ex ære, myſto argento, au
& ſtanno fabricantur, baculis ligneis petras ex ve
ſuis, & minarum viſceribus eruunt: hiſque quaſi fe
mentis optimè ac ſubtiliter laborant, muros domoru
pingunt iocundiſſimè; nobiles, eos habent ex cotone,
pluma, Aulæa ſua, & ſtoreas ex folijs palmarum ſubtiliſſi
conficiunt, (quæ ſunt communes). Non claudunt comm
nitèr oſtia, nec feneſtras; vndè ſeuerè adulteros & fu
puniunt: pro lucerna lignum abietinum, vel alterius
ciei, ſeruit, quantumuis ceræ & olei poſſideant
abundantia.

Nunc porrò candelas lucis collaudant, vbi apparuit
men Chriſti. In balneis, ſtoreis, vel ad ſummum in op
torijs dormiunt, ceruical lapis eſt, vel lignum vel ſaccul
plenus folijs palmarum, in quo etiam ſedent, vel in
dilibus demiſſis, ſuſtentaculis ſuis humeros vſque porrec
ex folijs palmarum compactis, vel in terram ſeſſuri
clinantur, vbi & comeditur, & immundè quidem, q
manus extergunt ad veſtimenta, & oua frangunt filo,
capillis capitis confecto; ratio facti eſt, nam inquiunt
olim conſueuerunt; & hoc ſufficere. Parùm ex carni
veſcuntur, niſi cum aliquantiſper inopia fuerit,
tranſierit: arietum & hircorum carnes tanquam olen
reſ

eſpuunt: Mirum illud, cum tamen omnia viuentia vo-
ent, etiam pediculos proprios, (bonâ veniâ) aliqui ad ſa-
itatem, alij ad ſingularem gulam, alij putantes mun-
ius eſſe, eos abſumere, quam digitis concrepantibus in-
rimere, abliguriunt: herbam omnem dummodò non,
alè oleat ſumunt, eorumque curationes & medelæ per
nplicia fiunt. Principalis prouiſio eſt, Centlis, & cillis,
ipud illos ſic dicta) potus ordinarius eſt aqua, vel
tullis (vulgò) qui fit ex Mayſio, aqua & melle; ta-
en illis potus gratiſſimus eſt ex fariua cacai, & aqua,
ibus aliquando mel, & aliorum leguminum farinam
iſcent, quo facto non inebriantur, quia multum refri-
rat; ſed prodigioſa res eſt, cum vites in multis locis co-
it, viniqúe ſint auidiſſimi, tamen vinum nequaquam
rcularibus exprimunt. Cùm inebriari deſiderant, miſ-
it attulio quaſdam herbas vel ſemina odoris peſtiferi, quę
ebrum perturbant, vndè gyrantes in circulum, fœtorem
ore mittunt intolerabilem: vel veſcuntur crudâ Teuma-
chatl, id eſt, (carne Dei) & aqua communi myſto attulio
mulenti fiunt, in temulentia, imaginantur videre tygri-
, caxmanes ſuos, vel piſces ipſos glutire, tentareque alia
iuſmodi terribilia, vndè rabidi querelas mouent, inue-
ntur in propinquos, necem ſibi, aut alijs, proprio ſuſpen.
parantes, ex farina Cyan, Abſynthio, & aquâ vinum
amarum conficiunt; foramina terebrantes in vola ma-
um, vndè ſanguinis ſtillas erumpentes, allambunt, vel ex
ore Metl. (ſic ijs dicta) ſuccum depromunt.

Eos, qui extra conuiuia habita, cum licentia domino-
n, & extra feſta publica, inebriabantur, in medio plateæ
eremerunt; domum eorum ad ſolum demolientes,
od, nempè qui cerebrum culpâ, & ſponte ſuâ corrumpe-
habitationem inter homines, non mereretur. Bibebant
uando ad amentiam, quo ſtatu occidebant ſe, alioſque

obuios, coibant cum filiabus, & matribus tanquam bellu
ſine pudore; Parua tamen pœna tantis flagitijs præfixa er
Poſt baptiſmum, noſtris vinis dulcioribus, & hodie inebria
tur, ſed vt ab huiuſmodi vitio compeſcantur, Iudicum
carceribus macerantur, & quatuor vel quinque realibu
(quæ eſt ſumma ferè regij daleri) diuenduntur.

In Mexico, capti bello, ad ſacrificium idolorum benè
ginati effarciebantur, parentes, filios poterant vendere i
ſeruos, & vnuſquiſque ſeipſum, ſed hoc non niſi quatuo
teſtibus. Qui furabatur mayzium, gallinas, reſque dom
ſticas, ſeruus illius cui primò furatus erat, fiebat, ſi rurſum
(ſeruus iam factus) furaretur, vel ad ſuſpendium, vel
ſacrificium damnabatur. Qui hominem liberum pro ſ
uo vendebat, ſeruus à legibus fiebat illius, quem, vel
vendere voluerat, eaque lex optimè cuſtodiebatur, ne ve
derentur, vel manducarentur ſerui.

Vir liber dormiens cum ſerua, eamque impraegnan
ſeruus domini reddebatur ſeruæ, idque potiſſimùm, cu
ſerua nupſiſſet alicui, vel cum ex concubitu illo, dedec
domino inureretur. In neceſſitate exiſtentes, & vagabu
vendebant ſe. Luſores & alij id genus hyſtriones, in lud
exponebant ſe pro victoria, ſed non niſi poſt annum à ve
ditione vel ludo, ſeruiebant. Fœminæ inhoneſtæ, q
abſque precio proſtituebant ſe, cum non erant ſoluend
vendebant ſe in ſeruas, vt emendarentur; caſu quo à qu
quam ob ſenium, aut vitia corporis, & deformitatem no
æſtimarentur, quia ibi nemo oſtiatim ad ſtipem ibat.

Parentes filium vel vendebant, vel pignori dabant,
ſeruiret, cum adiecto pacto, mutandi contractum. Qua
familiæ tenebantur pro cenſu ſuſtentare ſeruum, ſed ma
num pro tali ſeruo dabatur precium.

Cum aliquis moriebatur debitis onuſtus, ſine facult
redimendi, creditor filium, aut vxorem debitoris, in ſer

arri

ſpiebat , nulluſque poterat ſeruum ſuum vendere, niſi
us collo imponeret circulum, idque authoritate Iudicis.
culus ille ligneus erat, & à patte poſterori, porrigebat par
eleuates vltra ceruicem, ne captiuus eum enodare poſ-
huiuſmodi ſeruos circulatos, & eos, quos ex alienigenis
ebant, ſacrificare licebat, ipſiq; ſe liberare fugiendo, aut
rediendo in Regiam, quibuſdam anni feſtiuitatibus po-
ant: nullo penitus prohibente; niſi domino aut domini
; nam qui prohibuiſſet, loco alterius ſeruitutem incur-
at, & fugitiuus liberabatur. Iudices erant duodecim,
nes nobiles viri, redditus, & loca propria Magiſtratuum,
entes; ſedenteſque, cauſas decidebant; Appellationes
luos maiores Iudices, quos (Tecuiclatos nuncupant) de-
uebantur, hi, ipſius domini, erant cognati, & cum ipſo
rabantur. Semel de menſe, cum Dominis conſultant
egotijs publicis, & poſt ſingulos octoginta dies, Iudices
uinciæ conueniunt, pro caſuum deciſione; quos cum iu-
bus ciuitatum, cum Rege, & Domino conferunt, vt
uideatur neceſſitati. Adſunt pictores tanquam Notarij,
delineant puncta & terminos litigij, nulla tamen lis ex-
t 80. dies. Satellitum duces alij 12. erant, quorum offi-
n fuit homines captos, Iudicibus ſiſtere, & eorum veſti-
coloratus, vt à remotis agnoſcerentur. Quæſtores vecti-
um, ſeu tributorũ, flabella, vel baculos breues, ſed craſ-
deferebant.

Carceres erant profundi, humidi, obſcuri ad horro-
intrantium; Teſtes iurabant digito terram, & mox eo-
linguam tangentes, quod ſolemne omnium erat, quaſi
rent, veritatem ſe faſſuros lingua per terram, quæ eos
inet, vel, niſi veritatem fateamur, ad tantam miſeriam
ueniamus, vt terrâ, miſeris, veſcendum ſit. Iurantes quo-
compellant Deum criminis de quo controuertitur.
cem, qui muneribus corrumpitur, publicè diffamant,
officio

officio priuant cum maxima nota. De Nezaualpilcintli n
rant, eum occidiſſe Iudicem, qui vnam iniuſtam ſenter
tuliſſet, contra ſcientiam, & conſcientiam; & alios aſſig
nit qui cauſas deciderent. Lege Talionis occidentem, ab
miſerericordia occidunt. Prægnantem quæ abortum p
curaſſet morti adiudicabant, quia in commune vitium tr
ſierat apud mulieres eas, quarum filij in hæreditate ſuc
dere non ſinebantur. Grauiſſimis tormentis, proditor Re
vel Reipublicæ, per Iudicem interficiebatur. Occidebant
rum qui amictu virgineo, & fæminã quæ virili veſtieba
Qui alium prouocaſſet ad duellum, extra bellum, cap
ſupplicio domnabatur. Tezcuthi ſodomitas occideba
quã pænam fortè Nezaualcoius, & Nezaualpilcintli pra
ctus, ſtatuêre, quippè qui iuſtiores eſſent, & ab eo nefa
immunes delicto: quãuis alibi, vt in panuco, ſcelerati ne
lones iſti, & publicæ meretrices non punirentur.

Numerant in Arithmeticis ſuis vſque ad ſex ſimplici
poſtea ſex & vnnm, ſex duo &c. denarius eſt numerus ſe
ratus, & deinceps à denario, pronunciant decem & v
decem & duo, decem & tria, decem & quatuor, decen
quinque, decem & quinque vnum, ſexdecim vnum, ſex
cim duo, ſexdecim tria &c, Viginti eſt ſeparatus nume
& ſic deinceps numeri maiores exſoluuntur. Annus M
canorum 360. dies continet & 18. menſes, 20. dierum;
bent deinde alios quinque dies ſolutos, & ſeparatos, qua
tercalares, quibus maxima feſta, ſacrificijs cruentiſſimi
lebrant; vnde non æquabant curſum ſolis ſed errabant.
mina propria dierum 20. cuiuslibet menſis, erant nomi
propria, aliquarum rerum ad hoc vſurpata. Hebdoma
aliquas dierum 13. habebant, & etiam annorum 13. & c
tuor annorum ſeptimanas. 52 anni efficiunt numerum
fectum & annum ſolennem illis. vt nobis Iubilæum.

Ætates vocant ipſius ſolis, & quinque ſoles ponunt
æta

tes, quatuor præteritas quidem; in quarum prima om-
creata aſſerunt perijſſe per aquam: In Secundâ omnes
nines interijſſe ac viuentia: eò quod cælum ſuper terram
ruerit: illiſque diebus vixiſſe gigantes (quorum quidem
Hiſpani quæritando, tandem theſauros auri inuenêre).
ertia ſolẽ & omnia per ignem ardentẽ conſumpta, con-
raſſe. Quarta ſolem terminatum fuiſſe cum aere, quia
tus iugruerat ventus, vt omnia ædificia & arbores ſtir-
s euulſerit; homines autem non totalitèr perijſſe, ſed in
ias, conuerſos, ac demùm obſcurato vniuerſo, ſub te-
ris 25. annos palpitaſſe continuè; Quinto decimo autem
o illius tremendæ obſcurationis, Deos virum & fæminã
naſſe, qui ſubitò genuerint filios, & poſt decem annos,
ecens creatus apparuerit in die Conilij, id eſt, Tochtli,
hoc enim annos computant) adeò vt ab hoc anno & die
ad noſtrum 1552., eorum ſol, ſeu ætas habuerit octin-
os quinquaginta octo annos. Dicebant cum nouo ſole
ia noua, etiam rerum, annorum, ac dierum nomina
pellata; ac triduo poſt recentis ſolis apparitionem, om-
Deos interijſſe; & procedente tempore natos illos, quos
adorant; vnde religioſi noſtri ſumebant occaſionem
res eorum refellendi. Antiquiores populos aſſerunt
himecas in noua Hiſpania, qui anno à Chriſto 720. è
uaca, ad lacum Tenuctitlam, populandum venerunt,
orrò finijſſe, eorumque nomen amiſſum, quòd cum
immiſti ſint, non enim Regem habebant, nec domos
tabant, ſed cauernas, mayſium non comedebant,
nduebantur, ſed radices carneſque crudas vorantes,
vt hodie, ſolem deuotè adorabant, illi offerentes ſer-
es & volatilia ſine ſanguine; qui nec Idolũ vllũ, niſi ſolis
erint, quem pro vnico & ſolo Deo colebant. Cum vna
xore nubebãt, quæ in nullo gradu cognata fuerit; fero-
bellicoſi erãt, vnde dõinati ſunt Regionis & rerũ ibidẽ.
Acullhu-

Acullhuaques populi, ſeu de cullhua bellicoſi, ſed p
litia & ratione multa præditi, prædictum Mexici ſtatum
ptingentos ante annos, Anno nimirum à Chriſto 780. po
latum excurrerunt, qui oppida, & villas deprædantes, m
ſium & legumina ſeminarunt, Dominos & Duces habeba
figuras ſtatuaſque vſurpantes, Tullacincum, Tezcuccu
Conatliciam, ac demùm in Culhuacam, in Inſula emine
domos nonnullas, quæ principium Mexico Tenutichtl
dederunt, fabricauêre. Vnde ducentos annos, poſt hor
aduentum, Chichimecarum craſſities, & barbaries moru
Cullhuanorum conſuetudine, communicatione, & ma
monijs emollita fuit. Hoc eodem fermè tempore, huc ir
perunt Mexici confinia, extranea rurſùm nouaque nat
quam quidam credunt eandem eſſe cum Cullhuana, vt
identitate linguæ conijcitur; non conduxerunt Domin
ſed nobiles, Duces, & ipſi per Tullam intrantes verſus
cum, perrexerunt in Azecapuzalco, Tlacopan, Ciapu
pec, ac deinde Metropolim Mexici ædificarunt, idque o
culo dæmonis; tantumque diuitijs & dignitate creuerun
vt breuì in dominio ſuperarent Cullhanos, & Chichime
vicinis bellum mouerent, contra quos multis prælijs vic
res extitêre. Iis qui ſe ſponte ſubdebant, quædam tribu
imponebant, reſiſtentibus, omnia extorquebant, eoſ
cum filijs & vxoribus captiuos, & ſeruos ducebant. Sub
tulo quidem religionis cæperunt, ſed prætextui bono, v
& arma adiecerunt. Deinde auaritiâ euecti, quaſi in om
rerum dominos, per figuras ſcriptas, dominium præten
bant, quas fortè à Cullhuacanis, cum quibus amicitiam
connubia contraxerunt, accepêre.

Secundùm Mexicanorũ libros, & comunẽ ſapientiũ
ter ipſos, opinionem, Mexicani ex oppido Cicomuztoth
mneſq; ex eodem patre nati ſunt, qui Iztacmixcoathl, di
cui duæ vxores fuêre, ex altera Nancucithl ſex filios hab

Xelhu

elhuam qui Izcuxam, Teouacam, &c. propalauit; Te-
ch, qui Tenuchticlam, poſtea Mexicum (ex quo excel-
ntes viri). Tertiò Vlmecathl, qui Tetomiuacam & ciuita-
n Angelorũ populoſam reddidit. Quartò, Xicalancathl
i in ampliora diſcurrens, ad mare Septentrionale perue-
,& ex ea parte multa oppida fundauit, præcipuè Xicalan-
m in Prouincia Maxcalcinco (apud veram crucem,) & a-
d Xicalancum apud Tauaſcum, ubi nundinæ multæ ce-
ntur. Quintò, Mixtecathl, qui per aliam oppoſitam re-
nem ad mare meridionale, populis repleuit Tucutopec,
athlam, ac totum tractum Mixtecapam, opulentum, ac
ulofum, & multis abundantem. Sextò Otomithl, qui
montes circa Mexicum ſeceſſit, multa loca, ſpecialitèr
otepec, Tullam, & Otompam in terra Auanac fundauit,
multum in lingua à cæteris differunt, & ab his quidam
erunt, ortos eſſe Chichimecas, quia hi Ottomij cum Chi-
mecis, verè abiectum genus ſunt, ſordida & ſeruilis na-
præ cæteris regionibus illis. Ex alia verò vxore Cimal-
thl, Idem Iztacmixcoathl habuit Quezalcoathl, qui æ-
cauit vel redintegrauit Tlaxcallam, Hucxocinco, Cio-
a, & multas alias ciuitates. Hic Quezalcoathl honeſtus,
perатus, religioſus, ſanctus vir fuit, & vt ipſi aſſerunt,
us quidam: non duxit vxorem, nec mulierem cognouit,
tiſſimè vixit, aſperrimam pœnitentiam in ieiunijs, & di-
linis agens, præconem egit, vt aiunt, legem naturalem,
ocumenta bonorum operum ſanciuit, ieiunium inſtitu-
(quod priùs non colebatur) & primus fuit, qui in hac re-
ne ſanguinis ſacrificium obtulerit, non moderno ritu In-
um (qui innumeris mortibus litare ſolent) ſed tantùm
uribus, & lingua, cruore demuncto, in mulctam deme-
orum, ac remedium vitiorum, potiſſimùm mendacij (val-
ndianis domeſtici & vulgaris). Legiſlatorem Iſtum cre-
t non interijſſe, ſed inuiſibili modo euanuiſſe, repoſitum-

q́ueviuum in Prouinciam Coazacoalcum apud mare. H
eſt Genealogia prophetæ ſui, imò Dei, quippè cum ignor
exitum conuerſationis eius, Deum aëris factum eſſe perſ
dentur, ideoq́ue paſſim illum adorant, maximè Tlaxcal
Ciolallæ, & in locis, quos coluit ipſe ſacrificijs & ritibus
uſitatis. In hoc omnes conueniunt tandem, quod ſicuti o
nes Mexicani & Texcucani, appellari voluerunt Auill
ques; ſic ij, qui ex illa familia & lingua deriuantur, viri n
biliores, & in maiori exiſtimatione habenrur quàm cæte
magis quoq́ue formidabiles vulgò, eorumq́ue lingua, &
ligio & mores meliores cenſentur, & vſitatiores.

Domini Texcuci, qui verè ſunt Domini Culhucan,
Mexicanis antiquiores, gloriantur ſuum genus ab Equit
qui omnes regionis homines ab humeris & ſurſum ex
debat, deſcendere, vnde Aculli dicuntur, quaſi homin
magnorum humerorum, & ſicut ille ſtaturâ grandis erat,
& in cunctis geſtis ſuis, præſertim, in prælijs magnanim
& fortis, victoriam retulerit communitèr contra omnes.

Domini Mexici, qui maiores & maximi ſunt; ac de
q́ue Reges regum, gloriantur ſe exortos & denominato
Culhua, aſſerentes à quodam Cicimecathl, equite vald
magnanimo, qui fibula brachium Quezalcoathl apud h
meros vinxit, quod pro grandi facinore reputabant, dice
tes, quod qui ligaſſet Deum, vel ipſos cæteros quoq́ue m
tales, ligaturum, ac proinde ab illo tempore, Acuthuat
illum appellauêre, quia multum præualuit, & Monarc
am Mexici inchoauit, quæ ad maieſtatem magni Montecz
mæ, (quem à Ferdinando Corteſio deuictum libro 1. au
uimus) peruenit. Anno à Chriſto, 721. Chichimecas i
hanc regionem veniſſe teſtantur, & primum dominum i
ſignem, quem nominant, in ordine, & ſucceſſione Regn
& familiæ ſuæ, eſſe Totepeuch; ante hunc vel ſine duce fu
runt, vel ipſe centum & ampliùs annis vixerit, neceſſum e
Po

oſt eius obitum tota natio in Tullam congregata, Topil il-
us filium ætatis 22. annorum in Dominum ſuum elege-
nt, qui 50. annos regnauit. Poſt quem vltra centum an-
os ſine rege vixêre, cuius cauſam non enunciant, forte
obliuione nominum Regum, & illorum temporum. Ad
em centum annorum propter controuerſias inter nati-
s, & eos, qui nouiter aduenerant, in Tullam duo domini
cti ſunt (quia ex Topil non remanſerat hæres) alter Ve-
c, qui ex Tulla cum ſuis partialibus, & cognatis ad vnam
rtem ſeceſſit. Alter Naubiocin, oriundus Chichimeca,
eſſus cum ſuis ad locum Mexici, exceſſit 60. annos reg-
ndo. Poſt hunc Quahutezpectathl; Tertio Vicin; Quar-
Acitometl; Quinto, Quauhtoual, (Decimo huius reg-
nno Mexicani in Ciapultepec peruenere) Sexto, Maza-
. Septimo, Queza. Octauo Cialcinhtona. 9. Quahutlix;
Iohual Latonac; 11. Cintetl, (cuius regni tertio anno
xicani ſedem fixerunt) vbi nunc Mexicum eſt; 12. Xiuil-
oc; 13. Luxuox; 14. Acamapichtli, (cuius regni ſexto
o) rebellauit contra eum Acitametl magnus vir, & ex
ima libidine regnandi illum peremit cum ſex filijs;
ncuith, verò Regina cum filio, aut nepote Acamapichcin
t: Quare cùm 12. annis ille tyrannicè ac violentiſſimè
rpaſſet regnum, demùm in Couatliciam, deindè ad mon-
eſperatus effugit, timens, ne à ſuis, (qui maximis per-
ationibus agitabantur) interimeretur, ob crudelitates,
nicidia, extorſiones, aliaque in vicinos piacula. Indè
tas Culhuacam populoſa orta eſt, & in defectum Regis,
onem regere cæperunt Domini Azcapuzalci, Quahuna-
Cialci & Conatliciani; Acamapichtli autem Cauatli-
i educatus, & ad Mexicum deductus tanquam legitimus
es, nobiliſſimæ familiæ & dominorum de Culhua, 20.
tas accepit vxores, & ne ſine populo remaneret Culhua-
, ibi poſuit Nauiocin, ſecundum huius nominis filium

 ſuum.

ſuum. Ipſe autem Mexici remanens excellentiſſimus Pr
ceps,fecit quidquid libuit,ſinè contradictore,quia fortun
in manu concluſerat, vt aiebant, & (ſicut pater quonda
dominatus erat Culhuacam, itemq́ue Mexico, & in eo
perat nomen & imperium Mexicanum dilatari) ipſe 46.
nis ſummoperè nobilitauit Mexicum, Tenuctitlan,&c. r
quit tres filios, qui omnes ſucceſſiuè poſt eum regnârun
Primus Vicilintl, qui vxorem duxit hæredem Quahunar
& cum ea dominatus eſt illi ſtatui. Secundus Cimalpopo
Tertius Izcoua; qui Azcapazalco, Cialco, Quahunac, H
xocinco imperitauit, ſimul cum Nezaualcoiocin, dom
Tezcuti: & Domino Tlaxcopan; ac deinceps his tribus
minis, populi iſti morigerebãtur, ſed maior Regis Mexici
couæ filius Monteczuma, Vicilintl ſucceſſit, Monteczu
filia nupta cum conſangineo, cui tres filij prognati A
zaiaca. Secundus Tixocica Autuzo: Tertius de-
nuò Montezuma quem arma Corte-
ſij deiecerunt.

OECONOMIÆ INDICÆ.

SECVNDA PARS.

e moribus Indorum occidentalium, eorumque Conuerſione, ex Franciſco Lopetio de Gomera & alijs ſupradictis, qui multa à ſcriptis regijs acceperunt.

REgi Mexici ſemper erat bellum cum Tlaxcallæ Regibus, Panuci, Mechiocani, & Tecoantepec, & cum alijs, tùm vt in armis exercerentur, tùm vt captiuos pro ſacrificijs haberent, & pro cibis militum, tùm præſertim quia eis hi nolebant parêre, nec eorum gionem aut Deos admittere. Reges enim Mexici ad imnſum dominium euecti ſunt, alios cogendo ad religion, & Deos ſuos: nam vbi precibus id impetrare nequijſ-t, mouebant bellum, ſubiugabant reſiſtentes, tandemq; roducebant Deos ſuos: Item vbi legati, & mercatores inficiebantur, bellum vrgebant contra interfectores, ſed ſine conſilio populi, in quod etiam fæminæ ſeniores nittebantur (quod illæ viuerent viris diutius) indeque pliore memoriâ reducebant vetera, præteritis bellis, a. Definito igitur inter hos conſiliarios bello, ab hoſtibus nuncios ablata repetebantur, vel aliqua ſatiſfactio

 pro

pro interfectis, vel vt inter ſuos Deos, etiam Mexici Sim
chra ponerent, id faciebant, ne conquererentur ſe repe
vel per Inſidias compulſos eſſe. Quo caſu hoſtes qui ſe
tentes ad reſiſtendum ſentiebāt, reſpondêre in campo a
to exſpectaturos, eos armata manu: ſin minus, plumas
timas, maſſas auri, & argenti, gemmas, lapillos, & a
precioſa congregantes Mexicum mittebant, veniam pe
tes ab eis, & à Deo Lizilopuchtli, eundem aſſerentes in
Deos ſuos Prouinciales, & æqualem ſuis excolere volen
eoſdem Mexicani in amicos accipiebant, aliqua tributa
imponentes. At verò eos qui repugnabant, victos acie c
tiuos ducebant, tributa intolerabilia ab eis exigentes, M
tem qui domini, vel Ducis ſui ſecreta reuelaſſet, vt pr
torem crudeliſſimè puniebant, illi duo labia, naſum, au
manus, medium brachium vſque ad cubitum & pede
calcanea precidebant, ac demùm occiſi membra fruſta
per vias & caſtra in exercitu ſuſpendentes, vt omnibus
noteſceret; ſeruoſque faciebant filios & conſanguineo
conſcios facti eiuſdem militis, quod reum non accuſaſſ
Cum ad prælium pergebant non guſtabant vinum aliu
quod inebriare poſſet: Sibi mutuo bellum indicebant p
uocantes, & properantes omnes turmatim ad præliu
quod ex more committebatur in campo, & confinibus r
norum vtriuſque partis (quem deſertum conſueuerunt
linquere; in termino cuiuſque Prouinciæ) dùm exerci
inter ſe appropinquabant Rex Mexici oſſe, vel cortice
macis; Rex Tezcuci tympano paruo, alij oſſibus piſcium
bilantes dabant ſignum congreſſus, & receſſus. Vexillo
gio cadente, omnes fugiebant. Tlaxcallani prius vibrab
in hoſtes ſagittam, quæ ſi eliciebat ſanguinem Inimici, c
tam exiſtimabant victoriam; Contra, credebant aduerſ
martem fore, nihilominus tanquam fortes non ceſſaru
pugnare; Pro reliquijs aſſeruabant duas ſagittas, quib
pri

mi Tlaxcallæ fundibularij vſi fuerant (quod eſſent homi-
vt plurimùm victores) ſemperque eas ad bellum defere-
nt Duces generales, & eas ad augurium de bello facien-
n iaciebant, vel vt accenderent militum animos ad præ-
n, ligantes eas catenulis, ne amitterentur, ſiue ſine liga-
ne, vt milites ſtatim irrumpentes & aggredientes, hoſti-
minimè locum darent ſagittas capiendi & comminuen-
Altiſſimis clamoribus dùm congrederentur vtrinque
ſtrepebant, alij vlulabant, alij ſibilabant, vt magnam
iterent meticuloſis, & inſuetis animis perplexitatem.
oacani vnico iactu, duas vel tres vel 4. ſagittas vibra-
t, omneſque generatim enſes ad brachium fibulis ap-
ſos gerebant, fugiebant vt alacriores denuò conuerte-
ur, & cum maiori impetu. Malebant hoſtem capere
n occidere: neminem vnquam liberabant, nec redi-
ant, etiamſi Dux vel Dominus eſſet. Optimè remune-
ntur ij qui hoſtem captiuum ducebant Dominum vel
em. Qui liberaſſet vel alteri dediſſet eum quem prælio
erat, ex Iudicis ſententia moriebatur. Lex enim im-
bat bello captos litari Dijs ſuis. Qui furabatur, vel ra-
at captum in bello, interficiebatur, quia rem ſacra-
honorem, & (vt ipſi aiebant) cor, & animum alterius
liſſet; perinde occidebatur, qui arma ſui domini &
s generalis, vel arma & veſtes bellicas ſubduxiſſet;
id augurabantur pro ſigno victoriæ contra ſeſe. Filij
inorum iuuenes, plumas, ſpecioſas veſtes, torques, &
mas in auro deferre non poterant, donec mactè in bello
tem ſuam demonſtraſſent, mortuo vel captiuato hoſte,
captiuum ſalutabant, mox ipſum captiuantem; to-
que oppidum acclamabat Equiti victori, proſit (in-
ntes) in honorem & triumphum; tùm ſubitò aureis in-
atur, & ornabatur plumis varicoloribus ad caput ap-
s, & corona capillis cum fibulis rubris ex tygride im-
poſita,

poſita, quæ omnia fortiſſimi militis ſymbola p
bantur.

Hiſpani, & tota Regio, Sacerdotes Mexicos appell
Papas, qui interrogati cur capillos oblongos, (quos n
quam demunt, nec pectine diſcriminant, nec laua
tàm immundos? plenoſque pediculis, & ſordibus gere
reſponderunt, Papa, (id eſt capillus) nos decet; licet
am inter eos Tlenamacaque appellitentur; eorum aut
Prælatus Achtautli dicitur (quæ eſt maxima dignitatu
ſanctiores æſtimantur, qui nunquam caput lauant, nam
qui, qui ſæpius aquis lauantur, capillos, mundos habeban
cet longiſſimos; diſcunt, & docent myſteria ſuæ religio
oretenus & per figuras, ſed non communicant ea Lai
ob grauiſſimas pœnas contrafacientibus minitatas.
ter eos multi ob dignitatem non nubunt. Obſeruan
autem diligentèr, & caſtigantur vtentes contubernio
lierum, vel ijs appropinquantes. Induuntur v
oblonga & ſtricta, ex albo colore, id eſt, bombice,
lio deſuper in humero dextro, per vnum nodum pe
lo, cuius fimbriæ propendent tanquam faſces, vel
rorum imagines ex filo bombiceo. In ſolennitatibu
cundum ſuæ regulæ normam, tibias, brachia,
nus, & faciem nigro colore depingunt, horre
Cacodæmonum forma. In templo Mexicano V
lopuchtli quinque millia hominum deſtinabantur ad
ſequium Idolorum, & Delubri: nec tamen altaribu
propinquabant.

Vaſa pro ſacrificijs erant multa, prunarum geſt
ria, tùm grandia, tùm parua, vel aurea vel argente
fictilia; quædam pro thurificandis ſtatuis, quæd
pro lumine, & igne fouendo (ignis enim ardebat
per) & ſi quando extingueretur peſſimum augurium
vnde reddebat grauiſſimam pœnam, cui incumbebat c

lun

minis & ignis. Quotidie conſueuerunt comburere quinntas lignorum ſarcinas, & multis anni diebus 750. prurum geſtatorijs etiam dominis incenſum dabant. Quemmodum Corteſio cum victor ingreſſus eſt, & contriuit ola, detulêre; ſponſas quoque conſecratas Dijs, aliaq; ofenda, eodem thuris honore afficiunt. Deos ſuos ſuffugant floribus, herbis, puluere, & pice græca, & quod eſt timum, ac velutthus, Copallio, ſiue xolochcapallio lli, in terris calidis naſcente, ſed quod in frigidis eſt, vſui nducit magis; ſiue Copalquahuntl, quod ex quadam are, tùm ſpontè, tum compunctâ vel inciſâ, ſtillat, tanım myrra probatiſſima, alba & tralucida; ex hoc gumcum oleo oliuarum miſto, perfectiſſima Reſina Terebin conficitur, & ab Indis fiunt pilæ conglobatæ. Lanceoaptant & nouaculas inſtar pugionum factas, ex electro ro, vel ex quodam lapide fulcolino, quibus ſe incidunt; omi ſuæ ad omnium rerum inciſionem, inter ſpinas l, pro minutione votiua ſanguinis, chartas, folia arundi, & metl, ad colligendum ſanguinem ex ſe elicitum ent; paleas quoque compilant vbique per templa, arunes, & funes ad penetranda vulnera, quæ faciunt in cruri, auribus, lingua, manibus, partibuſque non dicendis. r Altare, & ſcalas, fixa eſt petra ſimilis mediæ columnæ, uantò acuminatæ, in qua ſacrificandus gladio, ex lapignem excutiebat, & aperiebatur inter vbera: ſcutellas, elues ex cocucijs habent ad colligendum ſanguinem: ſciculos, ſeu aſportoria vaſa ſepta ex plumis rubris, vt guine idola reſpergant. Scopas ex plumis habent, & qui rit, nunquam terga vertit idolis, quia retrocedendo prot, aſpectum verſus Deos conuertens; tam vilibus itaque amentis, & apparatu, tanti momenti carnificinā Huma exercebant.

In magnificis & ampliſſimis templis ſuis munditiſ, al-

ib. 3.

bedo, & colores nigri mixtim apparebant, in Altarib
multus & precioſus ornatus, ad parietes pelles hominu
ſacrificatorum bombice oppletæ viſebantur appenſæ, i
memoriam captiuitatis & oblationis, quam eorum Rex
ciſſet. Sed quò mundiores erant Eccleſiæ, eò deformio
erant idola, ob copioſum ſanguinem humanum, quo ind
aſpergebantur, & ob picem ante ea accenſam. Innume
bilia erant idola in Mexico, plurimiſque templis & priu
capellis. At nomina & officia, vel munera propria, qui
præſidebant, ad decem millia perueniebant, nam ve
gratia, Deus vini, qui conuiuijs præeſt, & cellarijs, voca
Ometochtli, & in capite gerit mortarium, quod in eius
quentibus feſtis vino replent. Dea aquæ, Matlalcuie ſu
cula cæleſtis coloris, vel aquei, induitur. Deo prouiden
Tezcatlipucæ ocularia, quibus vbique reſpiceret, appo
bant. Acapulcin inuenta ſunt idola cum biretis, vt ſunt
ſtratia. Solem adorant, ignem, aquam, terram, ob be
ficia ab ijs impenſa: tonitrua, fulgura, ob timorem eor
grillos, erucas, bruchos, ne maizium comedant, puli
muſcas ne mordeant noctu; & ranas adorabant quaſi d
piſcium, quippè quæ canendo ad ſe piſces mutos inuite
ſperantes fieri, vt piſces in naſſam ſuam dirigant. Vnde
tentibus quibuſdam Hiſpanis ab Indis, vltra panem, ali
obſonij, reſponderunt, ſe poſtquam Corteſius Dux eor
de medio Deam piſcium abſtulerat, nullum habere piſc
ſiue id ex eorum procederet ſimplici credulitate, Dæmo
præſtigiante, ſiue ex malitia propria, ne ſubuenirent Hi
nis. Loquebatur Diabolus cum Sacerdotibus nobilibu
cum alijs, ſed non omnibus, & mille modis, ac figuris
quenter illis apparebat, & familiariter cum illis conue
batur. Simplices pro maximo beneficio reputabant, I
cum hominibus verſari: Ideò quicquid habebant, Sath
qui apparebat obtulêre, cumq; ignorarent, quibuſcum
b

ant Dæmones eſſe, & videntes ex eorum ore prædicta, e-
entibus approbari, quidquid aſſerebatur credidêre; homi-
eſque illi ſacrificantes, & imaginem eo modo quo primùm
pparuerant deferebant, in portis, ſcamnis & omni parte
omûs Deos pingentes, & ſicut ſub mille formis oſtentârat
dæmon, ita & infinitis coloribus, illum deliniabant, in-
rdum adeò deformem & terribilem, vt Hiſpani viſu ſolo
ntremiſcerent, ipſi verò deformitate huiuſmodi delecta-
gloriabantur. Hac credulitatis leuitate Indi ad immani-
tis culmen, ſub prætextu religionis & deuotionis, peruene-
nt. Inſani ergò illi, antequam acciperent modicum cibi,
latum terræ, vel ſoli deuouebant, ex haſtu ſuo aliquam
ttam pro Deo ſuo reliquam, ſummis labijs libabãt: in col-
endo mayzio fructus odoriferos, vel roſas, prius exemp-
olio ad offerendum à terra carpebant. Qui hæc præuari-
atur, pro Deorum neglectore, & inurbano homine ae-
flatu indigno cenſebatur.

Solemnitas Feſtiualis vltima die ſingulorum menſium,
ta Touallis, ſemper captiuos aliquot mactandos habebat.
mo menſe 100. quos humeris ſuper eleuatum lapidem
ebant, exenterabant, cultro petrino, ex petra ignifera
extractum ad pedes altaris pro oblatione proijciebant;
guine occiſi, faciem idoli linientes; aliquot decortica-
t eorumque pellibus ſanguinolentis pleroſque nobiles
uebant, qui ſic induti in choreas ſubſultãtes ibant, Quin
aliquando Rex, aliqua præcipui captiui Pelle veſtitus,
abat, cæteris exultantibus, & ſuum regem ob deuotio-
n egregiam deprædicantibus. Domini captiuorum im-
latorum, ex eorum carnibus conuiuia parabant amicis.
acrificandi eo modo erant induti, quo, idolum cui ſa-
ficabatur, præter ſerta, & plumas Equorum. Porrò aliqui
antes mendicabant, pro ſacrificio ſuo Eleemoſynam, vt
guinem funderent.

Cum granum ad palmi altitudinem excreuiſſet,
montem quendam deputatum perrectum eſt,vbi infante
& infantulam triennes, ſed filios liberorum, & ciuiu
ad honorem Tholoc idoli, Dei aquæ, vt non deficerent g
nis, ſupplicantes, obtulerunt,non eximebant eis corda,
truncabant capita, & in opertorijs nouis ſepeliebāt in do
noua ex lapide, congeſtâ. Feſtum Tozoztli quando ad
nua maizium excreuerat, quoddam tributum per capi
pendebatur, ex quo 4. pueri captiui 6. vel 7. annorum al
næ nationis emebantur, Tlatoc eos ſacrificabant vt è ca
pluuias obtinerent, in cauerna eos ad hoc deſtinata ad an
ſequentem includebant, quam in fine tantùm aperieba
Idq́ue maximè, cùm per quatuor annos nihil pluiſſet, q
tempore aruerunt fontes & arbores, & magna pars regio
deſerta eſt, euntibus hominibus Nicaraguam, cogen
penuria.

Menſe & feſto Hucitozotl granis iam matureſcentib
vnuſquiſq́ue faſciculum maizij colligens, & in templo c
multo atulij potu, ex maizio, ſacrificabant, comixto it
Copallio ad incenſandum Deos, qui creant panem, tot
illa nocte Choreas ducebant. Sed nec hominem ſacrifi
bant, nec inebriabantur. In principio æſtatis, & imbriu
feſtum Tlaxucimacum celebrabant, omnibus roſis,
floribus qui poſſunt offerri, Idola ſertis onerando, toto
die Choreas ducunt, quia feſtum Tlecuilhuitl celebrant
quod omnes Equites conueniebant, & proceres ex o
Prouincia ad Metropolim, in nocte vigiliæ, mulierem
ſtibus & inſignibus Dei ſalis induentes, omnes cum ea ſa
bant, manè eam cum ſolemnibus ceremonijs ſacrificaba
de die multam deuotionem præſeferentes, incenſum
ferebant.

Jn die Teutleci offerebant, & vorabant copioſa ci
ria,in templo iubilantes, iam veniſſe Deum ſuū Vorator
Na

m occultatum diabolum pro Deo reputatum, ad epulas
uitauerant.

Mercatores, qui templum ſeparatum habebant, Deo
ri dicatum, in Micailhuitl, feſtum celebrabant; multos
uos emptos litantes, obſeruabant egregiè, feſtum carni-
s litatis veſcebantur, & ſaltabant.

Feſtum Ezalcoalitzli Deo aquæ dicatum, ſolemniza-
t occidentes ſeruum & Ancillam, non in bello captos,
emptos, 30. dies, eos in domo conſeruatos, vt pinqueſ-
ent, & tanquam vxorati feriarentur. In feſto die, illum,
tibus Tlaloc; illam matlulcuiæ habitu induebant, eóſq;
re compulſos tota die vſque ad mediam noctem tandem
erebant: non tamen vt eos abſumerent, ſed in foueam,
hoc deputatam proijcerent. In feſto Vehpanizel ſacrifi-
ant mulierem decorticatam, eiuſque pelle alius indutus,
cum omnibus incolis oppidi choreas inibat, Idque per.
s continuos dies, qui optimis pallijs & plumis coloratis
icti reſplendebant.

Pro celebrando Quecholli feſto, omnes proceres è ciui-
cum Sacerdotibus & equitibus egrediebantur venatum,
fferrent & litarent quidquid in venatione cæpiſſent, &
lta hinc inde donabantur vt darentur illis qui plures bel-
& crudeliores, vt tygrides, & ſerpentes, deduxêre li-
dos. Serpentes capiunt manibus, & pedibus, nam her-
picichtl pedibus colligant, eiſque viperas incantant,
opiantur. In hac captura, ligno quodam dexterrimè
ntur: capiunt & mures & araneas, offerentes & ſubſili-
es, Talibus prædarum exuuijs, ſuperbi, ad loca ſua re-
ant.

Diem Hatamuztli feſtum ſeruabant Mexici, intrantes
ibus lacum Mexicanum, & ſubmergentes puerum, &
llam in Acallio, ita, ne, vnquam apparerent amplius,
vt in ſocietate Deorum Lacunenſium degerent: in

templis comedebant, multas chartas depictas offeren
& genas Idolorum gummi inungebant.

Cùm Ciritlh feſtum celebrabant, omnes viri & fæm
per duos dies, & noctes ſaltabant, bibebantque dùm d
cerent, interim & alij captiui mactabantur.

Feſtum Xothuci in honorem idoli ignis, maximis
luptatibus celebrabant, comburentes homines, viros c
tiuos, ſed ſeminſtos, litabant in Tlacopam, Coiouaca
igni præparato ante lignum altiſſimum erectum in ar
templi, in cuius extremitate, idolum ſeminibus & pan
obuolutis confectum, cernebatur; ſæpiùs vlulatus emi
bant ex igne, corda pro alijs ſolemnijs extracta ſeruaba
Exilientes tota die coram ligno, veſperi autem, arbore i
& idolo, depoſitis, caſta turba irruebat ad colligenda gr
idoli, tanto impetu vt aliqui ſuffocarentur, credente
ſi ex his manducaſſent, euaſuros fortiores. Vltra Xaliſc
Idolo formæ litabant homines, viuos illos comburen
quos altero aſſos latere deuorabant.

In feſto Izcalli, ſingulis quadriennijs (ad honore
Dei ignis) multos captiuos litabant. Primò vnum indu
inſignibus Idoli illius, cogebant ad laſſitudinem cum on
bus ſaltitare, poſt choreas cædebant eos qui ſaltauerant
in 6 arbores (ante feſtum in area porrectas) ſeruos ſex
gebant, ſtatimque ſagittis confodientes, arbores humi ſ
nebant, ſeruos comminutos ſacrificabant, eruentes cor
caput præcidentes, Et raptantes ſolo, ſicq; alios 80. &
continuò, per vices ſingulas, capita & corda ſacerdot
corpora nobilibus, vt ſequenti die conuiuia colerent &
luarentur, expendebantur. Duabus etiam mulieribus c
tiuis capita præcidebant: ſacerdotes eas ante idola, &
ſummitate ſcalarum, integras decorticabant, coxas ape
bant, & eruebant oſſa, altera die duo proceres earum p
bus induti, deſcendebant coram populo per ſcalas, cunc

benè geſtæ, applaudentibus, & pulſantibus tympana, cum voce ſonora. Clamantes, En veniunt noſtri dij; ſic ciuitatem ibant ſaltantes: & ſuper bacchabundos illos tèr paleæ iactabantur à copioſa multitudine, ad 30. milia, cò confluente. Hæcque præſertim in Quahutitlam. ximum feſtum, in fine Quartidecimi menſis Mexici ce- abant pompoſè, ad honorem Tezatlipucæ & Vitciló- htli maximorum Deorum, eo tempore multoties noctu, terdiu elicientes ſibi ſanguinem è lingua & auribus, fe- is ac ſpinis, ſed ſanguinem, & orationes, multo thure, is offerunt. Omnes Laici tenebantur ieiunare per octo ,& multi in aream templi tanquã pœnitentes intrabant, rum annum ieiunarent, & vt ſacrificarent ea membra, us magis peccaſſent; introibant ſimiliter quædam piæ inæ, vt cibaria ieiunantibus præpararent, omnes ſuum uinem in folijs cartaceis colligentes, & digito inungen- uo prædicta Idola, alioſq; ſuos deuotiores deos, in ipſo die, ante aurorã, ad templum religioſi ciuitatis venie- , & Idolorum ſerui; Rex item cum Equitib⁹ & plurimis (quaſi nullo ex aula domi remanente). Et Magnus cautli è templo, cum parua Vitzilopuchli imagine, op- accommodata, & ſucceſſiuè poſt ipſum omnes in ordi- Religioſi ſuperpelliceis induti cantando, incenſando gebant per Tlacelullum, ad Eremitorium Acolmam ad tuor captiuos mactãdos, properãtes. Indè in Azcapuzal- Tlacopanum, Ciapultepec, & Vicilopuchum, in cuius plo extra viam orabatur, & quator captiui necabantur, ceremonijs, vt omnes in luctum cogerentur, inde 15. iarijs confectis Mexicum ad menſas redibant. Veſperi tum, vel ducentos captiuos ſacrificabant, corda verſus um, vel ſolem proijcientes; tum ſaliebant, & in hono- Tezcalipucæ inebriabantur. Meſſe peracta, feſtum ce- ant hoc modo, ex maytio, paſta, & ex abſynthij ſemini- bus,

bus, quaſdam portiones conficiunt, in ollis ſolâ aquâ dec
ctas, dum bulliunt, pueri tympanum pulſant, & quaſda
cantilenas accinunt ad ollas, concludentes, his verbis,
panis portiones, iam in carnem noſtri Dei Tezcal conu
tuntur; deinde multa deuotione panibus veſcuntur.

5. diebus qui vacant ad complendum annum, in cu
ſolis, choreas ducunt, cantilenis, conuiuijs, ebrietatib
oblationibus proprij ſanguinis, factis, idolis ſuis, hilar
tur, ſed principale erat litare, & edere homines, quia
morte non placebat lætitia, aut vlla voluptas.

Infiniti homines viui ſacrificantur ſoli, & lunæ, ne g
tìs morerentur, (aiebãt enim illi) iam alijs quatuor vici
ſolem & lunam, deficiente ſanguine ſacrificatorũ, expi
non Ergò vna ſola die, ſed ſæpe ſacrificabatur eis; & p
ſertim Lucifero; quem, optimam ſtellam cenſent; Capt
Regis prima die qua ſtella parebat, litabant: & per 260.
illi fatum tribuunt, ſicque per ſingulos illos 260. dies,
buſdam ſignis pictis augurantur, credunt Topilcinum ſu
primum Regem, in eam ſtellam conuerſum. Vnde ſing
iſtis, 260. diebus hominem ſacrificabant; eliciunt & ipſi
guinem ſacerdotes, & adorant illam, & thurificant, & c
ſol eclypſaretur, copioſum emulgebant cruorem. Cre
tes illum iam mori, & deuotior reputabatur, qui ex plur
locis ſanguinem fudiſſet; Multi itaque, facie, ſimili cri
perforatâ circuibant madentes cruore.

De ſingulis 52. annis concurrebant tanquam ad di
maximæ ſanctitatis ex remotis 30. vel 60. milliarijs, pr
piebatque maior Achauli veſperi, quæ eſt poſtrema q
quageſimi ſecundi, vt aquâ extinguerent omnes igne
templis, vel ipſum quoque magnum Dei Figulini (qui
nunquam extinguebatur), & proinde occidebant reli
ſum, qui curam illius ignis non ritè gereret. Ibant eod
veſpere multi Tlemacazques. Viczilopuchtlim. Iztacp
p

am ad 6. milliaria à Mexico, ad templum in colle lixachtla quem Montizuma maximè reueritus erat) & media elap- nocte, adueniente nouo die anni, ignem nouum ex Tle- uahuitl & ligno ignem, altero ligno inſtar nauiculæ tex- oris admoto agitantes excutiebant, tum peractis quibuſ- m ceremonijs conſuetis, ſacerdotes illi currentes, ignem ouum ante altare Vitzilopoch ponebant, multaque reue- ntia augebant rogum maximum, litabant captiuũ, cuius nguine maior Sacerdos ignem aſpergebat benedicendo, o facto omnes accurrebant, ignem ad propria nouum de- ebant. Deinde ſtata die, 400. captiuos in bello, vel otquot erant, ſacrificatos vorabant. Conſimilia fe- erant in Tlaxcalla, Ciololla. Hucxocino. Tepea- , & Zacatlam, licet variarent nomina feſtiuita- m, & idolorum. Sed in his plures pueros ſingulis annis o aquæ Tlaloc, Metlatcuiæ, & in quodam feſto homi- m in cruce poſitum ſagittis configebant. In alio duas mu- res cæſas decorticabant, quarum pellibus duo iunenes erdotes induebantur, qui leuiter per aream & ciuitatem c inde curſitantes hominibus plumas, pallia, gemmas, puné rapiebant. Sed maximum eorum feſtum, in hono- Camaptle de quadriennio in quadr., in menſe Martio ebratum eſt, anno Tluxiuitl, id, eſt anno Dei. Ibi Cen- 60. dies ante feſtum ieiunabant, Sacerdos loci maior, In principio Achcahutli, ſuos fratres animabat ad labo- ſequentem, admonens vti ſtrenuè vicibus ſuis defun- entur, poſteaquam illuc ad ſeruiendũ illi intrarunt, tan- concluſit, dicto Verbo, imminere annum ſui Dei, ad nitentiam agendam: Quare qui ſe imbecillem, vel inde- um æſtimaret, in aream Idoli prodiret ad quintam vſq; m, ne culparetur miniſterium, & rectè vituperaretur; od ſi iam cepto ieiunio & pœnitentia egrederetur, indgn⁹ orum ſeruitio habend⁹ eſſet, & ſocietate ſeruorũ eius, &

priuandus officio ac honore Clericali, eiuſque bona fiſco
dicenda. Tranſacto 5. die, explorabat, an omnes eſſent pa
ti, animoque prompto ſequendi ſe, annuentibus autem i
200. & 400. ad montem altum & peraſperum ad 12. mil
ria à Tlaxcalla: (Sacerdotibus cæteris remanentibus in o
tione) ſolus Achautli ad cacumen aſcendebat in templu
Matlalcuiæ, Idolo offerebat magna reuerentia ſmar
dos, plumas virides, thus, chartas: in Ciuitatem rede
tes, in templis ſeruos idolorum cum faſcibus lignorum
periebant, bibentes, & comedentes optimè, (nam
iunium nondum ceperat) multos fabros lignarios aduc
bant, qui poſt quinque dies ieiunio peractos, ligna i
aptabant, acuminabant, tum denuò ieiuni venient
nouaculas & lanceolas ex nigro electro acuminatas,
per opertoria munda & noua reponebant, ſi aliqua
rum ante finem frangeretur, culpabant fabrum, e
non ieiunaſſe. Sacerdotes ſuffumigabant nouacula
Lanceolas, & ſoli exponebant, cantantes quædam g
dioſa cùm tympanis, & mox doloroſa, ſtatimque om
maximis eiulatibus, vnus poſt alterum vlulabant, ſa
dote in ſummitate interim ſcalarum hærente, qui d
trâ, linguam cuiuſque, per medium, ſua nouacula
debat; genua flectebant Camaxale, & ligna tranſige
per linguam, quilibet, ſecundum ſtatum ſuum & t
pus, quo ſeruiret Idolo, alij 100. alij 200. Achautl
ſeniores ſinguli 450. ligna per linguam craſſiora forab
Hoc peracto canentes iubilabant Achaurli, cæteri bal
tientes, ob metum, reſpondebant, circa mediam noct
20 dies modiciſſimè comedendo ieiunabatur, ne lin
foramen obſtrueretur, quia vigeſimo, 40. 60. & octog
mo die eadem ligna denuò per foramina linguæ com
lebant. Et ſola ligna vnius Achautli, erant duo mil
& 20. Poſt 80 dies ramum in area erigebant, quem cu
r

ſpicientes, ſcirent alios iuſupèr 80. dies ieiunandos eſſe, que ad paſcha; necdie quidem vllo interſtite, modicus ous & aqua ſumebatur; Chilium, calidum cibum non medebant, nec lauabantur, nec mulieri appropinquant, necignem extinguebant. Sed verò in domibus magrum Dominorum, vt Maxizcacin, Xicottucatl, ignis exguebatur, ſeruo qui eius curam gerebat occiſo, & in ſaninem proprium conuoluto; eodem die, quo ramum in a- erexerant. 8. ligna grandiora & in eorum medium oms iuncos, vel bacillos ſanguine tinctos proijciebant, vt cõrerentur, ſed priùs Camaxtle offerebant: inſequentibus dieb⁹ feſtucas minores nõ tot, nec tàm craſſas per linguas gebant, & calamis ſcriptorijs canebant aſſiduè, exibante reſpondentes voce mœſta per villas, ramis in manu ge- ad mendicandum, dabantur autem opertoria, cacaum, mæ, &c. dealbabant parietes templi & aulæ, & tres dies e feſtum, ſacerdotes varijs coloribus depingebantur, aginibus dæmonum, viperarum, tygridum, totaq́ue die efeſſis choreis ſubſultabãt. Hinc aduenientes quidam Sadotes Ciolollæ (qui Camaxtle induebantur), idolum parum, pallijs multis ſubucularum, inuolutũ ferebant, nec t qui vultum eorum auderet intueri; orbem autem elaratum ex pilis Conilij in manum eius porrigentes, ibant uati pallio ſine caputio, & hoc primorum, (inquiunt) moarentum ex Quiahutla delato; plumam in capite grann ac rubram & viridem, Clypeo aureo, coruſcam, & plu- in brachio ſiniſtro, dextro autem ſagitta ignificata proant; roſas flores, thus, Conilios, ſerpentes offerebant. Me- nocte induebatur Sacerdos, ignem nouum apparaturiẽs, ánguine captiui, idolis litabat; cæſum filium ſolis vocait; quod in tàm ſancto die cæſus eſſet. Deinde ſcintillan- neuo igne, omnes ad propria templa redibant; & homi- ſacrificabant; Camaxtle. 450. alibi 100. & tandem ali-

 quan-

quando in tota illa Prouincia ad mille ſacrificatos conuiu
abſumebant, gloriantes ſacrificijs iſtis, & captiuitatibus, q
dam enim centum & vltra captiuatos obtulerant, &c.

Ciololla eſt ſanctuarium regis, quò à remotis per r
& per 300. milliaria confluebant Indi, ibi templa parti
exigua, partim grandia erant 300. ſingula pro ſingulis
ni diebus, Templum quod Quezalcoatl ceperunt erigere
rat maximum in noua Hiſpania, quod cuidam monti Pa
catepec æquale excitabant, ad altitudinem alterius, ni
ſemper operti, vt eius altare in aeris regione, Deo aeris
crarent; ſed grandine & fulgure terrefacti, ne vel caſt
& Dijs, illa iniuriam facerent, delubrum intermiſère: tam
admodum ſublime ſuperbumque remanſit. Celebrant
ſtum de Anno Dei, in honorem Quezalcoatl, de quac
duo in quadriduum ieiunat magnus Achautli, quatuor c
vna refectione quæ eſt panis & aquæ ſuſtinetur, totum
lud tempus in oratione & ſanguinis emiſſione conſume
Poſt quatuor dies 80. continuos ieiunant, quibus ſacerdo
abdunt ſe in cubiculis areæ carbonibus accenſis thure, ga
philis, & folijs metl, & tinctura ſerpentis; in ſtoreis ſede
adniſi ad murum, non ſurgunt niſi pro neceſſitate corpo
non ſumunt ſalem neque axim, nefas eſt videre muliere
primis 60 diebus; duabus horis ad principium noctis
duabus manè dormiunt; officium eorum orare eſt, ſ
guinem emittere, ſæpiùs in die ex varijs partibus me
nocte lauari, & nigro tingi colore: Cæteris 20. diebus n
adeò rigidè ieiunant. Imaginem Quezatcoatl ornant m
tis gemmis, auro, argento, plumis & veſtibus Cam
tle; ſerta maijtij, aliarum herbarum, ac cartam conilij
ferentes, & pro feſto ſe optimè adornant, vbi rariores c
tiuos occidunt, Nam Quezatcoatl huiuſmodi ſacrific
prohibuit.

In Teuoacam nouum ac diuerſum ieiunium eſt,

q

atriduo in quariduum, annus enim quartus, eſt eis annus ei. Intrabant in principio quatridui quatuor iuuenes in templum, induti ſolo pallio bombiceo, & quibuſdam moralibus, humique iacebant, Ceruical lapis erat, in eridie tortam panis, & ſcutellam atulij ex mayzio & mel- exſumentes.

Cum initium eſſet menſis, ex quibuslibet comedere itum fuit, vna nocte, alternatim inuigilabant duo, al- râ alij duo, ſed ea nocte (quæ ſingulis, 20. diebus exactis tabat) quater eliciebant ſanguinem, quem cum oratione ferentes, vigilabant omnes; & trans aures 60. cannas ngas ſinguli perterebrabant, in fine verò quatuor anno- m, ſinguli quatuor mille & 320. arundines trãnſmiſerant aures, quas cum multo thure finito ieiunio combuſſêre dij nempe illam ſuauitatem deguſtarent) ſi quis eorum iret, cæteris quatuor annis, alter eius loco ſurrogabatur, credebant mortalitatem Dominorum inde futuram; qui lierem tetigiſſet, baculis trucidabatur, noctu furente po- lo, & ante Idolum comburebatur, perquè aëra pulueres rgebantur; ne membrorum reliquiæ penitùs extarent, us, qui non potuiſſet vno quadriennio, ſine fæminæ com- rcio tranſigere; cùm tamen Quezatcoatl, in cuius hono- n abſtinebatur, totam vitam ſine fæminis exegiſſet. Cum ieiunatoribus Montezuma Rex libenter conuerſabatur, nctos eos reputans, quamuis continuò dæmonio (famâ blica) couterentur, vnde multa diuinaſſe eos, & mirabilia liſſe, cõmune fuit. Iſti caput longiſſimis capillis onerant: poſt eos omnes ſacerdotes capillos longos impexos alunt.

At verò iuuenes maritandi, in Teuoacam, multos dies unantes, qualibus quantiſq; diabolicæ tyrannidis cruētis olentijs fædare debuerint obſcænas corporis partes, hor- ndum eſt dicere, ibant in partibus illis cruentati, Deo fu- m offerentes, ſi quis animo deficeret, vel deliquium pa-

 tere-

teretur temnentes eum non reputabant pro virgine, tanquam infamem, & mendacem repellebant.

Difficilis fuit conuerſio Indorum in principio pr ter id genus deliria & diuerſitatem linguarum, ſed nob Indos, Hiſpanum ſermonem docuerunt noſtri, & eoru vernaculam concionatores didicerunt, difficulter. Prin pio multi idola omninò relinquere nolebãt, ob antiquos rum cultus, dicentes, ſufficere vnà cum eis crucem, & Ma colendas exponere, ſanctoſque omnes inuocari quidem Deum ipſum, ſed licere interim & alia venerari Idola; c Chriſtianis multis imaginibus vti concedatur: vnde Ido ſub terram recondebant, & alibi, ſuper ijs crucem ponen vt ſi orantes comprehenderentur, crucem adoraſſe pra merentur; Tandem ob metum Idolorumque deſtructio ſimulachra reliquêre. Dæmon enim terriculamentis detinuerat, quod ſi Idololatriã relinquerent, ipſum plu cohibiturum. Proinde ſuadens vrgebat Rebellionem, dendo repromiſſum, ſe fidelibus auxilijs præſto futurur eoque conſilio tentato multis perperàm alea cecidit. In grauamina duriſſimum videbatur multas vxores relinq re, cauſantibus ijs prolis raritatem, ex vnica vxore proinde minui gentem oportere; & iniuriam fieri cæt præter vnam dimiſſis, ſeque turpi & ſterili in perpetuum ligari nolle; ipſoſque præcepores nec ſtare, nec viuere bus proprijs, cum multi Chriſtiani mulierculis tot fruer tur, quot libuiſſet. Hoc, corde carnaliſſimi Homines d rantes opponebant. Vnde Paulus PP. Tertius in tertio g du cum eis in perpetuum diſpenſauit. Sodomiam fac ter (licet maximis minis, & punitionibus) reliquêre; eſum carnis humanæ difficillimè (quam in abſcondito c poſſunt, vorare non deſinunt) rigor tamen & ſeueritas ſtitiæ pleroſque compeſcit, & Deus eos iuuat pro bona luntate. Octo Epiſcopat⁹ numerant, Mexicũ, Archiepi

pat

tum. Guatemata, Tlaxcalla, Huapacac, Mechioacam, aliſcum, Honduræ, Ciapa; omnes ſub iure patronatus re- Hiſpaniæ. Fratres noſtri Franciſcani multos Conuentus incolunt, in noua Hiſpania, & poſſunt quælibet ſecun- m Deum: omnia ſcitè & cum laude peragentes. Idolorũ mminutio, & templorum diruptio, vbique præcipua dorum conuerſionis cauſa fuit, dolebant ... maxi- orum templorum ruinam, exſpectantes auide eorum re- cationem: & vt erant religioſiſſimi, multumque in delu- s orantes, deſtructis prioribus; ad Eccleſias frequentius ibant, & ipſa ſacramẽta, libentiſſimè prædicatores admit- ant, attenti valdè intererant ceremonijs Miſſæ, eius my- ria, ac nouitatem percontando penetrare volentes: ita ſpiritus Sancti gratiâ, & Concionatorum ſolicitudine, eo- nq; manſuetudine tot ad baptiſmum turmatim ruerent, Eccleſiæ eos non caperent: nec ſufficiebant miniſtri, ad- vt ſacerdotes duo Xochmilci, vna die 15. millia bapti- rint, & quidem Franciſcani nonnullis annis 400 millia, ris vndis regenerarint, in pluribus ciuitatibus accidit ea- m die nongenta matrimonia, ſecundum ritum S. R. Ec- ſiæ celebrari. Aiunt quendam Calixtum de Huexocinca, doctrina Chriſtiana inſtructum fuiſſe, primum qui ad por- n Eccleſiæ confiteretur, nam in confeſſione tanquam re ficili peramplius laboratum eſt, nihilominus eam multi ocurarunt. Vnde in Teoacam Anno 1540. 12 nationes, guâ differentes, aſtiterunt ad officia hebdomadæ ſanctæ, ad confeſſiones, quorum plerique à remotis locis ad o. milliaria accurrerunt. Primus communicantium fuit annes de Quachuqueciolla, Nobilis Eques, qui inſuper m alijs commotus, diſciplinas, & flagella (ob preceden- n facilitatem eliciendi ſanguinem pro Idolis) ſatius ad- ſêre pro Chriſto. Vnde contingit ſæpenumerò 10. vel etiã , & 100. millia diſciplinantiũ, longâ proceſſionũ ſerie va- pulare,

pulare & libentiſſimè quidem, cum ſanguis ſingulis a
exundans, prurituſuo, tempore veris, moleſtiam pare
exitum quærat. Vnde neceſſitatē veteris abuſus vertu
memoriam flagellati Chriſti, non id, vt ritum, ſed pie
ſpecimen doctrinæ Chriſtianæ conſeruantes. Tradeb
Ca-hecheſi filios nobilium ad aliorum exemplum, qui
mulabant (ob Corteſium) licet quidam abſconderent
ros, donec rudimenta penetrarent nouæ religionis; ſu
dè aliorum natos in locum ſuorum mittebant. Acxotc
præcipuus Tlaxcallæ dominus, quatuor filios & 60. vx
habebat, tres inſtruendos miſit; maiorem, 13. anno
retinuit, ſed tandem & illum, quia res patebat, emiſi
dicit ille optimè linguam & doctrinam, & baptizat
(appellatus Chriſtophorus) vinum abhorrebat, patr
ebrietatem notans, & multitudinem vxorum, idola do
ſtica frangebat & ſimilia. Pater hæc ægre tulit, ſed quo
ſet ei primogenitus, & dilectus, diſſimulauit, à Dæm
porrò obſeſſus, & ab vna vxorum ſtimulatus, filium l
feriens in ignem iniecit, ſicque necatnm domi ſecret
condidit, & vt tegeretur facinus, matrem Chriſtophor
rabat occidi. Tandem verò ob hæc & alia in malam cru
actus eſt Acxotcucatl, ab Iudice Hiſpano. Alij parimodo
rones Doctrinæ Chriſtianæ, ob idola confracta, pere
ſunt, donec ſeueriſſimè Iudices in homicidas animadu
runt. In Ecatlau Anno 1541. Ioannem Galerum, (dictu
ſpe) quod Idolum ab illis erectum, & adoratum deijc
peremerunt; Et Ameæ Ioannem de Padillia cum ſocio.
Florida Fratrem Ludouicum Cancellum Dominicanũ:
dem niſi met⁹ obfuiſſet militum, omnes fratres occidiſ
Circa principia conuerſionis apparebat eis dæmon ſæp
præſciens conuerſionem eorum, ſuadebat ſuſtentare i
& de more antiquorum; ne relinquerent, inquit, amici
ſuam propter eos quos nunquam cognouiſſent, minab
d

fectum pluuiæ, ſolis, ſanitatis, filiorum; increpabat
generes animos, quod paucos illos non occiderent, &
ſpanos, & prædicatores. Quare his verbis decepti, ſuaui-
e carnis humanæ, & mellita conſuetudine allecti quoſ-
n occiderunt, Idolis cruces imponentes; ſed Cruce, ſan-
ſimoque Sacramento fugantibus dæmones, Deoque
ite, ad inſtantiam orationum, & proceſſionum, pluuias,
erenitates; ad fugam quoque dæmonum aqua luſtralis
ltùm præualebat. Anno 1538. Alonſus Cabrera tranſiēs
ca flumen Argenti, & portũ de Pathos, aduexit P. F. Bern-
um de Armenta, Cōmiſſarium S. Franciſci cum alijs qua-
r fratribus, qui ibidem tres Hiſpanos reperientes optimè
entes linguam regionis, ijs vſi interpretibus breui multos
tizarunt, & coniugio legitimo iunxerunt, per multa re-
nis illius fluminis milliaria traijcientes, & vbicunque hu-
niſſimè recepti: Nam à tribus aut quatuor annis illac iter
egerat, quidam Indus ſanctus (dictus Origuara) prædicēs
nnuncians citò in illas regiones, aduenturos Chriſtianos
prædicandum eis Euangelium: monens vt legitimè
pararentur ad eorum legem, religionemque acceptan-
, quod ſanctiſſima eſſet, & abdicaret plures vxores, ſo-
s, conſanguineas, cæteraque brutorum opera; Is mul-
antilenas compoſuit, quas per vias decantant in laudem
ocentiæ: Conſuluit illis vt grati hoſpitatores fierent in
iſtianos, indeque diſceſſit. Cuius ſanè viri authoritas
otuit apud eos, vt captiuantes ſe in obſequium verbi Dei,
tribus baptizarentur, eos multo honore proſequentes,
Hiſpanis à flnmine Argenti fugientibus, ex quodã prælio
Indis habito, viam illis, (mittentes cibaria, plumas &
nſum velut Dijs) oſtendêre.

In Peruano Regno, cuius poſſeſſionem pro Imperatore
i ſed mirabili conflictu cum Attabalipa Inga inito,
o 1533. accepit Franciſcus Pizzarrus, tot idola, quot

ib. 3. officia,

officia, vel miniſteria inuecta ſunt, vel potiùs quot homine
nam piſcator colebat piſcem, Leonem venator agricola te
ram, omnes tamen in vniuerſum principaliſſimos Dе
æſtimabant Solem, Lunam & terram; hanc omnium c
dentes eſſe maiorem; Solem verò ſimul cum luna vxo
progenitores omnium: atque adeò cum iurant, tang
terram, & reſpiciunt ſolem. Inter ſuos Guacas (ſic
nim idola vocant) multi cernebantur onuſti baculis,
Pedis, & mytris Epiſcopalibus, cuius cauſa nec hod
comperta eſt. Cùm ergò Indi Epiſcopum conſpexere,
terrogârunt, nùm ipſe Guacas eſſet Chriſtianorum? Te
pla, peculiaritèr ſolis erant ſumptuoſiſſima & magnific
tiſſima, vt illud Paciacamæ, Collai, & Luzchi: quæda
introrſùm operta tabulis aureis, & argenteis, erant, o
niaque vtenſilia ex auro (quod in partes acquirentium T
ræ poſſeſſionem ceſſit.) Offerebant autem Dijs plurimos
res, fructus, herbas, panem, vinum, odoramenta & figur
eius rei, quam deſiderabant obtinere, auream vel argẽtea
indè adeò ditabatur idolomania; Tametſi quædam ido
eſſent ex lapide, luto & ligno fabrefacta. Sacerdotes
rum albis incedunt induti, raròque inter populum vi
tur, non nubunt, abundè ieiunant (licet nullum ieiuniu
tranſeat. 8. dies) idque tempore ſementis ac meſſis, &
dinæ metallorũ, ac ineundi præliũ, aut cum dæmone loq
di; imò quidã vt cum Dæmone loquantur, oculos frang
fortè ex timore, quia omnes claudunt oculos loquentes c
ſuperbiæ Rege, & multoties illi loquebantur, vt petitioni
Dominorum aliorumque ſatisfacerent.

In templa ingrediuntur lugendo & eiulando, vnde (G
ca) ploratum ſignat; humi repentes procedunt vſque a
dolum, & cum eo loquuntur linguâ, quam ſæculares int
ligunt; Non tamen attingere audent manibus Idola, niſi
uoluta lineis mundiſſimis, & albis: Intra templa oblatio
au

uri & argenti in terram defodiũt, ſacrificant homines, pue-
os, pecora, aues, animalia fera & cicurata, à venatoribus ob-
ta, corda eorum reſeruant, vt augurentur bona an mala ſa-
rificantibus, hoc modo captantes exiſtimationem ſancto-
um ac Diuinorum, homines decipiunt. In his ſacrificijs vo-
ferantur, tota die ac nocte ſacrificuli, nec quieſcunt, præ-
rtim in agris; Inuocando autem dæmones, eorum vultus
nguine colorant; & portas templi, ac ſepulturas reſpergẽ-
s; ſi cor cæteraque inteſtina ſignum lætitiæ prodant, feſti-
ſaltant, cantantque læti; ſi verò triſtitiæ; mœſtiſſimè
pite nutant. Quomodocunque tandèm ſignum præſagi-
, tamen qui interſunt actibus iſtis, inebriandi ſunt; ſæpiùs
oprios filios ſacrificant (quod pauci Indi committunt; ij-
ie feri, & belluini in ſua Religione) imò proles ſuas de-
cant (halecum inſtar) & vaſis argenteis cuſtodiunt.

Monaſteria mulierum incluſarum habebant, vnde nun-
am egrediuntur, viri famulantes illis caſtrabantur: nari-
s truncati erant illi, & illæ labijs, ne concupiſcentia ſub-
eret. Quæ fornicatur, occiditur. Virum, qui vi ad eas
greditur, pedibus ſuſpendunt. Incluſæ iſtæ: nebant & te-
bant ex cotone, vel bombice pannos, & laneos amictus
Idolis, & reliquias, cum oſſibus ouium albarum combu-
ant, pulueres in aream verſus ſolem proijciebant.

Hi Peruani aſſerunt, à principio mundi per partem
ptentrionalem exiſſe virum, qui dicebatur Con. Is cum
ereret oſſibus, velociter leuiterque mouebatur, abbreui-
s iter, montes deprimens, & valles eleuans; ſola volunta-
ac verbo: tanquam filius ſolis, affirmanſque, quoniam
terrã implêſſet, viris, & fæminis, quos creaſſet, dediſſet-
e eis fructus & panem cum cæteris humanæ vitæ neceſ-
ijs: ſed morum indignatione contra delinquentes, terrã,
am eis dederat fertilem, in arenam, ſiccam & ſterilem
uertiſſe, prout ab incolis modò incolitur: vt de facto

non amplius ibidem pluat, ſola flumina ex pura pieta
illis reliquiſſe, vt irrigari tellus & laborari queat; ſup
ueniſſe autem Paciacamam filium ſolis & lunæ, quod
nat (Creatorem) & relegâſſe Con, & homines ſuos in
les nigras conuertiſſe; ideò gentem ibi nigreſcere. Dei
viros & fæminas creaſſe modernis ſimiles, ijſque in om
bus prouidiſſe, cui ideò gratificantes eum in Deum re
pêre, æſtimaruntque pro tali, colentes eum, reueren
in Puciacama: Donec à Chriſtianis deiectus perijt: qu
quinàm fieri potuerit, admirantur. Apud Limam cer
batur famoſiſſimum templum, & ab omnium illarum re
num gentibus viſitatum, ob deuotionem & oracula, Dæ
ne eis apparente, & ſacerdotes alloquente. Poſt cuius exſ
liationem ceſſarunt oracula & cacadæmonis apparitio,
ce & Sacramentis prædominantibus, non ſine commoti
Indorum, & rei nouæ ſtupore, viluerunt.

Aſſerebant etiam aliquando tantum pluiſſe, vt
neis nferiores regiones ſubmerſæ fuerint, cum hom
bus; ſaluis illis qui in quibuſdam altiſſimorum montiu
cauernis (quarum oſtiola ita obfirmaſſent, vt non perlue
ſtilla aquæ) abditi vixerint, quibus in antris prouiſio
nium rerum fuerit, ibi cùm audiêre non ampliùs p
re, emiſerunt duos canes, qui nitidi madidique rede
tes ſignarunt, nondum defeciſſe aquas; plures rurſum
ſerunt canes, qui cum aridi, luto pleni rediſſent, agno
runt poſuiſſe aquas, & egreſſos multiplicari cepiſſe
replêſſe terram, occurriſſe tamen laborem, ſatis anxi
ob frequentiam ſerpentum generatorum, ex luto & hum
tate diluuij, qui multiplicati etiamnum ibidem reperirẽ
ſed tandẽ ab ijs cicuratos iñoxios ſecũ in cõmunitate viu
Credunt ſimiliter mundi finem, ſed quòd præcedet m
ma ſiccitas, & ſol ac luna quos adorãt peribunt; ideoq́; m
mos elulatu vociferantur, videntes Ecclypſes prẹſertim

time

nentes ne cum vniuerſo mundo, ruinâ & excidio iamiam
oprimantur. Vt Mexicani, vxores cum ſuis Dominis ſe-
liunt, & cibaria, & arma, & ornamenta, & ſeruos. Fures
ideles, ſodomitæ, & mendaciſſimi ſunt ingratiſſimique.
rietatibus dediti, cum ſororibus nubentes, milites præ-
tim, & quotquot volunt ſuperinducunt; adulteri, ſine
nore, ſine verecundia, ſine Charitate, ac ſine virtute.
rpora alia terrâ recondunt, alia quodam liquore per gut-
infuſo quaſi balſamo, condire videntur.

Tandem poſt 12. annos ciuiliores factos, eos commo-
s religioſi conuerterunt, ſollicitantibus quoque Magi-
tibus, nàm priùs nemini verbo gratiæ vacare ſatis lice-
, iſtique nolebant præcones Chriſti ac ritus Eccleſiæ, ſed
rdicùs Paciacamam adorare volebant, vt Creatorem.
nc verò ne ad indignationem arripiant exactiones tribu-
um, & tumultum inteſtinum exſuſcitent, non acci-
ntur à gente niſi decimæ ſolæ, quas & illi ſponte contri-
nt.

Tributa item leuiſſima & æquiſſima illis taxauêre, le-
que pro ipſis fauorabiles tulere, ne cogerentur ad gem-
rum piſcationem, minerarum foſſionem, onerum de-
tationem, vt (ex Ioſepho Acorta) priùs vſurpatis domi-
, (ſubditis ac religioſis & Parachis exactè interrogatis
er hac re) grauari conſueuerunt. Gilgonzalez de Abu-
ño 1522. (vt ferunt) ibat verſus mare meridionale qua-
r nauibus, bono milite, armis, & Annonâ comparatis,
ue in Nicaraguam; ibique cum quodam patre ex ordine
rcedis, prædicauit fidē Chriſti Regi Nicaraguæ, Idolola-
m, ebrietates, choreas, Sodomias, ſacrificia, & eſus
ninum illi improperās: Quare cum tota domo & aula, &
novem millibus ſui regni baptizatus eſt, quæ ſanè ma-
conuerſio, licet ſecundùm aliquos, tumultuariè & im-
fectè facta, ſed ex corde tamen credere cernebatur illo

tempore, ſufficienter acquieſcendo Gilgonzalezij dictis
omnibus, Rex & Equites eius, duo tamen ſtipulabantu
Rege. Primò ne bellũ moueretur ab eo; ſecundò ne Cho
ducerentur à temulentis & ebrijs, vix enim poterat gen
la ab armis quieſcere, & deſerere ſaltationes (voluptatu
ſuarum illecebras) dicentes ſe nullo præiudicio Choreas
cere; nec poſſe in abditos receſſus militaria ſigna reclud
vt tandem arcus, ſcuta & plumas militares ac bellicos a
mulieribus permittendo, deſererent: è conuerſo vt ipſ
rent, & terram colerent tanquam mulieres & captiui.
luit prudenter his replicare Gilgonzalez, quod aliquan
cómotos perſenſerit, ſed tamen è templo ſũmo curauit
ferri omnia Idola, ſurrogata Cruce in altum, & extra C
tatem erexit crucem ſcala graduum conſpicuam, vt ing
ſu, & egreſſu, eidem ab omnibus debitus honor exhib
tur; exijt cum proceſſione, eoſque multis lachrimis & d
tione erudiens; peritiam muſices illis aperuit, ad orand
rogandum, & laudandum Deum. Cui conſenſit Rex
multitudine vninerſa. Nouellum demonſtrantes zelu
latriâ veri Dei, quod fuit deuotionis Catholicæ inſign
pulchrum ſpectaculum in gentibꝰ illis. Rex ipſe Nicara
multa cum Gilgonzaletio & Religioſis egit & prolixè, c
vir aſtutus & ſapiens eſſet, inque ceremonijs antiquis ſ
verſatiſſimus. Interrogabat autem, an Chriſtiani, di
illius maximi, quod vniuerſam terram & animalia ſubm
ſit, notitiam haberent? & an alterum conſimile futuru
ſet? An terra transferenda? & ruiturum cælum? Quan
& quomodò? ſuam claritatem, & curſum ordinarium
luna, & ſtellæ, tam grandes amiſſuræ ſint? Quis eas mo
& teneat? Petijt cauſam obſcuritatis noctis, & frigori
turam, calumnians, quod non ſemper claritatem & ca
produceret, cum hæc ſint meliora, quàm oppoſita. Qu
vel qua ratione gratiæ agendæ forent & honor tribuen

o Chriſtianorum? qui cælos fecit, & ſolem, quem in ſuis
ionibus vt Deum colebant, mare, terram & hominem,
auibus volantibus, piſcibus natantibus, cæteriſque om-
us dominatur? Vbinam animæ poſt egreſſum è corpore
manſuræ eſſent? quidue facturæ, cùm tantillũ viuerent
licet immortales ſint? Interrogauit paritèr, an Pontifex
nanus Vicarius Chriſti Dei Chriſtianorum in terra, mo-
ετur? Et quomodo Ieſus Chriſtus Deus & homo, & bene-
a mater ei⁹ Virgo Maria, quæ eum peperit, mortalis fue-
Sicque de Imperatore & Rege Hiſpaniæ, de quo tanta
nora virtuteſque Heroicas memorari percepiſſet, quo-
lo interirent? Item quare, tantillus hominum numerus,
o tamque immenſo inſiſterent auro? Et inhiantes quæ-
nt? vt ipſi Europæi? Hic Gilgonzalez & omnes ſocij at-
ti, & ſtupefacti ſteterunt hæſitando, audientes huiuſ-
li indagines, & verba vnius hominis ſeminudi, barbari
ne litteris, quod quidem mirabile colloquium Nicara-
ſenſerunt Hiſpani, nec vnquam vllus Indus, quantum
ɔrijs liquet, animoſe adeò hiſpanos noſtros adortus legi-
Gilgonzaletius, contrà, tanquam Chriſtianus Dux, dul-
i, quo licuit, philoſophico & Theologico modo reſpon-
& optimè illius poſtulatis ſategit; rationes vt prolixitas
dium euitetur, & quia Chriſtianis notiores ſunt, non
nittimus. Itaque reſponſis ſuis Regem attentiſſimè au-
tem plenè conuertit; Qui ſecretò ad aures, per inter-
em interrogauit, nùm illa tam ſubtilis & ſapiens Hiſpa-
ım natio è cælo deſcenderit? an è nubibus? aut volando
ndè prouenerit? Et in puncto baptiſmo deſiderato, (vt
dictum) proiectis idolis Eccleſiæ ſanctæ connumera-
ſt.

Tandem Gilgonzalez, vt piè ſe geſſit in Deum, & iu-
n homines, baptizauit eo in itinere in vniuerſum 32.
ia hominum, lucratus eſt ducenta millia pondo auri è
multis

multis periculis erutus fuit mirabiliter, & omnes reſiſten
Deo duce ſubegit.

In regno Nicaraguæ, Colmatemalæ differentibus
mines moribus agunt, non impares Mexicanis, in veſt
libris, ſcriptis, imaginibus ſeu caracteribus, in idololat
ſacrificijs, cibis, potibus, domibus, quarum eæ quæ ſu
dominorum & nobilium, multum differunt à cæteris ſu
torum; quaſdam miro modo elaborant & conſtruunt in
boribus; femoralia ſoli homines viri geſtant: ducentes v
rem, virginem putatam, ſi violatam inueniunt, repudi
ſed vt ab hac ſuſpicione liberentur, ſacerdotibus vel D
bus (immani ſcelere) deflorandas exponunt. Tempor
iuniorum, & ſementis, nec ſalem, nec axim aſſumunt,
quod inebriare poteſt, bibunt. Eum qui bis ſolemniter d
vxorem, relegant, & totam eius facultatem primæ v
condicunt. Si adulterium admittunt, repudiantur, reſ
ta quidem dote, ceterùm ipſæ non valent amplius nube
Adulterum baculis excipiunt, ſed non interimunt: Con
guinei adulteræ macula prima notantur, vnde iniuriam
dicare contendunt; nam mariti non nimium affecti in
res, ſine dedecore eas aliquot anni feſtis ludibrio com
nis luxuriæ proſtituunt; ante matrimonium procaciſ
ſunt mulieres, poſt matrimonium honeſtæ. Alibi, V
nes ipſæ ex multis iuuenibus in fine feſtorum ſeligunt m
tos. Qui vim infert virgini, ſi accuſatur; in ſeruitutem
digitur, vel violatæ ſoluit dotem. Seruum, qui cum
heri miſcetur, viuum cum ea ſepeliunt: adſunt muli
publicæ inter eos. Jn multis Iure viuunt, & Magiſtratu
runt flabella & virgas, eas pro faſcibus portantes: furi p
dunt capillos, hoc adiecto pacto, vt ſeruus Heri (cui fu
ſit) remaneat, donec ſoluatur. Poſſunt vendi, & ludo t
ſed non redimi ſine ſupremi Magiſtratus licentia; Et ſ
dior in ſoluendo fuerit, ſacrificatur. Lex nulla poſi
co

ontra occidentem ſuum Caciquem, dicunt enim non poſſe
nc caſum contingere, Dijs obſtantibus; nec ſimiliter in-
ciſorem ſerui animaduertunt. Qui autem liberum occi-
rit, filijs vel cognatis occiſi portionem aliquam Terræ li-
ræ & exemptæ, dependit. Eligunt in ducem generalem,
m qui eſt prudentior & rerum peritior; ille imperat, &
nit abſolutè ſine quâquã appellatione ad optimates Rei-
blicæ. Pæna vecordis hominis & timidi eſt cinguli milita-
priuatio, & exarmatio. Omnis miles retinet, quidquid
hoſtibus obtinet, exceptis captiuis, quos palam omnes ſa-
ficijs deputare coguntur: nec capti precio vllo redimi poſ-
it, ſub pæna Talionis in eum qui redimit, vt ipſe ſacrifi-
ur. Sacerdos litaturus homines, quocumque numero
enunciat ſacrificandos, circuitque gladio ex lapide igni-
o præ manibus geſto, circum circa ſacrificandos, can-
s flebili tono, mox inde aperit pectus & vultum mactã-
& ſanguinem ipſius ſpargit, eruit cor, & corpus diuidit,
lato cor tradit, pedes & manus Regi, coxas, ei qui eum
lo cepit; inteſtina tibicinib⁹; reliqua populo comeden-
caput arboribus propinquis appenſum diſtribuitur. At
ſacrificant pueros, vel homines indigenas, eorum carnes
deuorant.

Petrus de Aluarado Princeps Gubernator Guatemaliæ
gionis, (quam & optimè ac proſperè multis annis rexit)
muis deceſſerit, optimo ſenſu ſigniſque hominis benè
rientis ac Chriſtiani. Tamen, quod, duas ſorores du-
et ſucceſſiuè, licet ipſo quoque diſpenſante Papa (vt fa-
em Magiſtratus cuiuſdam, Imperatori cariſſimi, conſe-
retur) adeò Inuerſo Numine ceſſit negocium, vt ex duo-
matrimonijs non eſſet tertius hæres, nec patrimonio de-
cti memoria ſupereſſet, (vna dempta naturali filia ex
a ſuſcepta). Reges Catholici, quibuſdam iam dictis con-
onibus tulerant captiuos Caribas, ob eorum ſcelera

non tamen vniuerſos Indos; ſed poſtquam Indi in Cuma
Inſula, duo monaſteria S. Franciſci & S. Dominici diruiſſe
aliaque homicidia perpetraſſent, reorum plurimi car
ribus dati ſunt, tamen abſque punitione, frater eni
Thomas Ortitius Dominicanus, & alij, vt aſſeru
Franciſcani quidam, eorum capturam conſulebant. C
Thomas in conſilio Indiarum, (cui præſidebat frater G
zias Loaiſa Dominicanus) litteras huius ferè tenoris ex
dijt. *Homines* (inquit) *continentis Indiarum carnem humana*
comedunt, ſodomitæ ſunt pluſquam vlla alia natio; non eſt inter eo
lum ius, vel iuſtitia, nudi incedunt nec amorem habent, nec pudor
tanquam beſtiæ, ſunt ignari, ſtulti inſenſati, flocci pendunt ſemetipſo
inuicem vel alios occidere; veritatem ſeu promiſſum non ſeruant, n
ſuam vtilitatem; inconſtantes ſunt, quid ſit conſilium ignorantes
gratiſſimi ſunt, & nouitatis amatores, de ebrietatibus gloriantur,
habent vina ex diuerſis herbis, fructibus, radicibus & granis, et
ſuffumigatione, & certis herbis inebriantur, quæ cerebrum turbant
amentes reddunt: in vitijs beſtiales; nulla pollent humanitate,
obedientia iuuenes ad ſenes, nec minus filij ad parentes, nec do
næ nec caſtigationis capaces ſunt; proditores, ſunt crudeles &
dicatiui, qui nunquam parcunt: religionis inimiciſſimi. Deſi
fures, mendaces & iudicij quaſi expertes, homines nihili, ne
dem nec ordinis rationem habent, quia nec mariti vxoribus ſer
fidem, nec vxores maritis: Inſuper ſunt augures, ſuperſtitioſ
Necromantes, timidi vt lepores, immundi vt ſues, pedicul
nim comedunt, araneas & vermes crudos vbicunque inueniunt;
pollent arte, vel ratione vlla humana. Cum res fidei obliuiſcu
quas didicerant, aiunt eas eſſe pro Hiſpanis, non pro ipſis, ſequ
Deos mutare velle, nec mores extraneos addiſcere: ſine barba cer
tur, & ſi cuiquam enaſcatur eam euellunt. Cum infirmis nulla pi
vtuntur, & quamuis ſint propinqui & parentes, conſanguinei tem
mortis eos deſerunt, imò ad montes deferunt, vt ibi moriantur, r
quentes illis parùm panis, & aquæ. Quo magis creſcunt, tantò pe

ndunt; vſque ad 10. vel 11. annum videntur alicuius vrbanitatis & tutis ſpecimen præbere; ſed deinceps quaſi in bruta animalia contuntur: tandem aſſero Deum nunquam creaſſe gentem vitijs adeò linatam, beſtialitatibus, abſque vlla bonitatis & politiæ permine.

Nunc quilibet iudicet ad quid prodeſſe poſſit ſtirps iſta peſſima, hunodi moribus, & artibus prædita. Hæc omnia nos qui cum ijs verſumus experimentaliter nouimus. Vnde Imperator & Conſ. Ind. An. 1525. adiudicauerunt ſeruituti Indos, Sed re maturiùs conſidea (ab ipſis etiam Dominicanis) præſertim Fr. Rodericus: primiſq; Paulus III. & Imperator ipſe, clementiſſimo con hoc genus Indorum libertate donârunt.

In Inſula Hiſpaniola, cum ingrederentur verſùs Idon, in delubra baculo ſubtili in gulam immiſſo vomitum uocabant, innuentes per hoc, nihil fellis in præcordijs celatum habere. Sine delectu paſſim coibant cum conguineis quibuſcunque, excepta matre, ſorore, & filia, à bus ob timorem abhorrebant, credentes, præuaricatores ſima morte morituros.

Coronidis loco ſubnectimus. Licet ex Philoſophis ali multos, imò & infinitos finxerint mundos tanquam dictos globos, vt ex Catholicis, imò & in ſcripturis, diuerſi ndi aſſeruntur, tamen verè vnus eſt mundus orbicularis ræ in duo hæmiſpheria diuiſus, quorũ vnum, (antiquus ndus) Alterum (nouus dicitur) Quod item totus hæreat Zonis fictis, per oppoſitionem manus contra orientem, & quòd in Gelata habitatio ſit, & in Torrida Zona, licet res ex Theologis negauerint; tamẽ Zach. Propheta, 1. c. & c. 45. experientia oppoſitum reuincunt. Ac proinde ex Antipodas, Antecos, & Parecos, ad quos, licet difficilis ocommeatus, nunc tamen facilis eſt, per mare, monſtranã acu magnete illitã, inuẽta à Flauio Melphita ante 300. os circiter, quæ vbiq; & ſub vtroq; polo iam deſeruit.

Chriſtophorus Columbus Ianuenſis à Neruis, ex Pe
ſtrellis Placentinis, primus Inuẽtor fuit orbis noui Año 14
ſiue hoc mediantibus indicijs alterius nautæ, ſiue ex ſua C
mographia, adiuuante Patre Fratre Ioanne Peretio, &
Ferdinando, nec non Alonſo de Quintauillia, opinionem
lumbi apud Iſabellam Caſtellæ Reginam propugnante, t
dem datus eſt ei titulus magni admirantis Indiarum.

Vocauit autem regionem inuentam Indias, quia ad
entem intendebat, &ad Indias orientales, vbi Inſulam qu
dam Cipangum auro opulentiſſimam, imaginabatur.

Et poſt multas contradictiones quas exſuperauit ab
ſpanis & à Vicario Builio, qui Anno 1496. redijt in Hiſpa
Poſt diſcoopertas quoque Inſulas circa Hiſpalim, & conti
tem Meridionalem (flumine Higueras) & alias, ad Nom
Dei; Poſt Incarceratiõe, & liberationem, & quartam ad
dos nauigationem Tandem Valiſoleti Anno 1506. pie
ritur. *Hæc ex cartis nauigandi Coſmographorũ Regis Hiſpaniæ, (*
ipſi non acceptãt) nec faciunt mentionẽ de relatione cuiuſquàm nau
ne iuramento & teſtibus. Principium Indiarum Occidentali
verſus Septentrionẽ ſumitur ab Inſulis Iſlandiæ, & Gru
diæ, à quibus littus radendo, per Terrã Laboris, vel Lab
toris de Bacalleos, nouam Galliam Floridam, nouam Hi
niam Iucatã, & Guatemalam, vſque ad Nomen Dei, num
tur 12. mille, & ſexcenta quadraginta quatuor milliaria

A nomine Dei ad Panamam in mari Sur continent
tranſeundo, à mari ad mare 68. milliaria, & à Panama
que ad montes niue opertos, verſus Aniam, numerant
tus radendo ſeptem millia, octingenta, & octoginta mi
ria. Linea verò à Sierra Nouada, vſque ad Terram Lab
toris in mediterraneis extenditur.

Reliqua Peninſula orbis noui, quæ à Nomine Dei, & à
nama, vſque ad Sinum Megallanes, extenditur, in circ
habet 16. millia, ducenta, 60. milliaria. In Inſ
Hiſ

ſpali Hayſi, eſt animal Cocuijos (vt crabro) quatuor ſtel-
luminoſiſſimum, vtile ad illuminandum, ad expellen-
s zenzales; & ex eo mirabilis aqua diſtillari poteſt. Niguas,
licem refert, noxium valde animal pulueris amicum, non
ordet niſi pedes; ſeque inter pellem, & carnem inſinuat,
timque copioſam lendium quantitatem parit, quæ breui
ierant, & niſi feſtinantèr exemeris, non niſi ferro & ig-
ex ſede pelluntur, vt quidam Hiſpani tardiores remedio,
e digitis, & pedibus mutilati reſederint.

Dicitur, & multis experientijs comprobatum eſſe ve-
imum, omnes Chriſtianos, qui Indos comprehendentes
rti addixerunt in laboribus (contra leges è Rege latas de
nnibalis) malè perijſſe, vel viuentes non fuiſſe fructos eo,
od ex ipſis lucrati erant: Leges autem illæ Ferdinandi,
ltorum Theologorum conſilio firmatæ tales fuêre, vt
us illis Euangelium prædicaretur. Secundo ad pacem in-
erentur, ſi pacem & fidem amplecterentur, liberi euade-
t, benèque tractandi ab omnibus: ſin minus, & perſiſte-
t in Idololatria, & inimicitia veri Dei, captiuarentur,
occiderentur liberè.

Inter Chicoranos, qui ſunt in Continenti apud Leucai-
Sacerdotes quodam herbarum ſucco aſpergunt milites
ellum procedentes, habentq; herbam quæ dicitur Guai,
bilem euomunt, & quidquid ſtomachum turbat, quæ a-
ſalubris eſt vt viuant ſani & robuſti multis annis. Duo
Idola, quæ habent, non niſi bis in Anno demonſtrant,
ue maximis ceremonijs, & interuentu Regis. Notantur
ationes ſingulorum, & qui plura obtulerit, ſingulari ho-
e per annum integrum celebratur, Diuorum numero
mant ſuos reges; honorantque Sacerdotes, eos exende-
do poſt anniuerſariam ſolennitatem, & in loco eminen-
ſa eorum reponendo; mulieres circùm mortuum Regem
rentes ambiunt, quaſi choreas in gyro meditantes; Et

vnaquæque pro libitu offert aliquid. Altero die in ſepul
ro oſſa reponunt, & ſacerdos ſermonem in eorum laude
orditur, de immortalitate animæ, de inferno, & loco
narum pro malis, de Paradiſo pro bonis. Mulieres vidua
mariti naturali morte deceſſerint, non poſſunt denuò
bere, ſecus ſi violenta morte, vel per iuſtitiam ſublatiſ
rint. Frater Aloyſius Dominicanus de Cancel, à Baluaſ
ſeſe obtulit conſilio Indiarum in Hiſpania, Anno 1549
gentes in regione quæ dicitur Floridâ, conuertendos, &
bijciendos Imperatori, ſolo verbo Dei, iuit cum quatu
Fratribus Dominicanis, ſed illicò vt deſcendit è naui, acc
rerunt barbari, ipſumque cum duobus ſocijs mactarunt
deuorantes omninò, cutem capitis cum corona in tem
ſuo ſuſpenderunt.

Didacus Naruaez Anno 1528. degens in regione in
floridam & Panucum, vnà cum ſuis; ſanauit ſigno cru
multos febricitantes, claudos, vulneratos vnumque m
tuum reduxit in vitam, His geſtis vitam ſuam redèmeru
& lucrum ſuis neceſſitatibus prouidêre, prius ergò qu
ſuaderent crucifixum & deuotionem in eum, Euangeliu
probauere miraculis, illis ipſis conuincendo effrenatos g
tium animos: ſicque receptum eſt. In Inſula Cuba ſeu
randina (vt à Columbo relatum eſt ſæpiùs apparuit B. V
Regi illius, quod is ſe commendaſſet eidem. Hoc ipſum
alijs vſu venit, qui ſalutationem Angelicam protuliſſen
Iucatane, primo, ingreſſu noſtri cruces ex ligno, & auri
cho ſuper defunctos reperêre Anno 1517. itemque in A
zamil Anno 1526. Et In Darien, Ciuitate, quæ dicitur(
tigua) quæ erecta eſt in honorem Dominæ noſtræ de A
gua, Hiſpalenſi, à Martino Fernandez de exciſo Du
re, & Duce, poſt victoriam obtentam contra Indos, &
votum de mittendo certo auro & argento ad prædictũ t
plum; qui domum quoque Regis illius in templum ſub
de

m titulo Deiparæ inſtaurauit, & oppidum prædicto no-
ne vulgauit S. Mariæ de Antigua, Anno circitèr 1503.
Panquiacus filius cuiuſdam Reguli non longè à Caſtel-
urifera, poſtquam humaniſſimè excepit Hiſpanos (vaſ-
n Nugnez de Valuoa cum milite) & dediſſet illis mag-
n auri quantitatem; videns illos inter ſe cõtendere, dum
ſtatera, metallum ponderaretur, commotus ipſe, pug-
ſtateram inuertit & aurum excuſſit in terram, aitque, ſi
iſſem, ô Chriſtiani, vobis ſuper auro meo contenden-
n eſſe, non vtique illud vobis expoſuiſſem, pacis enim &
cordiæ amicus ſum, & miror ego veſtram cæcitatem &
titiam, quod gemmas adeò bonas & affabrè compoſitas
uatis, vt ex eis neſcio quas ligni particulas faciatis, &
inter vos amicos mutuò profitemini: quales eſtis? qui de
vili & abiecta re digladiamini? Præſtitiſſet vobis in ve-
patria remanſiſſe, quæ & hinc longiſſimè diſtat, & ſu-
bundat, (vti aſſeritis) gente tam ingenua & prudente.
d? ad contendendum veniſtis? in extraneas terras? vbi
omnes, ſine vobis, quieti viximus? quos tamen rudes &
paros eſſe, vos ipſi, contra vos, Iurati affirmaretis. Sed
en ſi tanta auri fames cogit vos, vt pro libidine etiam in-
tis & occidatis auri legitimos poſſeſſores, ipſe demon-
bo vobis Terram deſiderabilem, vbi fortè ſatiabimini.
rationabili ſermone, & dicentis libertate, ſtupentes,
moti ſunt: & exquirentes terram illam promiſſam, Cu.
iam eſſe aſſeruit; & per mare meridionale, ad eam ade-
am nauigari. Quare Vaſcus cum militibus in mare del
menſe Septemb. 25. die, Anno 1513. contulit ſe, inſu-
emmarum reperit, & in eo itinere à Darien ad illas, ip-
ne reditu, maximo lucro conquiſito proſperè ei omnia
ère: habebat enim ſe, piè, & iuſtè, multa pronuncians
Deo & Sanctis illius, Deo in occurſu difficultatum ad
eplacitum reſignat, eliminauit ſodomitas, moderatè ſe
geſſit

geſſit & pacificè; vndè & multos principes illi⁹ partis Imp
ratori conciliauit, reddiditque ſponte ſua tributarios, ag
bat gratias Deo de beneficijs, ac fidem Ieſu Chriſti diſſeru
multis in locis, erga milites iuſtus, & humanus, qui tand
ſuplicio affectus ex malèſanâ inuidiâ perijt. *Joannes Cab
Franciſcanus, Regi⁹ prædicator, primus Anno 1514. Epiſcopus & Præ
tus in Continenti ſeu terra firma Indiarum, nempè in Antigua
rien prædicta floruit, Quò Gubernator, primus à Rege miſſus eſt Ped
rias de Abula*, cum mandato patenti, vt vltra inſtructione
leges præcedenti Carta noſtra ſcriptas, & alias ab alijs vul
tas, multum inſtaret Indorum conuerſioni, eorumq; hu
næ tractationi, ne cauſidicum vel iuriſperitū diſceptan
duceret, ne litigijs aſſentiretur. Multùm inſtantèr & cum
lennitate Indos ad pacem & amicitiam inuitaret, priuſqu
bellum illis indiceret, aſſiduè cum Epiſcopo & ſacerdoti
rerum gerendarum negotia communicaret. In Cuma
Anno 1516. Fratres S. Franciſci cæperunt concionari
monaſterium erigere, inſequentibus Dominicanis, qui
ſubitò peremptis alij denuò ſucceſſère, & apud Maracap
in Ciribicio, inſigni prouentu animarum, cænobium ere
re: ſed à duobus annis ſuſcitata rebellione, Dominicani
nes à rebellibus cum non exigua manu Hiſpanorum, &
tre Dyoniſio Franciſcano, cæſi ſunt, reliquis nauigio fug
tibus. Rebelles crucifixū diuidentes per loca appender
ſed Didacus Columbus, paulò pòſt, authores comprehe
pro merito confecit. Iſti hac in regione hortos, & poſſe
nes ſolo funiculo ex cottone, ad cinguli altitudinem pe
cto, determinant: maximumq; piaculum ab illis barb
reputatur, huiuſmodi loca quocumque ſitu, contra
menſuram illius funiculi præuaricari, pro cer-
tiſſimo habentes, illum qui funiculum
huiuſmodi ruperit quantocius
periturum.

PARS TERTIA.

OECONOMIÆ INDORVM.

Religioſorum noſtrorum in Indis perfectio.

MArtham cum Mariâ, tanta combinant ſolertia, vt fieri non poſſit, quin cumulatiſſimus fructus emanet, quid enim non poteſt conuerſatio mentalis cū magno Deo? & quid negabit Iuſto, qui dicit ei benè, quoniam fructus adinuētionum ſuarum come-
itaque expeditis orationibus, illicò tranſeunt ad labo-
t nulla interpoſita quiete, à laboribus viciſſim ad orati-
eiuſmodi erant patres noſtri, *Did. Valades pag. 224.* ibāt
, pannoſi, diſcalceati, quieſcentes humi, Herbæ &
ex Indico Tritico (Mayzium Nos) ipſi (Tlalhuli) vo-
illorum cibus erat: montes & valles pedeſtri itinere
trabant; quam, in hodiernum diem, conſuetudinem
oſi obſeruant, niſi valetudo, aut magna aliqua ra-
uerſùm poſtulet. Videamus autem inter quantam
riem immiſcuerint ſeſe Ouiculæ iſtæ; quod ex œco-
omia horum latius emulgabimus: adnotantes &
medelam correctionis, à fratribus noſtris
ſubinductam.

Cultus Indicus erga Deos.

PRIMA de dijs opinio, omnibus nationibus innata q
dam res eſt, verum niſi fide limitetur, nihil ſub ſole
riculoſius extat; Indi quidam, in gratiam cuiuſcun
Dei minorum gentium; fundebant proprium ſanguin
deformabant faciem, illam imaginem Creatoris. Os N
culis præſecabant. Nares & auriculas perforabant.
guas terebrabant, & minuebant. Mactabant filios prop
innocentes. Sanguinolentoſque ac modo ſpirantes Dæ
nijs immolabant. Sanguinem amicorum, nullâ cauſâ
cidatorum, epotabant, carnes cum lætitia vorabant
quodnam brutum animal? in proprium fætum ſuum?
mile ſibi? adeò contra Ius naturæ ſæuire potuiſſet? &
Deos iſtorum enumeret? Mexici bis mille Dij non paru
ſtimationis colebantur. Et hi quidem ex ligno, ſaxis, a
to figurati: rurſùm ex iſtis alij erant ſolidi, alij concau
tra quorum aluos latentes ſacrificuli reſponſa dabant,
mentabant credulam plebem. Longitudine ſua Dij, G
res referebant, locati in dexterâ delubrorum benè ex
to pariete. In Templo Tetzcutzcingo inter cætera fam
ſimo, feruntur, & fideli rumore, vno naturali die ſe
ginta millia hominum, Dæmonio fuiſſe oblata, & ſex n
bellis capta, mactata. Flebile ſanè ſpectaculũ, ſed cum ij
priorib⁹ œconomiæ partibus attulimus, non adeò cõp
dum. In Aniuerſarijs ſuis Quindena millia, ſæpè vigint
lia miſerorum perimebant.

Sepulturæ Indorum.

MORTVA corpora immolatorum, tanquam pe
per gradus deijciebant, quæ poſtmodùm Amic
ſuis partibus, quas in eum vſum habebant, ſe
runt. Cadauera verò Nobiliorum, cremabant magn

monijs. Alios communis vulgi homines, nec ſepultura gnabantur, vt ſecunda parte œconomiæ meminimus.

Indorum commercia, & procedendi modus in illis.

Ndi Occidentales, excellunt permaximè in Commercijs ſuis, non loquela mutua, ſed ſimilitudinibus, & comparationibus ab alijs rebus aſſumptis, quo modo longè meliùs nimi ſui ſenſa patefaciunt, nec abſunt ab eorum ſermobus creberrimæ metaphoræ & figuræ. Interdùm ſignicatiuas Imagines in panniculis bombycinis, & papyro bila, ex folijs arborum geſtare ſolent. Quibus in rebus miraculum audientium ſolertes ſunt; & tenaciſſimæ meoriæ, omnium enim quæ trina Machina nouit, ab eiuſodi ſignis experientiam habent. Planè ſimili ſed multo egantiori modo quàm Ægyptij, qui Hieroglophicis ſuis teris ſcribunt & loquuntur. Ad eum finem vtuntur pendè filis diuerſicoloribus, pro differentia intentionis ſuæ, que loco caractherum: Rurſùm adhibent ſagittas, faſeolos uerſos colore, varios ſcrupulos, grana, idque genus alia; nnium autem ſtupendiſſimum eſt, eos, qui ſtupido & craſcœlo nati ſint, talibus formis, Ephemerides & Kalenda, atque annales, & annalia ſua, delineare, & obſerua. Cum hunc inter eos morem intuerentur Religioſi nori, pariter & ipſi figuris in conuerſione Indorum agere eperunt, & ſatis feliciter, nam capita primaria Chriſtiaæ fidei, vt ſymbolum, & Decalogum &c. ipſi tapetibus aulæis curabant intexi, qua via gentem, ſua delectabili & propria conſuetudine, Chriſto collucrati ſunt: quod Artificium animarum conquirendarum, Seraphicæ familiæ filijs acceptum ferri debet.

Templorum ſituatio apud Indos.

TEMPLA paſſim in colliculis, ab ipſis congeſtis, ſita rant. non abſimili modo à pyramidibus Ægypti : H ſpani Cues, vocant, erantque elegantiſſimis circui bus cincta, cancellis, & gradibus variegatis ex arte præ ſa. Habebant porticus & aulas in magnificentia quadam uina. Habitacula pariter pro Idolomaniæ Sacerdotib varia. Aulæ laquearibus magnis turgebant, ibi ignis, ob fectum caminorum, extruebatur. Fontes, balnea, viri ria, horti placidiſſimi non aberant, floribus diuinam ibi f grantiam ex ſufflantibus. Patulæ verò & vmbroſæ pleru que arbores plantabantur ibidem, ſub cuius vnius vmbra hominum mille commorari poſſent; vocant eas arbores, di, Ahuehuetl, Hiſpani arbores paradyſi, virentque per tum annum, Platano ſimiliores ſunt.

Sedendi modus Indorum.

IN muris porticuum prædictarum, erant ſedilia demiſſ terræ vicina, necnon plicatiles ſellæ, cum ſuis fulcris, Iunco, pictis, & deuerſiculoribus: item alia ſedilia ligno, multiformi picturâ tam arborum, quàm voluc um, quæ loca nitore ſemper placidiſſima erant, ſeruieb enim præterea ſaltibus & choræis eorum.

Alius ſedendi modus in plublico apud Indos eſt, Hære inſidentes calcibus pedum, toto corpore demiſſo, & curu to, licet interdum ſcamnis & tripodibus, vt dictum eſt, tantur, quod potiſſimum eſt nobilium : Attamen in rebus agendis, omnes etiam nobiles, calcibus pedum inſident, præterquam cum à viris Religioſis iubentur accumbere.

Tripudia & choreæ Indorum.

Alacriter & decorè ſimul, deſeruiebant ſaltibus ſuis Indi. Nobiles induti amiculis gauſapinis,cum fimbrijs elaboratis, quibus ob verecundiam cingebantur,ijſq; ficiendis mulierculę toto conatu adlaborabant,attexen- ongas oras, ex eodem gauſapo,& pennis auium; adhibe- tur armillæ ex auro ex argento, gemmis, & vnionibus ciosis onuſtæ ſaltatoribus. At Vulgus figuris perſonatis batur. Ex pennis, aut papyro, & tergoribus pecorum, bus inuoluebantur. Tripudia verò ſtuporem mouent nti, nam in tanta populorum frequentia, omnes tamen sdem numeros,& pedem figunt & ora componunt, ſal- es & canentes, non obſtante ſoni variatione. Vnde ctiſſim⁹ Cæſar Carolus V. dum audiret illam ſaltantium itudinem, parilitatem vniſonantium vocum tenere, ci non potuit vt crederet, donec in Valleſoletana, ſpe- en eius rei ederetur, cuius ipſe cum optimatibus ſuis,to- meridiano tempore ſpectator fuit.

Indorum Ingenia mores & Humores.

i Mexicani, maximè qui ſtatus Equeſtris, & Nobilita. ſunt, vultu nitent modeſto, venuſto, gracilibus oculis, ibus corporeis exercitatiſſimi, vocem habẽtes ad can- um, & mollia brachia ad ſaltandum. Iuuentus omni te forenſi dotata & polita eſt: vt ferè nulla alia Euro- um Regia. Sed inter ineffabiles illas naturæ dotes, vno ant vitio, quod omnium rerum abundantiâ pleni, nec quærere, nec parta tueri ſciant, aut procurent, om- autem vim opulentiæ in corporis habitum, & res nau- uiq; perituras,ſine memoria,diſſipent ac peſſundent.

Compellatio mutua Indorum inter ſe.

i, authoribus fratribus noſtris, filios & fratres inter , ſe cognominant, à Concionatoribus enim & ſacer-

 dotibus

dotibus noſtris, his compellati nominib⁹, tàm pro Concione quàm in familiari colloquio, mirum in modum recreantu ac gaudent: ſalutatio certè, quæ Chriſtiano digna, & à pr mis Apoſtolis initium habet.

MODVS ET ACTIO.

Quibus Indi à Noſtratibus ad fidem inducti ſun

TRIBVS demonſtrationibus noſtri nitebantur ad co uertendas Indiæ gentes. Primò Deum vnũ eſſe debe oſtendendo. Secundò requiri vnam viam peruenien ad eundem Deum, quæ eſt fides per charitatem actiua Tertiò in vno cetu & congregatione Dei hæc omnia ſolun reperiri.

Quantum ad Demonſtrationem Vnius Dei, vtebant abſurditate & contradictione plurium Deorum, argume tis innumeris Scholaſticis, ad hoc deſumptis, maximè qu in pluralitate Deorum non duraſſet concordia voluntat nec vnum & idem pacificum Regimen erga ſubditos, & ſu ditorum affectio propendiſſet fortè in vnum magis quàr in alterum, iraſcentibus alijs non æque celebratis &c. D inde monſtrabant Deum tanquam omnium rerum optin quid, & primum & principium, ſine principio ſui, debui viuentem eſſe à quo omnia fierent viuentia. Indè ad Ho nem, conuerſo argumento, confundebant Indos, quod li no & lapidi vilioribus ſe, dixiſſent Pater meus es tu, De meus es tu, quibus tamen nec vita fuiſſet, nec ij vitam tuliſſent cuiquam, nec in Neceſſitate liberaſſent ſe ipſo multo minus ſui cultores. Et quod Dij tales, opera manuu hominum fuerint, cum recto ordine Homines ſint op manuum Dei. Rurſùm ſi quæ reſponſa profari viſi fueri totum hoc, illuſione Diaboli, & fraude ſacrificulorum bricatum eſſe, & Iuſto permittente Deo, in vindictam ſce rum Indorum eueniſſe.

Deſc

Deſcendebant noſtri deinceps ad horrendas iniurias
: deformitates, quas proprijs corporibus ſuis, ſuadente Dia-
olo intuliſſent; quemadmodum vel Innocentibus ipſis
lijs, & amicis ſuis, eâ de cauſâ, etiam pueris, ipſi deformati
:nes, ludibrio erant, quod iubente illuſore ſatana, tantam
;nominiam ſuis membris impreſſiſſent.

Secundùm Argumentum, pro conuincenda vna ad
Deum via, quæ eſt fides per ſpem & charitatem, iam facilius
rocedebat, illo priori euicto: Docebant enim quidquid
le vnus Deus verus, viuenſque, Ore aut Verbo ſtatuiſſet, pro
:ge tenendum eſſe, proinde eadem ratione ſtabiliebant
ıcram ſcripturam tanquam Verbum Dei tot mirabilib' fir-
ıatum, & tot annorum millibus ſeruatum, quod ex parte
ıberet omnes ſacro baptiſmatis fonte (in quo gratia ſpiritus
. cum donis fidei ſpei & charitatis habitualiter infunditur)
d ſalutem neceſſariò lauari oportere: vt viuamus hic, & in
erpetuum. Vnde exſibilabant inſaniam eorum, qui ad
ıortuornm ſuorum ſepulchra eſcam, & potum deferrent,
ım tamen (abſque fide) certum eſſet, eos incolas factos
ſſe gehennæ, vbi locus confuſionum non commeſſationum
oleretur. Ad Extremum, Tertio argumento progredie-
antur, ad vnum verum cetum & collectionem hominum
Dei, apud quos, miracula veri Dei per digitum illius ope-
antem tanquam proprio ſigillo, reperirentur, quam colle-
ctionem arguebant eſſe Catholicã Romanã Eccleſiam, cui'
iſibile caput, vt tolleretur Schiſmatum occaſio (ſicut in
mni regno neceſſum eſt) eſſet ſummus Pontifex, Vicarius
Chriſti; ibi deſcendebant ad particularia, de vſibus Sacra-
nentorum, poteſtate clauium, præeminentia ſedis Apoſto-
icæ, & ad id genus alia, ad catecheſim ſpectantia. Tan-
lem duos gladios Chriſti in Eccleſia exponendo, demon-
ſtabant, eàdem via neceſſitatem quoque politicæ ordina-
ionis & poteſtatis in Eccleſia, quo argumento, ad ſubie-
ctionem

ctionem ſub Iure legitimorum Regum, animos ſubdito
rum inflectebant.

Ad Chriſti verò amorem, illos, quod tanta beneficia i
immeritos, contuliſſet, ex paſſionis & vitæ illius decurſ
incenderunt, ac pietate patris cæleſtis imbuentes illas rud
nationes, flagrare deſiderio illius, & lachrimis vndare pa
ſim coegerunt.

AD OBIECTA
Friuolorum audaculorum.

Dicentium, Indos non aliter Chriſtianos eſſe quà Mauros, id eſt ſolo metu, & dominatorum violentia.

QVAMVIS hæc inſignis iniuria, redundet in piiſſimu
commiſeratorem Ieſum noſtrum, qui oculis miſe
cordiæ tandem aliquandò annuentibus (cum no
velit mortem peccatoris, & tot innocentium hominum i
ternecionem) reſpexerit populorum extremi temporis d
ſolationem; non potuerit quaſi verò ab illa miſera gente
quemadmodum à nobis & patribus noſtris, auferre cor l
pideum, iuxta ſuam repromiſſionem, & dare cor carneun
quod in mandatis eius non ſolum verſaretur, ſed delectar
tur, & felici conſummatione conſtantiſſimè ſaluaretu
Modicæ fidei! & nunquid hac temeritate conſcientiarun
iniqui rimatores eſtis? & conſtituitis vos Diuiſores & Iudic
ſupra legem, cum iniuria legiſlatoris? peccatum operant
in genus veſtrũ? & latiſſimam clementiam incomprehen
Dei maieſtatis? & nonnè rectè redarguti à lege, condemna
bimini tanquam transgreſſores? & quomodò implebunt
ſcripturæ, diuerſis locis, gentium conuerſionem præſig
nantes? *Viuo ego inquit Dominus, quoniam mihi curuabitur omne
genu.* Item *venient ab ortu & occidente, & recumbent cum Abr
bam*

bam in Regno Dei. Rurſùm ; *& adorabunt eum* (ideſt Chriſtum) *mnes gentes, omnes Reges ſeruient ipſi*; item *gens & Regnum quod nō ſeruierit tibi, peribit.* Et denuò *cum intrauerit plenitudo gentium, unc omnis Iſrael ſaluus fiet* (aſſerebat Doctor ille gentium Paulus) & amplius, *& erit vnum ouile, & vnus paſtor.* Aliaque ſimilia ſcripturæ loca, quæ Deum Maieſtatis extollendum non ab vna, ſed omnibus gentibus aſſerunt. Tametſi tardiùs venire videatur, non tardat Dominus tamen promiſſiones ſuas, ſed patienter exſpectat, quid*?* famelicos animorum ſtomachos, vſque ad veſperam, id eſt in finem ſeculi, vti ſcriptum eſt, *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes*: canes erant Indicæ gentes famem paſſæ, quia non erat qui panem frangeret eis, tandem *diſperſit dedit pauperibus Deus, memoriam faciens mirabilium ſuorum, eſcamque dedit timentibus ſe.*

Ad rem autem propinquius adeundo dicitur, longè aliter ndos Cbriſtianam Religionem amplexos eſſe, quàm Mauros. Primùm quidem gens Indica facilior erat, & tractabior, & moderatior, vt ſubiret inſtructionem fideliū, quipe, quæ non audiſſet fraudes obgannientium aliorum contra fidem : Contra verò Mauri ſuperabundabant falſiloquoum copia & Numeris. Secundò Gens Indica confuſa eſt, inuendo præuaricationem ſuam, etiam ſupra Naturæ leges; ndè in ſe reuerſa facile dedit manus annunciato Saluatori. Et manu ducta in legem ſuauem gratiæ properauit, ſeruitue priori fœdiſſima reprobatâ. Mauri verò (vt ferunt vulgò) iſi minis & verberibus ſtimulentur, ad bonum nulla proenſione feruntur, quod, ætatum experientias monſtraſſe licitur, & ſentitur. Tertiò Gens Indica multò accuratius nſtituta eſt, & à pluribus Chriſti præconibus, propria Nationis lingua eam docentibus, cum maiori pace & quietudine. Quod inter Mauros locum habere non poteſt, Teſtes fuêre rimi noſtri martyres ibidem, qui vixdum profari Chriſtum dmiſſi ſunt, quin ſtatim necarentur. Quartò Gens Indica

virgo quaſi & adhuc primæua, ad concipiendam gratiam Chriſti, honorabilior fuit & facilior in ſponſo admittendo quàm Mauri, qui præuaricati à primis parentibus priman fidē Chriſti irritam fecerunt, non enim Machomet falſus ill vate', apud omnes Mauros prior, ſed prior Chriſt' erat, vnd ſuoptè demerito, & Iuſto Dei Iudicio, indignos ſe reddiderū gratia ſecundâ, & redeunte, ob nequiſſimam defectionem & obſtinatam Veritatis impugnationem. Quam faciles au tem & flexiles Indi noſtri quotidie cernantur in bono: Pauc exemplis colorabimus.

Zelus Indorum conuerſorum, ad Sacra & Sacramentalia.

VIDEAS inter eos, ferè omnes, etiamſi inclementiſſim cœlo furant imbres, crepitent halones, tempeſtates to nitruent, niues & gelu rigeſcant, venire duo vel tria quinimò decem & quindecim milliaria, onuſtos ſuis prol bus in tergo, & edulijs alijſque commeatibus, ad vnam Co cionem aut miſſæ ſacrificium audiendum, quibus finitis, a huc Ieiunos, repetere eâdē via domos ſuas, benè famelico ſed lætantes amore Dei ſui; Neque ad eam pietatem vlla maiori compelluntur, ſed ſponte volant; Maximè verò di bus ferialibus, non eſſet triuialis homo, qui non, ſociatus ſ coniuge & prole, Sacrificium tremendum priuſquam op ris quidquam aggrederetur, perciperet.

Indorum ad Confeßionem propenſio.

NVLLÆ Chriſtianarum Nationum vnquàm ad pœn tentiam, eiuſmodi feruerem exhibuerunt, qualem Indi: Accurrunt enim ad Patres Spirituales, per du tria, dena, quin lena milliaria, reſtantque operientes, acce

ſum a

ſum ad confeſſarium, vno integro biduo, & triduo, ſub dio; non obſtante aëris vllius intemperie, nec tamen auditur querela, vel indignatio, ſed ſancta quadam importunitate ingerunt ſe, & purgari ex animo turmatim cōtendunt: quãuis & ſubindè, modeſtè increpētur à Religioſis, ipſi aduoluti genibus increpantium, rogant vt ſuæ oportunitati conſulant pro libitu, ſibi moram & dilationem omnem facilem & acceptam eſſe, tantum vt ipſi Patres, ſibimet vel à calore, vel à Tempeſtate, iniuriam non accipiant. Qui ægri ſunt, per baiulos, quos (Hamacos) vocant, ad Sacerdotem deferri ſe curant.

Contritio Indorum. & Reconciliatio Inimicitiæ.

TANTA eſt lachrimarum profuſio, ante & poſt pœnitentiæ Sacramentum, apud Indos, vt linguis effari non liceat, dicerent eſſe balnea, non confeſſiones, qui viderent lamenta eorum, & eò procedit hæc contritio, vt ſi vel leuiorem controuerſiam inter ſe commiſerint, apertè proteſtentur verbis diſertis, coram Sacerdote, *Se nolle virtutem participare Sacramenti, donec pars offenſa in præſentia ſatisfactionem acceperit.* Heu infortunium maleſanæ Chriſtianitatis noſtræ! vbi ſumus? cum inimico rancore? vbi conuenîmus in mutuam conciliationem? Et in Sacerdotis præſentia? puderet: imò potiùs centeſimus quiſque non pœniteret. idcircò Iudices iſti noſtri erunt, qui ſecundum ordinem rectum, à nobis exempla fuiſſent petituri.

Teſtamenta Indorum.

SOLEBAT frequentiſſima Indorum Portio, tantoperè affi- ci ad pias cauſas, vt legata, & hæreditates cum vniuer- ſa ſubſtantia, in orationes, & ſuffragia, ac ſacrificia profunderent, tametſi vel ipſi ſe vel hæredes pauperiores Codro ad communem ſtipem, & mendicitatem cogen- dos præſumerent. Erant verò tàm exacti in teſtamentorum exſecutione, vt etiam ipſi futuri hæredes parentum (qui ex- hæredari non debent propter Eccleſiam, vt habetur Iure Can: Cauſ: 17. q. vltima. c. quicunque) tamen ipſi nullam partem etiam oblatam ipſis, ſi teſtamento fuiſſet dicata Deo recipere vellent; malentes carere, quàm aufferre DEO vt ſpirituales viri maxima dexteritate debitas Iure legiti- mas eis propemodùm iniungere coacti ſint. Quantum verò ad rei alienæ reſtitutionem, ſiue pœnitentiâ iniunctam, ſi- ue monitam, hunc rigorem tenent, vt morientibus ſibi nec ſacra deferri permitterent, niſi ſatisfactione præ- miſſa.

Feſtiuitates Indorum.

VESPERARVM Solennium tempore, totas ædes ſacras alioquin magnas, non implent modò, ſed quaſi ſti- pati refarciunt, ibi tamen ſiſtunt genibus flexi, & cor- pore in terram prono, vultu ſpirante diuinum & cæleſte deſiderium. Ad feſtos dies Domini & Sacroſanctæ Deipa- ræ noſtræ, confluendo irruunt in ædem, manibus ſinguli portantes vnum cereum, qui conſtat fermè dalero Regio, durantque per tractum veſperarum in- tegrum, ipſi indefeſſi humique geniculati.

Iubila

Jubilæum Indorum.

ADJndulgentias Iubilæorum obtinendas ea eſt frequen-
tia, & populorum inundatio, vt licet ſæpe tentatum
ſit, ordines diſtinguere confitentium, tamen ob no-
iam confeſtim multitudinem aduolantem, nec modus
iec ratio humana comperiri poſſit, niſi in ſola Dei prouiden-
ia, qua ſingulis & omnibus ſine querela ſatagitur.

Jndorum Communio.

ALIVS ſanè apud eos ad ſinaxim procedendi modus eſt,
quàm apud noſtrates Europæos, non enim prementes
ſe ingeruntur ad diuina ſine decôre & modeſtia, ſed
oulchro ordine compoſiti, abſque vllo ſtrepitu cum reuer-
ntia magna & deuotione ad altare propinquant. Ad cuius
ітrumque cornu, puelli plandiſſima Angelorum forma con-
tituuntur exornati, & luminibus micantes, qui cæleſte
quoddam cænaculum cum almo DEO referre videntur.
Receſſus ab altari pari modo modeſtiſſimus eſt, oculis in
erram religioſè commiſſis, per vnam integram horam, non
eſt qui ſpuat, ob reuerentiam Sacramenti, ſed quilibet ita
collectus ſibi in oratione perſeuerat, etiam ſuper horam,
anta deuotione, vt ſpectantes moueantur ad comploran-
dum.

Celebritas Miſſarum apud Indos.

SACRIFICIVM Redemptionis noſtræ ſupra modum, au-
læis, & floribus, arboribus, & ornamentis venuſtatur:
Et quoniam noſtris Authoribus Muſicorum frequentia
inducta eſt, celebratur interdum Miſſa, tanto Melodiæ &
Euphoniæ concentu, quanto, nec in Regijs noſtrorum, aut
Prælatorum pontificalibus audita vſpiam fuerit. Hæc res,
teneros reddit animos, & ad Religionem medullitus affe-
ctuoſos.

Indorum in Chriſtum, & Magiſtratum Reuerentia.

DOCENT parentes Indi, ſuos infantulos, in cuiuſqua[m] acceſſu aut receſſu, ſalutationem materna lingua ba[l]butire & dicere, *Benedictus ſit Dominus noſter Ieſus Chriſtu[s]*. Cum aliqua mentio aut memoria fit Eccleſiæ ſanctæ au[t] Pontificis, aut Regis, proni omnes in terram ſe demittunt, vt nec mutire quiſquam audiatur.

De Fructibus Indorum & Auro.

TERRAM diuinæ promiſſionis, eſſe Indias, non imm[e]ritò diceretur. Nam cum quotidie Nouæ recenteſq[ue] aperiantur Prouinciæ, à Sanctis noſtris Explorator[i]bus; tamen in fertilitate & clementia cæli, ferè omnes mu[]tuò decertant. Apud Sathachetas, gentem crudiſſimam alioquin, & vltimam quaſi finium terræ, Hiſpani tam egre[]giè conſitos hortos habent, vbi nihil humano cõſpectui gra[]tum deſiderari poſſit. In Ciuitate Nominis Dei, in valle Guadiana, tantæ magnitudinis Cydonia, & granata, per[]ſica, & cotonea, (vt ex oculari teſtimonio multorum rela[]tum eſt) inueniuntur, quæ capita puerorum quantitate ada[e]quent, maximè cydonia. Perſica magnis aurantijs paria ſunt; Cæpæ magnitudine patellarum turgeſcunt. Sed & co[l]liculi argento præcipue fæcundiſſimi deprehenduntur. Nam toti ferè prouentus Regij, quos ex argento conglome[]rant, à Nationibus iſtis Chichimecis excipiuntur: maior[e] copia ad Regem veheretur, Niſi tanto cum diſcrimine no[]ſtrates inter illam immanem barbariem, conſiſterent: Ve[]rùm conſilia ſatis ampla in occulto ſuggeſta ſunt, iſtis mal[is] occurrendi, quæ tamen (diuino iudicio) non auſcultan[]tur. Interim, ſi meliora tentarentur, non attentis pericul[is] quæ ſuperari poſſunt, audentes fortuna iuuaret Chriſtiana[]

id e[]

d eſt Religio & fidei Iuſtitia. Quemadmodum poſt Ferdinandum Corteſium, egregiè proſperatū nouimus Marchionem de valle, qui interritus, & ſurdus ad pericula, ſed tamen cautus, in aditu Nouæ Hiſpaniæ victor ipſe tam immenſos eruit Theſauros, quibus modò Catholica Regum poſteritas fæliciſſimè lætatur.

Laus Ferdinandi Corteſii Indorum Domitoris.

QVAMVIS Romanorum Reſpublica, ſcriptura teſte, patientia & conſilio, gentes plurimas obtinuerit, ſicut & arte, & marte: tamen facta collatione eorum quæ Romani ſubdiderunt imperio ſuo; eorumque quæ Ferdinandus Corteſius adiecit ouili Chriſti, & Chriſtiano Imperio (mediantibus vnà, Seraphicæ Religionis patribus) infinitis partibus Corteſius Romanos exſuperat, Imò iſtorum victoria Prouincias numerauit. Illi⁹ autē Triumphus Nouos & incognitos Orbes. Adde ſingularem differentiam inter vtroſque. Nam Romani Legionibus exquiſitiſſimis Hoſtem ſæpè æqualem ſtrauêre. At Corteſius Pauciſſimo milite eoque laboribus, ærumnis, fame, ſiti, nuditate confecto, cum trecentis millibus valentium, ac recentium, armatorumq; barbarorum (quos dæmon ipſe preſcius interitus ſui ad confinia prolexerat) manus conſeruit, vicit, triumphauit.

Laus Noſtratū Recollectorum Diſcalceatorum, ad prædictas expeditiones, operam ſuam nauantium.

EXPVLSIS Idolorum Sacerdotibus, & delubris ſolo æquatis. Stetit Gens Indica quaſi fulminis ictu percita, ſtupens, & hærens animo, cum intuita pauperes illos nudipedes noſtros, lacernis tritis, potiùs quàm veſtibus indutos, notaret eos, nullius penſi habere quidquid eſſet ſub ſole aut charum mortalibus, aut deſideratum; & quod maximum

ximum eſt,ſeminudos illos, ebrios amore fidei ſuæ promul gandæ; patriam, parentes, amicos, cognatos, & fratres cun omni deſiderabili deſeruiſſe, iamque crucem ſuam feren tes, & Ieſu Chriſti Dei benedicti quoq; patentem, per mare per terras, ſummo periculo rerum, in illas non viſas barba ries inferre auſos fuiſſe; lucebat enim ſanctimonia in omn actione eorum, contemptus omnis auri & vnionum public cernebatur, humillima item modeſtia conueniebant eos quorum ſalutis æſtu è patrio ſolo prodierant. Vidente ergò Indi admirati ſunt, commoti ſunt, attracti ſunt, & potiſſimè, cum cernerent viliſſimos viſu homunciones filijs ſolis(ſic vocant Hiſpanos)tanta reputatione & reueren tiâ coli: offerebant ergò miſellulis (commiſeratione eorum ducti) ingentem auri vim, & gemmas, & ſericos ornatus, nempe vt pauperiem ſuam ſolarentur, illi ver gratioſo cum deſpectu, regerebant; ſe Theſaurum habere abſconditum in vaſis corporum eorum fictilibus inquien tes, nempè animas Chriſti ſanguine comparatas, quas mi ſerè diabolo ſubdidiſſent illi, illas ſe quærere, hoc lucrun deberi Chriſto Seruatori. His & ſimilibus mendicorum no ſtrorum geſtis, Rex gloriæ Chriſtus, ſicut pauperrimè na tus, ſic in partes illas, pauperum vlnis inductus, & glori ficatus eſt. Quod opus penitiùs inſpectum, neceſſariò Deo profectum eſſe cenſendum eſt. Enimuerò nec viſum nec auditum nec vllis Hiſtorijs lectum eſt vnquàm, à tan paucis, tantam multitudinem, mirâ conſtantiâ & vnitate ad fidem Chriſtianam pellectam fuiſſe, vtì clementiâ DEI per noſtros inter Indos, factum eſſe iam toti mundo innotuit.

Quan

Quare in noua Indorum conuerſione, non tanta ediderit miracula Deus? quanta operabatur in ſolidatione primitiuæ Eccleſiæ?

RATIONES prægnantiores videri poſſunt illæ, 1. Quia natio Indorum, vt ſupra notauimus, credendo facilior erat (Deo ſic diſponente) miracula verò & ſigna, non redentibus, potiùs, quàm credentibus data ſunt, obſtinais, non autem facilioribꝰ ad credendum auditui Verbi Dei. Adhæc humilitas immenſa fratrum Minorum, qui omnes ationes, & penſum dierum, cum tota Caterua mirabilium in vnum Deum referebant, non patiebatur ad notam publiici calculi venire, quæ per manus eorum fiebant ſigna, & prodigia. Tum etiam illis, præ negotiorum pondere, non ſuppetebat otium, ſtupenda illa opera, conſcribendi. Quanquam aliqui ex ijs, ſuffurantes ex puſillâ quiete (quæ vix media nocte concedebatur) decimam fortè portiunculam temporis, animi cauſâ, quædam chartis concredidêre; quæ tamen non extant ſingula, & hactenus (communi fortè concurrente deſidiâ, aliorumuè inuidiâ) aut non indagata, aut ſuppreſſa, aut non computata omnia fuêre: Quod ſi præter viros cordatos Ordinũ, vel ipſi quoque qui dominantur in Clero in ſericis, & delicijs (aliqui ſaltèm) aptarent ſe, atque ſuccingerent Indorum vineæ frequentandæ: maiora fierent & vulgarentur propediem miracula, Nunc autem, Deo conſcio, & condolentibus Angelis, totum pondus diei & æſtus religioſi ferunt, & præ cæteris nostri, quemadmodum (ſine præiudicio) plura ſequentibus libris audituri ſumus.

EPILOGATIO AD LIBRVM TERTIVM.

De meritis, Recollectorum Patrum ex obſeruantiâ, quæ ipſis in vineâ Indorum, à Cælo, & terrâ debentur.

IAM adeat quilibet, Secretum animæ ſuæ iudicium oculis rationis non præoccupatis, aut liuore propri reſpectus imbutis, videat ac decernat ſyncero dictamine: Quanta promeruerint, Anteſignati illi noſtri, ab omni penè creaturâ. Cælum profectò cum Iuſtiſſimo Deo nor priuabit eos laureâ & aureolâ, quoniam & Martyres, & gentium Doctores ſunt. Nec paterfamilias Chriſtus denarium negabit diurnum, quoniam in vinea (reſpectiuè) tam primi fuerunt, quàm nouiſſimi; ſudant enim adhuc, portantes pondus diei & æſtus. Terra quæ preſſa eorũ veſtigia ſuſcepit, tanquam Euangelizantium pacem, imò quæ ſanguinem multorum ex ijs cum oſſibus tenet, germinabit illis ſicut lilium, florem gloriæ non deciduæ, ſed durantis ad extremas generationes. Animæ verò Conuerſorũ (non dubiũ dulci quotidiè memoriâ piorum Patrum, qui eos in Chriſto genuerant, largiſſimo lachrymarũ imbre colliqueſcent, & fidelium obſequiorum teſtimonia ſuſpirijs gratioſis, gratiſque in ſinum Cæleſtem refundent. Parietes, templa, altaria, libri vulgati, ſermones, clauſtra, loca domorum, tritæ eorum lacernæ reſiduæ, nunquid iſtorũ Heroum Chriſti pietatem & amabilem conuerſationem, etiam in Gentem alteram, & Natos Natorum proloquentur? Et ipſe tenellu flos Indiæ, Seminarium nouæ familiæ Chriſti, Iuuenilis in quam, ſchola, & turba Impuberum complurima, nonnè ve ipſa iam narrando recordabitur, & effabitur, duodecim Magiſtrorum Seraphicæ gentis Encomia? eorumque fru

ctuum

ſtuum cumulatiorem ſegetem, quàm ſi alia decem millia
pædagogorum habuiſſent in Chriſto? Nonnè tripudiabunt
nemores piæ ferulæ patrum, quæ in illis euacuabat, ea
quæ ſunt pueri, vt occurrerent omnes in virum perfectum,
ſecundum naturam præceptorum, Chriſti? Quantum verò
gratiarum pondus debebit ijs, Natio Chichimeca? Et Sata-
theca? quæ fuerat (quaſi terra Pentapolis) in vitijs ſuis: &
tamen benedicente Deo, irriguum habebat ſuperius & infe-
rius, ſicut apparet paradiſus Dei venientibus à Segor.
Quantum inquam, debebit Minoriticæ Legationi & Apo-
ſtolatui, gens illa cruda? quæ ſine lege, ſine Rege, incertis
ſedibus vagabatur? in antris & ſpecubus, pecorum inſtar
concubando per diem? per noctem prædam ca-
piendo & ſpolia diuidendo? Cuius Incolæ velut maledicti
Cain, ſignati filij, per nemora & ſaltus exulabant, ſineque
iudicio & ratione, ſine communitate, tecto, domouè, in
mutuas cædes debachabantur, nunc verò moribus Minorũ
Reformatorum, eorumque pia conſuetudine cicurati, effe-
ratos animos in manſuetudinem conuertêre, indomitaſque
ceruices ſuauiſſimo Chriſti iugo ſubdidêre: in communem
vrbium & vicorum vſum ac Rerumpublicarum commer-
cia conuenère; ſpecus & antra deſerentes, in lucem, filij fa-
cti lucis, prodiêre. Res, quæ adeò ſuperat captum huma-
num, vt ſi loquamur humanitùs, nec Annibales, aliquot
montes aceto demoliendo, aut Scipionum, aliorumuè Chri-
ſtianorum arma, eò penetratura, multoque minus diffuſam
illam Barbariem in ordinem redactura fuerint aut colle-
ctura. Quantum proinde iſti Recollectorum cætui, debeat
Sancta Mater Eccleſia? quæ iam exinde à conuerſione Indo-
rum, noua quotidiè prole fæcunda S. Franciſci meritis dila-
tatur? Quid verò quantumq; patres iſti non promeruerunt à
Romana Sede Apoſtolica? cuius quidem auctoritate profe-
cti, prædicarunt vbique domino cooperante, & mandatum

Sanctæ Sedis approbante, ſequentibus ſignis, ſed nihilo minus, talenta cum fœnore multiplicantes, præter opinionem, ſpem & exſpectationem, cornucopiæ terrenum ac Cæleſte reportarunt? Quantum debeat illis Reſpublica Chriſtiana, Reges Catholici & Proceres Regum qui mediantibus iſtis ampliarunt potentiam, vnà cum ſacri prophaniq́ue Nominis auctoritate? Quantum rurſum debeant illis Nudipedibus cæteræ Religiones? qua quaſi Indice commonſtrante viam ad merendum, in vinea Domini DEI Sabaoth, iam patulam habent, eorumq́ue beneficio perbellè planatam? Quantùm porrò emeruerint nudi iſti, iurati contra furias Athletæ Domini, apud Beatiſſimum Patrem Franciſcum? totiuſq́ue Seraphici Ordinis Generales ac Prælatos? cum iſtorum ſudore & cruore vexillifer IESV CHRISTI, prædictus Patriarcha noſter, omni Iure ac meritò, primam ſtationem occupârit, in loco certaminis, contra Zabulum & delubra noui orbis? & tantò maiorem obtinuerit modò gloriam in domo DEI viuentis, quantò vaſtior eſt conuerſa Indiarum machina, vniuerſa portione frigeſcentis Europæ? Iſti ſunt patres tui, ſi ſapis, Eccleſia Minorum, qui vt exemplum tibi regularis puritatis, & paupertatis ſtatuerent, foris maluerunt Sanguinem fundere, quàm domi præter regulam, non ſancto otio, blandauè commoditate gaudere.

Quantùm debeat deniq́ue confundi antiqui ſerpentis conſilium, verſutia, inquam, Diaboli? qui vt æmularetur altiſſimi Dei noſtri gloriam in terris, Simiæ more, ritus veteris inſtrumenti ac noui, id eſt, Eccleſiæ ſanctæ, vſus apud Indos inducendo, iugulum ſibi proprium petijt? Nam cum mitras Epiſcopales ad Idolomaniam ſuam tuendam, & thura, & libamina, & cruentas hoſtias humani generis exigeret (quaſi verò ſinè ſáguinis effuſione nõ fieret anima-

rum

rum peremptio; ſicut ſine ſanguinis Chriſti effuſione non
ſit redemptio) Saluator infinitæ Sapientiæ, comprehen-
ſum miſellum in conſilijs quibus cogitabat, eluſit, imò de
medio tulit. Etenim vbi gens Indiarum fide per auditum
admiſſa, & auditu colluſtrato per verbum Chriſti, depre-
henderat Sannas & Simias infernalis illuſoris, quodque
tantis luſtrorum decadibus infatuata, ſuimet diſpendio
ſanguinis, iniquiſſimas pœnas luiſſet; quodque è conuerſo
iiſdem morticiniorum ſuorum inſtrumentis, commutatis,
vitam ſuam ſoſpitare valerent, præſentem & futuram, cum
immenſa vnius DEI viuentis gloriâ, & propria ſua benedi-
ctione, ac ſalute; commutarunt nefandos vſus mitrarum,
& Thuris & Iconum Diabolo poſitarum, in eum (qui eſt ſe-
cundùm CHRISTVM IESVM) ritum ac cultum DEI viuentis.
Quo in negotio, tantò paratiores erant, quantò viderent
apertiùs abuſum illum imitatoris diaboli, ad inuidiam
Dei creatoris ſui ſubornatum fuiſſe; ideoque & faciliùs
propendebant in Deum verum, quo propenſiores fuerant
in deceptionem per arma nequitiæ Satanæ; commutando
cauſam, inſtrumentorum eorum, priùs idololatricam, in
cauſam Latriæ Magni Dei noſtri: Ecce quomodò compre-
hendat Deus Sapientes in aſtutia eorum; nec enim potuit
imitabundus illuſor, prudentiùs illudi, quàm in eo, in quo
peccauerat, & impoſuerat fraudem genti ignoran-
ti: Pudeat ergò Neotericos Sectarum homunciones, qui in
mitras, & thura, & Ceremonias Eccleſiæ Orthodoxæ blaſ-
phemantes, non tantùm cerebri habeant, vel non guſtarint
tantillum naſturtij, vt ſaperent & intelligerent antiquos il-
los veri Dei cultus, literis ſacris approbari in veteri lege,
i. & à naturæ lumine, per ipſas gentes noui orbis accepta-
ri. Sanè Magiſter Hæreſeon Sathan, ſagaciùs in ludi-
brio veritatis incedens, non vilipendit, ſed affectauit id,
quòd optimum erat Deo, in terris, (prout optimam ſe-
 dendi

dendi portionem æmulatus erat in parte Aquilonis, & regno Cœlorum) & quæ eſt honoratior portiuncula Dei in terris, quàm cultus honorum? iactus thuris? & præeminentia Sacerdotum? ac reliquarum in Eccleſia ceremoniarum? has Sathan concupiuit: Et profectò Loderus fideliùs inſequebatur doctrinam cacodæmonis, quàm degeneres illæ feces & filij ſui, qui fruſtulatos ſuos dæmonas, in magiſterio, & non totos (vt Loderus candidè tantos quantos admiſerat) admittere conſueuêre. Sed riſum teneatis amici, iam enim ſup. lib. 1. Loder triumphalia ſua pompoſè decurrit.

Ex prædictorum longiori tractu per mare, per continẽtem quoque Indorum vagati, colligimus vela tandem concludendo, non potuiſſe quidem ſub vniuerſa Machina gratius obſequium offerri Deo viuenti, quàm quod de eiuſdem Dei fauore & gratia intulit Zelantiſſima domus Franciſcana. Nam quis non aduertat mitiſſimam illam diuinæ longanimitatis clementiam, qua per tot annorum millia, quibus gẽtes ceperunt in Indis, petulantiam Dæmonum cum tot miriadum animarum ſtrage, tolerarit? Quis è narratis illis non peruideat inuidiam ſerpentis: qui in ludibrium & vilipendium magni Dei, omnes ferè antiqui Teſtamenti, ritus, & mitras, & infulas, & thuris iactus, & ſanguinum effuſione (hominum tamen, non pecorum) imitatus arrogauerit ſibi & noui Inſtrumenti turpiſſimus illuſor, Chriſtianos ferè mores omnes, in odium Chriſti, ſed in obſequium condemnatæ ſemel veſaniæ ſuæ & iniquitatis aſſumpſerit? Iſtis maledictorum Infernalium complicum furijs, caput cruentandum oppoſuit in filijs ſuis Franciſcus Rediuiuus, qui reuiuiſcens feruore & Zelo ſuorum, inter diriſſimos illos inueteratæ Nationis anfractus, Satanæ duellum indixit; & congreſſus ſigno Crucis, vicit diuino marte Draconem; caput ſerpentis attriuit, animas luctuoſa nece redemit, tituloque vexille

ger

gero Chriſti,cum cæleſtium ſpirituum gaudio triumphauit. Et tametſi alio monimento diſtricti Iudicij diuini terror & omminatio, Europæis ſaltibus, & choræis,& id genus luxu-iarum illecebris, non patefieret : vel ſaltem ex Indiarum liabolicis dementationibꝰ inculcari deberet, cum Dei iura-us hoſtis ille, vix rarò ſacrificium & oblationem admiſerit, iiſi præuio ſaltu & choræa: Quare Dæmoniorum cultui illa licanda ſunt, apud Chriſticolas verò nec nominanda: & ta-nen, heu Chriſmatis & Chriſti vilipendiũ! Inter Chriſtianos tiam aliqua Sacramenta, ſaltibus præmiſſis & ſequentibus requentantur, quod eſt, ſtigmatibus Satanæ deludere Chri-tum, & nomine Chriſtiano venerari Diabolum, longè peius arbaris gentibus, quibus nec ignorantia olim patrocinabi-ur: Nobis autem quinã prodeſſe debeat inſana petulantia?

Maneant iſta, Vna, Sola, merita Franciſci Rediuiui & filiorum eius; & ſatis vtique Seraphicam domum omnibus bonis commendauerimus.

LIBER QVARTVS,

VITAM

PRÆCIPVORVM PATRVM IN STRICTIORI OBSERVANTIA REFORMATORVM. ET PRIMVM ADMIRABILIS BEATI P. PETRI DE ALCANTARA. FVNDATORIS PROVINCIÆ Sancti Ioſephi, &c.

TVM ACTA

MARTYRVM IAPONIÆ, B. *Petri Commiſſarij cum collegis.*

ITEM

MARTYRIA IAPONENSIVM ALIA (noſtratium denuò). Ac cruentam cædem noſtrorum in Affricâ,

ET

Conuerſionem Regni Voxu, Iaponum maximi, ET GESTA NOSTRORVM IN CHINIS.

TANDEM

PRAGENSEM STRAGEM, SANGVINE FF. STRICTIORIS OBSERVANTIÆ CRVENTAM, CONTINENS.

Vita B. Petri de Alcantara, Fundatoris Prouin-ciæ S. Ioſephi, Reformatorum Diſcalcea-torum in Caſtella nona.

CAPVT. PRIMVM.

Procemium: quod potiſſimum è verbis B. There ſiæ à Ieſu deſumptum eſt.

IN Feſto S. Petri Principis Apoſtolorum, aſſiduè oranti S. Ther
ſiæ, benigniſſimus Deus grandem viſionem, & gratiam com
municauit, quam refert eadem B. in libro ſuo c. 27. loquens d
modo, quo Deus animam doceat, & ſine Sermone ſuam voluntatem a
mirabili quadam ratione illi demonſtret (Verba Thereſiæ) Compar
tiones & ſimilitudines tantum, inquit, mihi Altiſſimus proponebat,
intelligerem. Et ſanè hoc viſionis genere, cum ex ſublimioribus ſit, nu
lum aliud meo quidem iudicio reperitur, quod perfectius ſatis facia
ſecundum quod ſanctus, & magni ſpiritus vir, (de quo infra copioſiu
mihi affirmauit. Quam pauci hodie inueniuntur, qui pro Jeſu Chri
confuſionem, & infamiæ dedecus ſufferre velint? quare tot tantaque
bona, & delectamenta, ac tanta, ſine fine gloria nobis, & totum ex
penſis Domini Jeſu à nobis expetenda ſunt? Nunquid non ſaltem plor
bimus cum filiabus Hieruſalem? ſiquidem cum Cirenæo ad portanda
Crucem ei non præſto ſumus? Ergòne voluptatibus & recreationibus,
quod ipſe tanti ſanguinis pretio nobis comparauit, fruendum nobis v
niet? Jmpoſſibile eſt vel ipſo cognitu, vanis honoribus nos aſſequi poſſe
huiuſmodi contemptum, qualē ipſe vt nos ſemper regnaremus ſuſtinui
Hæc non eſt via; à ſemita recta aberrauimus, nunquam illuc perueni
mus. Silere volo, quoniam de hoc loquendo maximè confundor: dica
ſolum me interdum conſiderare quæ accidentalis gloria, & quæ beator
conſolatio erit, quando videbunt, ſe nihil eorum quæ ſibi pro viribus, &

ſtat

ſtatu ſuo poſſibilia fuêre, propter Deum quamuis tardè præſtitiſſe. Quam meſſem collectam ille inueniet? qui omnes diuitias deſeruit propter Chriſtum? Quantum ille honorificatus erit, qui propter ipſum noluit honorem? ſed voluptatem capiebat, cum ſe contemptum videret? Quam ſapiens ille, qui gauiſus eſt, cum ſe cerneret ſtultum haberi? eo quod ipſamet ſapientia ſtulta habita ſit? Quam pauci tales, nunc propter peccata noſtra reperiuntur? Iamiam eos defeciſſe videmus: qui ab hominibus ſtulti, quia opera verorum Chriſti amantium faciebant, habebantur. O mundum, mundum, quomodo honorem continuè conſequêris? Ex eo quod pauci ſunt qui te agnoſcant? Hinc fit vt nos arbitremur, iam Deo magis placere, vt ſapientes & diſcreti ſecundum eam, quam conſueuit mundus ſic appellare diſcretionem, reputemur: ſtatimque modicæ ædificationis nobis eſſe, non incedere ea compoſitione, & authoritate, quæ vnum quemque decet, ipſimet monacho, ſacerdoti, aut moniali, veſtibus obſoletis ac conſutis indui, manere quoque ſolitarium, & in oratione occupatum videbitur nouum ſcandalum puſillorum, in eum ſtatum coniectum, tale nunc eſt ſæculum, adeoque traditi ſunt obliuioni quicumque perfectionis actus vehementes, & impetus, quibus agebantur ſancti. Quod quidem inter omnes huius tempeſtatis calamitates afferre maius damnum exiſtimo, quam ſcandalum quod præberetur, ſi religioſi id quod verbis dicunt, operibus demonſtrarent, circa minimam æſtimationem, quam de mundo habere debent. Nam ex hoc eorummet ſcandalo, Dominus maximum elicit profectum; ſi enim aliqui ſcandalizantur: alij compunguntur, dum exemplum eius quod à Chriſto Apoſtolis traditum eſt, vident modo; cum eo, maxime opus ſit. Equidem ſingularis exempli viro, his diebus, nos omnipotens Deus ſpoliauit, quando P. F. Petrum Alcantarenſem magnæ perfectionis hominem, ex hac vita ſuſtulit. Mundus videtur tantam perfectionem diutius ſuſtinere non potuiſſe. Aiunt quidam, vires corporum humanorũ hoc tempore imbecilliores, & infirmiores eſſe, nec tantam modò in hominibus fortitudinem, & ſanctimoniam reperiri, quantam olim: ſed huius viri exemplum illos conuincit qui temporibus hiſce, non minori ſanctitate ac gratia floruit, & abundauit, nec minori mundi contemptu

præditus fuit, quam ſancti ſuperiorum temporum: Quem & nos (eti-amſi non vt ille nudis pedibus ambulemus, nec tam auſteram, quam ille pœnitentiam agamus) in mundi contemptu ſequi poſſumus, præſer-tim cum ad mundũ pedibus ſubijciendum, complura media ſuppetant quæ Deus illis, qui magno animo præditi ſunt, libenter manifeſtat. Quem etiam animum ſancto huic viro, de quo loquor, contulit, vt quadragin-ta ſeptem annis aſperrimam, vti omnes norunt vitam ageret: de qua pauca, quæ veriſſima eſſe certum habeo, ſcribam (& poſt illa pauca ſub-ijcit) plura de laudibus eius referrem, niſi timerem, quod mihi obijce-retis, quem in finẽ hæc ſcribam: & hæc quæ ſcripſi non ſine metu ſcrip

Hæc Beata Thereſia. Quæ ſanè albo carbone digna ſunt & in maxima æſtimatione habenda, cum per ſanctos effa[…] ſoleat propoſitum ſuum altiſſimus, quippe quos copioſio[…] dilectionis, illuminationis, & gratiæ prærogatiuâ dignari vt ſint viua inſtrumenta diuinæ Maieſtatis, aſueuerit; adeóque illius diuæ virginis eloquia, caſta, & examinata, quam-uis tanto patre non ſuperiora magni pendenda ſunt: ipſa cum illo ſiquidem familiariter olim extra, intraq; pæniten-tiam agens, cor eius, & opera penitius agnouerat, vt dign[…] fide proferens, maxima attentione ea conſideranda rel[…] querit, & ab omni falſitatis ſuſpicione remota. Quemad-modum & filij B. Patris, in eadem commendationis nota multa de eodem tradidêre, ex quibus tanti viri vita exemp-laris à nobis concinnabitur, aut potius concinnari attenta-bitur, cum redundet miris actionibus, diuinis virtutibus miraculis inſolitis, illuſtrioribus exemplis ſuperiorum æuorum æmulis, & terrarum, ſæculorumq́ue ſpeculis em-cantibus; quamuis præcedentes religioſi noſtri non tantiſ-per in ſingula eius miracula inueſtiganda inſtiterint, cum ſo-la nominis illius fama, quod vulgò paſſim ſanctus nuncupa-retur, gaudenter aquieuerint. Nos tamen intimius penetrando, ſtilum in honorem eius ali-quatenus acuemus.

De

De ortu, educatione, & ingreſſu in religionem, ac de puritate, & obedientia Beati Petri.

CAPVT II.

PETRVS de Alcantara Alexandro ſexto, & Catholico Hi-
ſpaniæ Rege Ferdinando Anno 1499. Norbæ Cæſareæ,
vulgò Alcantara, Extremaduræ oppidi, populoſi no-
ilis, eiuſque militiæ Alcantarenſis præcipui ex Baciliere
arabito Iure conſulto, & Maria Villela de Senabria, con-
ıgibus legitimis, honoratis, & Catholicis natus, à teneris in
more Dei, domi parentum educatur, rudioribus elemen-
s, ac ſtudijs occupatur; dumq́; creſceret ſcientia proficie-
at & in parentum obedientia. Vtcumque tamen puer æſti-
naretur, ſubtraxit ſe communibus nugarum triuijs conſo-
alium ſuorum, & obſeruator ac ſocius factus hominum
ormatorum virtute, ſapientiã loquebatur, inter perfectos,
peribus intentus miſericordiæ, pietatis doctrinæ Chri-
ianæ, ædium ſacrarum frequentatione, & communione
acramentorum, alijſque id genus; quorum aſſuetudine,
alàm fecit, & quanto ſpiritu dotatus polleret, & quantæ
anctimoniæ nomen, inpoſterum repromitteret, ad quod
uincendum vna ſatis fuit modeſtia, quæ gracilibus moribus
culos omnium perſtringebat. Vix decimum ſextum añum
ertigerat, cum iam vnctione diuinâ ſuperimbutus nauſeare
allacias mundi, aperire internum auditum inſpirationibus
Domini, fugere Babiloniam, & inimicos domeſticos, deli-
erauit, & forti conſilio deſtinauit. Cumque inter coæta-
neos ſcientia præcelleret, noſſetque, quoniam vani ſunt
mnes quibus non ſubeſt ſcientia Dei, ad diuinam ſapientiã,
onam indolem, animumque applicuit. Erat eo tempore
loridus reformatorum Seraphici Patris Conuentus, ſub cu-

 ſtodia

ſtodia extremaduræ Nanxaredes, vulgo vocatus, patrum nuncupatorum de Cappucio, vel de S. Euãgelio, nunc S.Gabrielis dicta, à Valentia Alcantarenſi milliaribus tribus, cum locum petiturus adoleſcens ferueſceret Religionis amore ſuccinxit ſe, dumque peditando properaret, intermedium offendit fluuium, Tietarum nomine, qui tamen abſque nauigio trameabilis non erat. Hanc inopinatam remoram (paratus homo Dei) dolenter accipiens, vbi multum hinc inde, ſi quem nautam oculis legeret, fruſtra conſideraſſe plenus animi dolore, & pungente deſiderio, ſtetit geme bundus in cœlum. Cum ſubitò (ſtupenda latentis DE virtute vt narrabat ipſe) in alteram fluminis ripam, ſine alio notabili motu depoſitum ſe cognouit; miraculum ho ſanè non minus erat, quam cum Iordanis ſiſteretur filij Iſrael tranſeuntibus, & mare ſub pedibus Petri ambulan tis ſolidaretur; ideoque maioris erat omen beneuolenti DEI, in iuuenem illum ſecuturæ. Quo duce perueni in locum Conuentus ſupra dicti, ſolitario ſitu inter rupes hæ rentis, quem (los Manxaredes appellant) vbi ex voto ſu ceptus, & habitu petito, donatus eſt. Poſtquam autem i illa pauperrima domo, ab hominum conſuetudine, ac tu multibus mundanis ſe abſtractum, vilique ac ruſtico pœ nitentiæ ſago indutum conſpexit; ſe ipſum inſtimulans, Ei inquit, Petre, iam venit occaſio deſiderata, ſeruiendi e animo vni DEO. Ecce nunc, te, in domo Domini, in qua abiectus eſſe malebas, quâm habitare in tabernacu lis Regum, perierunt incentiua malorum; ſocieta prauorum, eſca libidinis, & omne quod à Crucifixo pe licere poſſit; ſeruitus Ægypti diſſoluta eſt; laqueus co tritus eſt, & nos liberati ſumus. Duxit te, ſponſus, in ſolitudinem, vt loquatur ad cor tuum, mare magnum trauexit te, DEVS tuus; locauit te in portum ſalutis voluntatis tuæ. In amabile paupertatis regnum cond

xit t

it te, animam tuam conuertit, ſtatuit ſupra petram
edes tuos, Petre, petra, quæ erat Chriſtus: Iam cella ti-
ı cœlum eſt, & tuguriolum inops palatium regis; angu-
ia habitationis, compenſata eſt auguſtiſſima contempla-
one; Hic requies tua hic habitabis, quoniam elegiſti-
am. Exſurge, accinge vt vir lumbos tuos; ecce no-
a facta ſunt omnia, propoſita quoque in domino no-
anda; vt fias noua creatura ſecundum Chriſtum, in
ıſtitia, & Sanctitate, vt abſcondatur vita noſtra cum
HRISTO, in DEO. Agè igitur, Fr. Petre, ad quid ve-
iſti? quid aliud aues? Quid cunctaris? tolle moras,
ıors certa, hora dubia, vita fluxa, iudex ante ianuam
ſtat, quid moraris? cur non aggrederis? conſidera
eſtem, & vide, quam poſtulet vitam: locum interro-
a, & docebit te Spiritum nouum, non veterem. Hæc
yro Chriſti in ſe, & contra ſe, continuò, vel etiam ab-
ıluta profeſſione ibat muſſitando. Aliquando ſupinæ
egligentiæ, & ignorantiæ probris arguebat ſe: ſtultiſ-
mum virorum inculpando, quo pacto profundè recog-
oſcens imperfectum ſuum, humilis ſui accuſator factus,
quiſſimi Iudicis Dei fauorem euicit. Tametſi quoque
ræcedens Religionem conuerſatio eius, perfectionis ſta-
ium fuerit, non tamen ſtetit in aquiſita gratia, quin ad an-
eriora porrectus, iuſtus continuò magis iuſtificaretur.
Quo in genere conatus, omnes collegas longis retro paſ-
ibus relictos exſuperans, veteranus in Ordinis meritis,
ıon tyro comparuit: duæ certabant in eo virtutes gratiſ-
imæ DEO, ſimplicitas, & animi puritas, quarum hac ma-
ıente, totus obſurduerat rebus terrenis, parenteſque neſci-
ns, poſt tergum, in obliuionem proiecit, penitus ac ſi ex Le-
hea quadam potione, rerum omnium (præter vnum Chri-
tum) obliterationem hauſiſſet: miniſteria conuentus, ma-
ime quæ vilebant alijs, auidiſſimè ille reſumpſit, nec
vere-

verecundiæ duxit, ad pedes, fratrum aduolui, & ſingulis ad nutum promptiſſimè deſeruire. Id vt exactiùs, præſta ret, aſſiduè Nouitiatus ſui humilitatem, ſummamque demiſ ſionem totius vitæ reſiduæ, typum eſſe voluit, & exemplar vt nunquam quantumuis ſuperioritate præeminens, à con ſueta humilitate deſciſceret, nec aliud poterat ille, qui in oculis ſuis ſemper abiectus erat. Quare omnes eius exempl commoti, nitebantur aſſequi ſanctitudinem preambulanti Vnde Cænobium illud, moribus obedientiæ & certante qualibet virtute, conſonum inter ſe, ſupercæleſtem aliqu harmoniam reddere, non ſine pietatis vulgato odore videbatur.

De ſingularibus donis, prudentia, compoſitione & mortificatione oculorum B. Petri.

CAPVT III.

VAs ornatum, omni lapide pretioſo virtutum, ſol dum, & cohærens gratitudine reciprocâ, in ſuum conditorem Petrus meritò noſter aſſeritur. Non enim animi tantum dote bona redundabat, (vt diximus) ſe corporis compoſita quadam & grata habitudine, quæ, intu entem, indolis optimæ certiorem efficeret. Corpuſculum quidem gracile, & ſenſibile ſatis, verùm aſpectu gratioſ caput caluum, viſus grauis, at ſine ſupercilio. Oculi flam geri, veri indices diuini latentis ignis in pectore. Qua com poſitione naturæ, gratiæ quoque decor innixus, nihil vn quam, quo cuiuſquam animos offenderet, eum committer pertulit: nec erat in Homine membrum, quod operando non priùs dictamini mentis obaudiſſet: tota perſona, erat humilitas, in loquendo ſimplicitas, cæleſtis quædam a ſpiritualis lætitia, conuerſatio comis, & diſcreta, in conſu lend

endo prudentia, vt ab exteriore, eius interior pulchritu-
lo, eximia virtus & ſanctitas, quibus facilè quemcumque
d honeſtam vitam conduxit, emicarent, magno ingenio
x intellectus acumine, feliciſſima memoria, & in vniuerſis
uibus applicabatur, admirabili iudicio prædicus excelluit;
rudentia quoque cæleſti (vt patuit in regimine) maxima
nimi in ſufferendis aduerſis & perſecutionibus fortitudi-
e, & conſtantia claruit, gratus benefactorib9, mitis, benig-
us, & proinde charus omnibus, omnes eximio amore com-
lexans, demiſſè cunctos honorabat, quoſlibet humanita-
e, idque pauciſſimis verbis proſequendo; in actione dexter,
n correptione modeſtus, quippe qui vlcera foueret oleo,
on irritaret. Verba viri medullam cordium gracili virtute
iquabant: animos diſcrepantes ſociabat, pacem vbique cō-
ilians: germanæ ſimplicitatis & aperti candoris amans,
ucatos quoslibet arguebat, author ijſdem factus, vt ſuffuſo
udore, in ſeſe redirent: pro concionibus ardens, & pene-
rabilis erat: in confeſſionibus auxiliator, conſultor, & con-
olator: In ſermone diſcretus, nec blandus, nec acer: in con-
erſatione ſine pertinaciâ, & puncturâ: Et vt paucis multa
ongerantur, noui ſæculi homo fuit: in quo diceres Adam
on peccaſſe; Ideoque meritò euectus in altum: Fundator,
eformator, prælatus, Magiſter, & exemplar Reformatorū
.Franciſci promicuit; qui per tot Prouincias & regna remo-
a, diuerſarum nationum, emittendus Apoſtolus, mirabili
ietate prolem formatam progigneret, à ſpiritu ſancto con-
gruè præelectus, & in ordinem huius miniſterij præordina-
us. Nunc porro ad rem propinquius accedendo mirabilem
implicitatem viri proferemus, nam cum ſimplicibus eſt
ermocinatio Dei: cum iuuenis in conuentu ſuo (ſex menſiū
empore) Penuarij claues, ex obedientia reſeruaſſet, tanta
cum Deo ſuo ſollicitudine verſabatur, vt ad ea quæ foris eſ-
ent ad ſenſum, ſtupida quadam inaduertentia inſenſatus

propè, redderetur: botros enim vuarum, & malogranata, quæ ad manum iacebant, & pendula ob oculos, cuilibet ingredienti in penuaria, ipſe tantis menſium interuallis, nec viſu nec olfactu, multominus attactu perceperat: obiurgatuſque, quod ea fratribus non appoſuiſſet, humiliter ſubintulit, nunquam ſe vidiſſe, aut adeſſe, reſciſſe. Idem in alio Conuentu quatuor annos commoratus, arborem in areâ mediâ ſtantem, nunquam aduerterat: qui cum in menſa, portiunculam ciborum appoſitam haberet, velut cæcus, & manu tentans, imò tanquam aliud agens, circumquaque palpitans, cibum quæritabat, quin ſatis dubio brachio (vacillanti ſimilis) rictum oris ſui indagare videbatur, vt cibum admitteret. Alibi per annum degens continuum, interrogatus de Cellæ ſuæ qualitate, neſcijt reſpondere, an ex lapide, illa, an ex cæmentis, an verò ex lignis, & aſſeribus eſſet. Rurſum alibi, Sacellum cui præ ceteris frequentior interérat, ignorauit penitus, quo ſitu, qua forma, quibus ornatibus excultum eſſet: Bone IESV, quis ſenſatus erit in te? ſi beatus ille non fuit, & quis inſenſatus erit mundo? Si ſenſum ille vel vnicum habuit! Solebat amicus Chriſti filiæ ſpirituali B. Thereſiæ, ſæpiùs aſſerere, ſe in domo paupere ſuorum nullum fratrum, niſi ex vna ſola loquela vocis agnouiſſe. Continebat enim oculos (qui deprædantur animam) vbi vbi tandem & cum quibuſcunque verſaretur. Inſuper differentiam locorum vix vllam in ædibus annotarat, neque neceſſariorum officinas, aut cellarum diſtantias; totus malicia paruulus, ſenſibus autem in Chriſto perfectus. Nec erat illa (vt videri poſſet) ſtupiditas aut ſenſuum defectio, ſed in Deum ſuum inſaturata cupiditas, & violenta, ad cordis ima conuerſio. Quis non aſſerat caſtam illam prolem diui Franciſci, cum altero Iob pepigiſſe fœd⁹ cum oculis ſuis, vt ne cogitaret quidem de virgine? ſtabat enim ſuper cuſtodia oculorum tam

atten-

attentus, vt neque leuiſſimo quadã ictu vel ictu oculorũ, faciem vllius mulieris vnquam agnouerit. Honorata namque matrona quædam, & pietate famoſa, dum Placentiæ, cum B. Petro noſtro, multa conſilij cauſa contuliſſet, vbi eundem in Abulæ ciuitate, obuiàm habuit, & quærimonias ſui ſtatus, pertexeret, pudiciſſimus ille negauit ſe, vnquam vidiſſe mulierem; intellexit voluntariam cæcitatem pientiſſima mulier, & animo redintegrata, ſua via perrexit. Timor igitur Dei illum reddidit cæcum, quamuis oculorum deſiderium non haberet, qui mortificatos ſenſus ad imperium diuinæ legis adegiſſet. Quemadmodum (iam ſenio decrepitus) B. Thæreſiæ ſubindè recenſuit. Quis tutus erit in ſenſu? dum ille mortuo ſenſui non confidit? habitus bonus naturam rectam illi ſuggeſſit; & tamen extimuit. Quis natura virente ſecurus erit? oculos habuit, & non vidit: inuiſibilem enim tanquam videns ſuſtinuit, ideò in externis cæcutiuit. Si quando oculi aperiendi fuêre, in choro aperuit; tametſi polleret ea memoria, vt officium mente, ſine codice retineret, & ſacræ Scripturæ paginas, cum capitibus, & periodis quaſi ad vnguem de memoria redderet. Tamen occludendi oculos exemplar, & author exactiſſimus erat iunioribus maximè: quibus eſcam malorum ex conſpectu oriundam, ſublatam voluit, ijſque ideò publicis in congreſſibus, oculorum extollentiam ſeueriſſimè interdixit, cum noſſet, ſapientem nihil æque à Deo ſuo poſtulaſſe, quàm vt auerteret extollentiam oculorum à ſe, ex qua inquit naſcitur omne deſiderium, & ventris concupiſcentia, & deniquè anima irreuerens & infrunita, & quomodo inquit, idem ſapiens, non totis præcordijs inſtabo? pro tanti momenti re? Nequius enim oculo quid creatum eſt? hæc, ille, expertus: ſi quem verò Beatus noſter in hoc notaſſet præuaricantem, ſtatim vel in præſentia extraneorum ſupprimebat oculos eius molli

tactu, qui oculis vagabatur, monenſque, quam ſubtile
eſſet carnis ingenium, vt nemo cordis puritati fideret, præ-
cauebat, quia viſis rebus pulſaretur; & quomodò, inquit
gloriamini cor vos habere pudicum? cum oculos habea
tis impudicos? impudicus oculus impudici cordis eſ
nuncius.

Quanta aſperitate, & mortificatione, vixerit Beatus Petrus.

CAPVT VI.

QVIA plurimis annis, F. Petrus in ſolitarijs, & à tu
multibus ſæcularium remotis Conuentibus, vel po
tiùs Eremitorijs, demoratus eſt, aſperrima eius pœ
nitentia nulli ſatis, etiam de induſtria eam obſeruanti, inno
teſcere, potuit. Nihilominus pleraque & eius ſani, & mor
bidi: iuuenis, & Cani, inſignia pœnitentiæ ſigna (procul du
bio) anteſignanum & ducem eum reformatæ vitæ public
declararunt: Septem annos cilicium ex contortis denſiſ
que funibus, ſuper lumbos atterens, carnem alioqu
teneram, viribus enecauit; relatum eſt, à Beata
Thereſia, 20. eum, annis hoc cilicio in ſe riguiſ
ſe; quinimò tantundem temporis ſuperindutum la
minis ferreis perforatis, ad modum thoracis, vſum
fuiſſe. Diſciplinationes eius adeò fuêre aſſiduæ, acres
& ſanguineæ, vt truncum arboris potius quam corpus
humanum baiulare, & verberibus agitare videre
tur. Victus adeo modici & tenuis fuit, vt in ſeni
perinde, atque in iuuentute, panis atri, pabulo delectare
tur. Interdum exquirens fruſta, quæ magno mucore faſti
dium ingerere poſſent. Si quando adhibuit olera, aut legu
mina modicè cocta, ſine oleo tamen palato deſipere voluit

Præla

?rælatus cum eſſet, tantum cicerum fabarumq́ue vnâ coctu-
â parari iuſſit, quantum, ſeptendio, Conuentui ſufficeret;
taq́, ſingulis diebus portiones ſumendæ, calefiebant ad ig-
iem, vt omnes quaſi ex crambe bìs cocta paſcerentur, quem
amen patris ſui morem libenter aſſecuti, gauiſi ſunt diſci-
uli eius: ille vero ſuperaddens auſteritati aliquid, portionē
uam condire perrexit communi cinere, vel ingrata aquæ
nixtura, ne forſan delitiæ poſſent tittillare palatum: at
ieque illa conſperſio, quotidiana fuit (vtpote ſuauior) ſed
ādem adhibita de triduo ad triduum, ſic noua Feſtorū edu-
ia illi putabantur. Itaque more Seraphici Patris cibus illi
ixdum nutrimento ſeruiebat non oblectamento. Ipſa
Thereſia teſtis indubitata, retulit ex auditu fratris minoris[*],
Beatum Petrum octiduo integro abſque alimonia perduraſ-
e: præcipuè dum orationum impetu maiore teneretur: in-
entes enim raptus, extaſes, & diuini amoris attractus in o-
atione patiebatur: cuius ipſa ego teſtis ſum (inquit illa Bea-
a) Ad ſæcularium epulas euocat[9], dum obtingerent illi lau-
iora, ſimulans nimium calorem, ſalſedinem, aut quid ſi-
nile, naturali, illa, ſuperluebat aquâ, vnde æſtimationem
ncurrit, quaſi penitùs ſenſu communi careret; potiſſimum,
uod inſipida & acida, guſtuiq́ue omnia aduerſantia, dulcia
& accepta deprædicaret, & (quod memorabile) is qui poſt
olis occaſum, primùm reficiebatur, lautitias reputabat of-
am ex aqua, temperatam ſale, aut oleo. Vinum nunquam
bibit, ſed aquam; nec tamen iſtâ ſitim explere voluit. Quia
vero frequenter à Deo, ſtomachi doloribus immiſſis, tor-
ueretur; medici (iuxta conſilium ab Apoſtolo, ſuo Timo-
heo datum) conſtanter modicum vini illi præſcripſère: At
ion conſenſit ille, affirmans nihil æquè anguſtæ paupertati,
& perfectæ abſtinentiæ quàm carnem & vinum repugnare.
Alterum enim eorum officere caſtimonię, alterum contem-
plationi; quarum neutrâ ipſe, dum viueret, carere vellet: ex

quo-

quo liquet, qualis Beato fuerit Quadrageſima, qui tantùm abhorreret à re licita, & iniuncta. Quò ad vigilias: *Auctri eſt ſæpe dicta Thereſia, (benedicti patris ſecretorum in plurimis conſcia Zelotem illum Chriſti per annos, quadraginta vix ſeſqui hora dietin ſoporari ſolitum eſſe, (Id quod à fideli, inquit, patre nobiſcum viuente quondam, illiuſque patris intimo, ſancta quadam aſſeueratione relatum eſt, à quo is non modicum in tribulatione conſilium exceperat) eumqu beatum, in nulla mortificationum omnium, tantam, quantā in quanti tate ſomni domanda difficultatem, ſuſtinuiſſe:* Incubuiſſe autem dormientem aſſeri duro, vel ſedendo, ſi neceſſitas eſſet, ve ſtando, aut geniculando, cum feruor vrgeret: Et ſi placuiſſe extento corpore ſtertere ſuper humum, non licuiſſet, cum cellula eius, non pateret quatuor pedibus, in longitudine & medio, tribus verò in latitudine. Stanti verò (quod proce riori ſtatura eſſet) obſtaculum dabat demiſſius culmen tu gurioli ſui; per gelidam nihilominus hyemem patulis ia nuis, & feneſtellis ſic hærebat; quemadmodum in paradi delitijs; & inſultabat interim corpori ſuo, quod regia illa commoditate adhuc petulcire poſſet in animam ſuam. Tun porrò claudendo feneſtram, tātum beneficium rurſum eid obijciebat: præcipuè cùm, pallio corpus operiret, age inqui frater, iam porro valebis, & vna nobiſcum vigilare hora, v orationi vacemus, ſicque interdum cum ſomno luctans nunquam ab eo victus occubuit, niſi pri⁹ optata diuina con uerſatione frueretur; imò qui erat ſopor Beato illi, merit contemplatio, & viſio dici mereatur: etſi ſomnus eſſet. Ex cubias interim tenebat ſollicitudo, quæ ſuſcitaret etiam ig norantem. Audiuimus de aſpredine victus illius, ſed nequ diſſimilis erat amictus. Veſtiebatur B. ille vna tritis partibu aſſuta lacerna, & tunicâ viliſſimo lanificio productâ: & ne is (ſua quidem opinione) prodigeret fruſtula conſuenda; vb aptaſſet vni ſciſſuræ particulam ſuam, apprimè cautus, & parcus, reſiduum eius circumquaque detruncans, ſeruaba alter

.ceti neceſſitati, cùm ex vi Regulæ duplicare ſarturas, & ſumenta valuiſſet: Noluit vti Seraphici patris indulto, ne inus ei ſolitò conueniret cum ſua dilecta paupertate. E-tis & exterſis indumentis ſuis,hic ei mos inoleuerat,vt ma-dis, priuſquam ſiccarentur, reueſtiretur, idque ob maio-m corporis depreſſionem. Quadraginta continuis annis unquam caput texit, quantilibet ſolis ardores, quantæuis iam pluuiæ, vel niues irruerent, vbicunque ſiue domi,ſiue ris, capite apertus erat, proinde cōtigit nebulam intra co-llos inſpiſſari,& congelari adeò, vt reſolui non poſſet, niſi mpto & euulſo capillitio. Caput quoque aſſidue dif-ſum, & rimoſum, pelliculis propendentibus aduerteba-ır, quod nimirum ſtatura proceriori, in humiliora loca inc inde impegiſſet, (totus abſorptus animo) vt corporis commoda non præſentiſceret, priuſquam ſentiret. Nudi-s adhæe vbiuis perrumpebat, nec calceare pedem infir-um aliquando voluit,præterquam crepidis obſoletis, quæ buertere greſſum potiùs valerent, quam malo conduce-, quæ omnia, videantur non fieri potuiſſe, delicatis ſæcu-noſtri; certè teſtimonijs innumeris probata ſunt, & ſimi-a ſpecula quoque, in veteribus ſæculis, ab Hieronymo & heodoreto, poſteritati demonſtrata. Quinimò S. There-a prædictis ſubſcribens adiecit; *Sic autem exhauſtus, & debi-atus erat, vt arborum radicibus ſimilem crederes, nec quidquam in præter pellem, & oſſa ſupereſſe, ac mortuum potius, quam viuum cor-u, diceres. Et tamen in tanta vitæ ſanctimonia, atq; aſperitate, mi-e benignitatis, & affabilitatis erat: vt & (quamuis alioqui parum queretur) nemini aliquid interroganti, reſponſum denegaret, ſed umaniſſime reſponderet; ſortitus enim erat animam bonam.* Hæc hereſia. Si quos in ſulcatis itineribus & petroſis commili-ones ſecum teneros haberet, qui lubicro gradu & tremu-nte pede (nudipedes enim erant) terram premerent, ıblatos in dorſum ſuum baiulabat; & aſſeuerando con-ſuetu-

ſuetudinem ſolam, mollimentum afferre meticuloſis, animoſos reddidit, ad peditandum, nec vires corporis ſolere præſtantes efficere aliquos, in eo genere, ſed vnum Dei continuatum amorem, itaque difficilia videri multis, quod tali putentur inexpertis, aut certè charitate frigentibus, vt ver dixerat Seneca, non, inquit, quia difficilia quædam ſunt, ide non audemus, ſed quia non audemus, ideò difficilia ſunt.

Quanta caſtimonia & humilitate vixerit.

CAPVT V.

EO vir Dei pœnitentijs ſuis excreuerat, vt fomes pecca ti & membrorum omnis rebellio, cum vitio traducis e radicata potiùs quam ſopita viderentur: in illo ſpiritu habebat merum imperium, in paſſiones, & ipſas ferè ſenſa tiones; vt nonniſi quod ad vnionem dilecti conduceret, mo uere interiorem hominem pateretur; ancillabatur hum liata caro: Spiritus Deo (quantum viatori licet) fruebatu pax aurea, & ſanitas erat in pennis contemplationis eius: & moderata omnia ſecundum ordinem rationis regulata. Tan ta comitate affabilitatis condita erat eius humilitas, vt cun ctorum animi raperentur, ipſum videre geſtientes. Qua multi, vtriuſque ſexus fragrantia virtutum eius allecti, e remotis etiam locis ad eum properarunt: & præſentem v IESV Chriſti Apoſtolum reueriti, dictis monitiſque illius ve lut cæleſti oraculo morem geſſere; quos omnes, pro ſtat cuiuſlibet in timore domini ſolidatos dimiſit. Dominus Co mes Orapeſanus, honoris Diuini Zelator immenſus, cun in ſermonem incidiſſet, de offenſis, quibus in dies optimu & innocentiſſimus Deus laceſceretur, ſpiritu fremēs, inqui

Qui

uid tibi videtur Pater mi? & quínam? tolerantur impunè, ntæ maieſtatis iniuriæ? quomodò ſuffert pietas? quos dã- auit ipſa impietas? & adhùc mundus ſuſtinetur? & nos in o? Ah quantùm, diuitias bonitatis illius contemnimus? & eſaurizamus nobis iram, in diem iræ? & non effugiemus. d quæ modeſtiori grauitate Beatus, pone dolorem, inquit, ir illuſtris, iam tanto malo medela parata eſt. Cui Comes, quínam,(inquit) hoc credam? Reſpondit pater, in te, ait, me, punctum hæret difficultatis; ſi voluerimus ſoluere, lua res eſt: Comite reſpondente faciIlimè ſe paratum eſſe: biunxit ille: vniuerſa, inquit, perditio generis humani di- anat ex eo, quod omnes & ſinguli delicta ſua, vel non vi- entes, vel diſſimulantes, aut certè palliantes, accuſent ce- ram communitatem; cum tamen communitas peccare on dicatur, ſed ſingillatim ſinguli; lamentantur ergò in mni genere & loco dolentes; mundus inquiunt totus in ma- gno poſitus eſt, non eſt qui faciat bonum; ipſi verò ſi do- rem in medulla ſenſiſſent, vtique de malo ſuo, (tanquam ccuſati propria voce) doluiſſent, & fructus pœnitentiæ edi- iſſent; nunc autem (quia mundum inſimulant, ſeſeque diſ- mulant) communitatem quidem redarguunt, at ſeſe tur- iſſima præſumptione iuſtificant. Agè ergo generoſiſſime Heros, ego & Dominatio tua, luamus ſinguli quæ noſtra unt, & diluemus multa, quæ communitatis erant; ipſam iſtrictæ ſententiæ vltionem, imminuamus; & ſic, ſic mun- lum exemplis noſtris reparabimus.

Carolus Quintus Imperator inuictus, vbi apud celeberri- num aliquod Hieronymitarum cœnobium conſcientiæ ſe- renandæ cauſâ ſeorſùm agens, intellexiſſet eximiam Beati Patris integritatem, accerſitum ad ſe conſulere voluit ſuper nimi ſui dubijs, ſed & omninò eum, in patrem ſpiritualem (cui conſcientiæ ſecreta concrederet) gratioſè deligere: Pa- re verò (quod humilior & abſtractior eſſet) officium recu-

ſante, & ineptiam ſuam, aliorum meliorum allegatione
cauſante. Commotus Cæſar, & ſubtriſti aſpectu; manda
mus, inquit tibi, vt animæ noſtræ fluctuationibus ſpiritale
opem adhibeas, ſtatimque Beatus viſa alteratione Cæſarea
ſubmiſit ſe ad pedes Maieſtatis, manumque eius, in ſignun
Clementiæ porrectam, humiilimè tenens; vehementiſſim
conatu, & inſtantia ſupplicabat, diem & horam dilationi
à Cæſare ſtatui, quibus hoc negotium Deo committeretur
vt quę eſſet voluntas in cælo, determinaret quod operæ pr
tium, foret in terra. Aquieuit Cæſar; ſanctus ergò abit
riens, hoc erit tibi ſignum, inquit, optime, Cæſar, non eſſe
Dei nutum quod petiſti, vbi tempore ſtato, & horâ præfin
ta non rediero. Ipſe interim accelerans reditum in ſolitud
nem ſuam, multis ſuſpirijs, eundo, conqueſt⁹ eſt amabli De
quod fortè artificio ſatanæ, ab amplexibus eius, amotum i
ſe, timeret; & (inquit) Domine non ideò ſæculum liqui,
elongaui fugiens, manendo in ſolitudine; vt tandem Regu
in aulis admirantium oculos in me promulceā, & viuā hon
ratus, qui frater minor eſſe volui; vt audiam blandientes, q
veni dicturus culpam meam; vt patiar miniſtrantes, qui
mendicus, & ex Regula miniſter eſſe debeā: vbi iam cell
lam contigit; Eia (inquit) dulcis amor mi, Domine potē
ne fiat te authore, vt auellar à ſolitudine, in quam me co
duxiſti; hic tutus ſum: hic oppidò diues ſum; quia tecun
ſum, qui mihi vnus ſatis eſſe potes: extra te, nec placet vn
uerſi Imperium; hic vixi tibi: hic tibi moriar; placeat tib
quod opto, quoniam tuum eſt, quod deſidero. Si votis a
nuis hoc mihi ſignum erit, vti Cæſar ab opinione receden
non inquietet me; orauit Beatus, ſurgenſque quaſi exaud
tus; non comparuit coram Imperatore (ex conducto) ſe
neque Cæſari citandi eum denuò animum adiecit; vterqu
enim, diuina virtute occulta, in officio priſtino retinebatu
Eandem porrò illi inſtantiā fecit, Sereniſſima Ioanna, ſor

Philip

hilippi Secundi, Catolici Regis, cui, verò cùm ſuperioribus
rgumentis obuiaſſet; princeps mulier magna conſolatione
uieuit; factumque eſt, vt dum eo medio fugeret honores,
b omnibus reuerentiùs habitus, vbiuis coleretur. donec æ-
imatio quoque virtutum eius, in proprium cœnobium, &
)rdinem illius irrepens, Guardianatus munia complura illi
uſcitauerit; factus eſt & Miniſter Prouinciæ S. Gabrielis,
uius (ex voto Patrum electorum) inſignem Reformatorem
git. Verum officij triennio, iam exſpirante, ipſe denuò in-
eriori volitans amore, ſuum tuguriolum in pace repetijt;
bi meditationum & contemplationum dulcedine illectus,
nctorum quoque Patrum lectione gaudebat: interea pri-
r, in vigilijs, abſtinentijs, rigore & clauſtrali diſciplina,
mnium animos attrahebat in ſequelam, & æmulationem.
Quàm verò dexterâ ſinceritate, & ſanctitate, oblatos hono-
es contemneret, non ab infimæ conditionis viris obſerua-
ım eſt, quod per modum neſcientis, & aliud agentis, aut
mplicis Idiotæ, honoratores ſuos à propoſito diuerterit,
t ad alia tranſilierit: Ioannes Velaſquez, nobilis inter pro-
eres Caſtellæ inuitatum patrem, humaniter colligens, tan-
uam præſenti Chriſto, (quod affirmabat) menſam parârat,
aq; & ipſe ſubreptâ pelui, & mantili de manibus pediſſequi
uperinfudit aquam lauanti ſeruo Dei, quod ab illo & alijs,
uia in perſona Chriſti gerebatur, ſuſtinuit, humillimè; a-
oquin in prõptu, contradicere parat⁹, ſi quid in perſonã ſuã
onorariè conciperetur. Peccatorem ſe compellari tuliſſet
quiori animo quàm ſanctimonię laude, vellicari aures ſuas
elantes; ideoque ſæpe mera ſponte, ac ſtudio (citra ſcan-
alum tamen, & occaſionem peccati) defectus, & imper-
ectiones ſuas prodebat; quibus (velut ſub cinere ſcintilla)
irtutes & gratię celarentur: ſed Deus rimator occultorum,
uo magis ille recondi mallet; quod gratis acceperat, am-

pliùs,per actus humiliationis,famam Beati in mundum,cum ſtupore omnium irradiauit: hunc enim ſelegerat in virum ſecundum cor ſuum, cuius ope & opera, Recollectorum cō- plurium, & purpuratorum Martyrum (in Ordine) copia naſceretur.

De continua & ardenti oratione, Beati Patris.

CAPVT. VI.

QVANTAS horas orationi, quantas moras contempla- tioni inſumpſerit? quæſtio vulgata ſolet eſſe in alijs ſanctis, at in Petro noſtro liceat quærere, quantas ho- ras aliud egerit ab oratione? quippè qui immerſus precari ſuo modo, neque neceſſitatis humanæ, per diem reminiſce- retur. Seruiuit & ille, vtique neceſſitatibus ſuis, ſed velut aliud agens, per modum violentiæ, raptìm & cordis cura ad laudem Dei, & proximi vtilitatem, aut officij ſui penſum ſollicitante, vt corporis refectio, quietis defectio merito nuncuparetur, ſed enim nec ipſa macra ſui alimentatio mentem à conuerſatione dilecti ſeduxit, quin ipſe balbuti- ens, & ruminans quæ ore pleno alias in contemplatione li- bauerat, inter edulia panis & aquæ, affectuoſè ructaret. Semper ergo præſens Deus, & à dextris erat, vt non com- moueretur, ideò dilatatum eſt cor eius, & inſtar flammæ voracis, quantò amplius ex ligno crucifixi, in fornа- cem amoris collegiſſet, tantò ampliùs pabulum concupiſ- ceret. In poteſtate eius iam non erat continere ſe, ſed ad conſpectum vel auditum cuiuſcunque rei, quæ ſuum dile- ctum IESVM, à longè innuere poſſet, ebulliens præcordijs ſuis, adeò infremuit, vt nexus vitales animæ diſruptum iri time-

imerentur : proindè tremendos emittens boatus, audien-
es fratres crebriùs exterruit: & mox tam vehementi ſpiri-
us impetu correptus eſt, vt in cellam (alioquin corpore
lebilitatus) citiſſimo volatu quaſi ferri perciperetur, quo
eſſante motu, in orationem conuerſus, extemplò ſpiritu
aptus rigeſcebat. Atque eo genere conuerſionis in Deum,
uid non obtinuerit à liberaliſſimo ſponſo? iudicet ipſa ra-
io non præoccupata.

In ciuitate Abulæ, quidam Eques primarius adoleſcens
mnium ludorum, & vanitatum ſeculi nugis intricatus, in-
er hæc, etiam languens pernicioſo mulierum amore (quan-
umuis vt clericus officio diuino teneretur) quod tamen re-
puebat, veniens pompaticè ad diem feſtum illius loci, caſu,
n præſentiam Beati noſtri, peregrè aduentantis, incidit: vbì
orrò cognouit à corriualibus qualitatem viri; certatim
um alijs obſequia reuerentiæ, quacunque tandem intenti-
ne perſoluit; pergens nihilominus alterâ viâ ſuâ, quâ tur-
iſſimè cæperat. Is redit, ceditque aliquoties, petit inter-
eſſionem à viro dei (nihilominus in antiqua fæce perdu-
ans obſtinatiſſimè) quam temeritatem ei pater pro con-
ione (occultata perſona tamen) non conticuit; ſed in
piritu valido, tetigit vlcus; tandem approximato die re-
eſſus Beati ex eo loco; prodigus ille filius de abitu Beati
ertior redditur, accelerat, & calamo arrepto; quaſi peni-
illo vitæ ſuæ malitiam colorat, ſequitur ſcheda onuſtus, in-
enti pondere iniquitatis; ſalutat Beatum, porrigit infeli-
em veteris vitæ literaturam, orat genuflexus interuentio-
em pro ſe, apud patrem miſericordiarum, vt ne periret.
Sanctus recepta ſcriptura, ſuffragium repromittit, pergit-
que iter ſuum; ille, viam, quâ venerat, vix terga mutuò ver-
erant: cum more ſuo Beatus conuerſus ad Deum, tantum
btinuit, vt alter necdum oppidum conſecutus abiurare ve-
erem conuerſationem, odiſſe quidquid aliquandò blandū

occurriſſet, proponere meliorem frugem, ſeriò conuerti iam cæpit. Nec defuit rei euentus: nam vt ad ſua reuertitur, mox euellit pompam à dorſo, torques à collo, auratorum instrumentorum deliria; & arreptis viliorum veſtium tegumentis, more boni conuerſi, toti mundo ſine rubore comparuit. Stupuêre omnes, ſinguli potentiam dexteræ Excelſi per ſeruum ſuum demirati ſunt, & ille reſipuit & gaudens intercesſione, bono fine quieuit; patrimonio quidem in pauperes Chriſti diſpertito, Xenodochijs autem & hoſpitalib⁹, teſtimonio conuerſionis ſuæ, hinc indè paſſim ædificatis.

Alius adoleſcens apud conuentum Beati Petri, pro admiſſione ſolicitans, admiſſuſque, cum profeſſionis die, expanſam de more veſtem, crucis forma rigentem, & lacerè conſutam vidit, exterritus, ipſe aſpectu, pedem à Religione referre ſtatuit, diffidere enim ſibi (ſic allegabat) de viribus immenſæ illius ferendæ rigiditatis: orauit ergò dimitti. Hic Beatus Petrus in ſpiritus virtute aperiens os ſuum, titubantem hominem ijs rationum argumentis (nouerat enim inſidias inimici) adortus eſt, vt elinguis effectus, contra mutire non auderet; veruntamen nec ſic quidem, vt profiteretur induci potuit; quod animaduertens Pater, ingemuit, & oculis in Cœlum (vnde continuè precando ſenſiſſet auxilium) coniectis; largis imbribus cœpit irrigare ſenilem faciem ſuam, quæ alioquin reuerentia ſui, lapidem molijſſet, ad quòd ſpectaculum flere omnes coacti; nec ipſe candidatus CHRISTI (quamuis præſtigijs Sathanæ induratus) lachrymas vltrà continere valuit; ſed reſolutus in Torrentem commiſerationis, mox veniam orat, fatetur ludibrium, agnoſcit indignum ſe cæleſtis vocationis condignatione, ſupplicat admitti ad iurandum in verba Beati Franciſci: cui quidem in pœnam aliqualem temeritatis, negatus eſt actus inueſtituræ, ſed quoniam lachrimarum continuatione oſten-

oſtenderet, ſerium eſſe, quod agebatur, & cor petroſum, Pe-
tri oratione emollitum, modò concepiſſe à ſpiritu timoris
domini; inductus eſt cum ſingulari omnium gaudio, vitam-
que eiuſmodi in ordine cæpit, quæ doceret, nec inanem vo-
cationem illam, nec gratis Beati lachrimas fuſas fuiſſe.

Mirabile non vulgare, patrauit idem Beatus in Chriſto, in Conuentu S. Mariæ de Roſario (qui quondàm à patribns Seruitis inhabitatus) tandem ab ijs derelictus deuotione Comitis Orepeſani ceſſit in vſum Diſcalceatorum S. Franciſci: Syluatico ille in loco ſitus eſt & prope fluuium Teatairim, ſex milliaribus Italicis, ab hominum habitatione ſemotus, difficillimus aditu, quod præruptus ſit, & ſinuoſis anfractibꝰ ingratiſſimus, tamen domus illa ingenti Incolarum honore & deuotione colitur; ibi ergò cum degeret Beatus Petrus inexſpectatâ Brumæ, imò & inſolentiori, ab hominum memoria, tēpeſtate, adeo vallati & niuibus obſeſſi ſunt; vt neq; ad opera charitatis proximi, nec eleemoſynæ collecturam, vlla pateret excurſio; ſed neque extraneorum aditus ad conuentum; cadebant niues infatigabili furia, condenſæ nimis, & tumentes, quaſi exterminium minantes, & locorum omnium ventis fluctibus oppletionem, (horrebat mens humana videre miſeriam) interim deſolati fratres alimonia priuati, & ſolis fragmentis biſcocti panis vtentes: tandem vno triduo, oleribus ſolis, ſub horrenda mole niuium effoſſis, victitare coacti; ſuſpirarunt, in cælum, (bona tamen confidētia Beati Patris) in patientia poſſederunt animas ſuas, exſpectantes miſericordiam à Deo, in auxilio oportuno, ad cuius thronum quoque pulſabant cum fiducia precibus aſſiduis, vti deficiente omni humano ſubſidio, pater eſſe dignaretur pauperum, ipſi vni ſolique derelictorum; & ardens deuotione Pater, poſtquam ſeorſum aliquandiu ab eo oratum eſſet, ductos eos in Eccleſiam, ante venerabile Sacramentum, conſtituit: ibique magnanima coram Deo ſuo ſpe, & certiſ-

ſima

ſima repromiſſime; habete, inquit, fiduciam fratres optimi, quoniam non elongabit Dominus, veniens veniet, & non tardabit, dum hæc profatur, ecce nouum turbinem nubium, noua niue irruentium, vt ſubſidium vllum alicundè ſperar non poſſet, potiſſimè, cælo (vt videbatur) irato, ſed ille qu in ira non continet miſericordias, vbi excuſſiſſet nubes prægnantes, mirabili modo ſuccurrit pauperculis iſtis deſolatis nam poſt interuallum exiguum, dato campanulis ſigno a portam conuentus, accurrit Ianitor, vt aperiret, nemoq; comparet, reuerſus ille in ſe, ſuſpicabatur ventum agitaſſ campanulam, aut certe non benè audiſſe: arguens, ſemet ipſum ſimplicitatis (quod eo rigore putaſſet, aliquem ſcabroſa iſta loca conſcendere potuiſſe) vix in conuentum abierat, pulſatumq́ue eſt denuò, ſed tanto ſonore, vt non obſtantibus ventorũ ſibilis, ab omnibus tinnitus audiretu Redit ad ianuam portitor, & nemine quidem viſo, reper Sitarciam pane candido & recẽti refertam; inquirit veſtigi latoris, nullibiq́ue in altiſſima niue conſpicitur: relinquer ergo caniſtrum, lætitiâ plenus, pro bono nuncio ad conuen tum recurrit. Nuncianti vix fides adhiberi potuit, done Pater Petrus (quod erat ſpiritu videns) ordinato cætu fr trum, velut in proceſſione, ad videndum Sacramentum R gis (qui ſuos non deſerit) approperauit; inuenta ſunt om nia, vt relata, ſed benefactoris aliud veſtigium non repert eſt. Vnde gratias habentes, pauperum prouiſori Deo, mu tis diebus ſubſidio diuino illo, donec tempeſtuoſum cæ malum, & illuuies fluuiorum deficeret, victitarunt.

Alij caſus, de efficacia orationis huius S. Patris.

CAPVT VII.

CONFIDENTIA in Deum mirificâ, ſemper viguit Be tus ille; ideoq́ue nec quidquam eſculentorum; qua tumuis iter prolixiꝰ aggrederetur; neq́ue ſpes diue

ten

endi occurreret: in via conferri patiebatur; Accidit aliquando cum iter ageret, ſocium fratrem (qui ſtricto illius mandato paruerat) in itinere tantiſper fame necari, vt viribus deficiens, planè corrueret; miſericordia motus leuauit eum pius Pater in vlnas; & ſolatus deliquiantem, quod in vicinia lateret diuinum auxilium, animauit, erexitque iacentem, vt pergeret ad ſæpem illam, (quam digito ſignabat) reperturum eſcam, quam deſiderauerat; perrexit ille in obedientia, & ſtimulante fame, in confidentiâ: reperitque in loco iuxta crepidinem ſalientis aquæ, panem candidiſſimum poſitum; ex quo ſtupens, & exaltans vocem, inclamatum patrem, ad mirabile prandium, inuitauit; ſedit vterque, grates habentes menſæ Domini, & consurgentes ad nouum iter animos & robur aquiſiêre.

Cum ſeruus Dei iter faceret in monte Mariano (vulgò Siera Morena) æſtiuo tempore; iam vehementiùs vrente ſole, ſiti immoderatiori cum ſodali diuexatus, humanum neſciebat confugium, quo, vel ſaltem ſocio, mederetur.

Vndè animo illo deficiente, frater inquit, hîc conſilium de cœlo petendum eſt, flectamus genua; preces instituerunt ambo vehementes, & non præſumentes aliquem fructum, Ecce, illis feruentibus, à tergo, de ſæpibus consurgit furibundus Iuuencus, qui aduncis cornib⁹ inſtantiam ſuam oſtendens, conterritos ambos in fugam coniecit. Illi verò, quibus timor addidit alas, ſine tramite noto, per auia quæque per glebas & foſſas exilientes, & per colliculos quaſi volantes feruntur, timentes cuti ſuæ à perſecutore; nec ille tamen furibundus, curſu fremens, à tergo feriatur, donec anhelos, & fatiſcentes, in præſentiam lympidiſſimi fontis impulit, vbi furoris concepti oblitus, ſtetit velut agnus, reſpirauit, abijt altera via. Illique ſitim cum benedictione Dei reſtinxêre: ſtupentes miraculum altiſſimi; qui mittit iumenta vt doceant egentes. Refocillati itaque & recreati,

conualuêre. Paria mirabilia magno Patri occurrêre,abſqu numero. Deus enim vero Iſraelitæ (in quo dolus non erat vbíuis menſam ſuam parauit in deſerto,& percuſſit petram vt fluerent aquæ eius, & ſugeret mel de petra Petrus, (Petr autem erat Chriſtus). Cùm idem Beatus intempeſta noct iam profectus ex oppido (delas lucuas Hiſpanis vocato tranſiſſet, in Portum, del Pico (vulgò) ſuperingruente n ue, nec pergere licuit, nec pedem recipere, manendum it que ſub dio fuit, & pernoctandum, immobili quidem p tre, nec loco, cedente propter timores nocturnos, & pra ſentiſſimam faciem internecionis: ſtetit autem fideliſſim amicus Dei, antiquâ illius prouidentia niſus, qui non deſ rit, in tribulatione, clamantes ad ſe; Effuſo ergò corde Deum vehementi oratione pulſabat, & nullo negotio n ctem tranſegit; Et quidem (ô ſtupor!) diluceſcente di nec niue tactus, nec vlla parte madefactus fuit; Hæſera autem congelata nix ſuper verticem eius, vt fornix, & l quearia domorũm, dexterrimè compacta; & ad latera i terclusũm inſtar parietis, aſſeruauerat. Candidus erat i fide, candidè cum eo proceſſit dilectus, cum omnia poſ bilia ſint credenti. Fuit iterum, quando peruenit ad flu um Tagum, vbi cùm Almante coniungitur, vt impetu ſo & ſimul pertinaci vento in aquis tumultuante, neque ſc pham, neque nautam aliquem, audentem traijcere, ind piſci poſſet: ipſe negotium vrgens ſecum habens, commi ſus orationi (ex more) Deum in auxilium aduocauit, non quod tentaret, ſed vt quid facto opus eſſet, cognoſceret; ſt penda res; Nauta rogatus ſtabat è contrà ex alterâ ripâ, n gans tramiſſionem ob periculum prædictum; & in mome to nemine conſiderante, ſtabat Pater cum ſocio tranſlatu propè Cauponam, & nautam, qui ſubuehere debuiſſet Exterritis omnibus, quaſi ſpectra viderent, & obſtupent bus. Simili modo cum in flumine Duero; nullus nautaru

vect

ectura periculum ſumeret, ob tempeſtatem, expeditus vir Dei, in fiducia magna fluuium ſiccis pedibus trameauit; nō rat Petrus Apoſtolus, ſed in hoc, non minor fide, ac miracu- , tantum valuit oratio humiliati.

Ipſe de oratione aſtruebat, tantum quemlibet religio- is habere, quantum orationis, & quanto prolixior oratio ierit, tanto minus cadendi periculum; & regulam Sera- hicam fruſtra tutam ſperari, ſi vacauerit oratio: omnium uippè virtutum cauſam, & inſtrumentum eſſe orationem.

De ſingulari fiducia huius Patris in Deum.

CAPVT VIII.

EXTAT B. viri orationum, & meditationum modus ab- ſolutiſſimus: qui feruorem illius non obſcure demon- ſtrat. Sanè ex feruentiſſimâ illâ, Beati viri oratione, vt fonte inexhauſto, abundanter profluxere, fiducia ſin- ilaris, fides, & interpratationes ſermonum, raptus, ex- ſes, prophetiæ, efficaciter mouentes conciones, pruden- a, charitas, Zelus, patientia, diſcretio ſpirituum, cæteræ- ue virtutes, ſicut pauca quædam ex tam multis in me- um proferemus.

Firmiſſimæ illius fiduciæ, quam in Dei miſericordiam prouidentiam conſtantèr retinuit, recenſita illius iam pra, patientia conuincit. Toties namque cum vniuerſis onuentuum fratribus, in extremam neceſſitatem conge- us eſt, vt ſola patientia, & oratione reſpirare licuerit, & nerſit tandem è periculis, cum omnibus ſuis, Deo duce, perſtes. Quanta verò audiuimus id genus mirabilia in onuentu Petroſi quem fundarat ipſe? Equidem hic non ſtimonia rerum, ſed tempora relationum nos deficiunt. lem Petrus, Placentia pergens Alcantaram, quo loco per

ſeſqui milliare fluuius Tagus diſtat à Garobilijs; nocte com-
prehenſus tenebreſcente; aquam quia confluxu torrentiũ
inundarat, tranſire non potuit, Excito igitur nauta clamo-
roſis precibus ab altera ripa, eum obtinere non potuit, tàm
quod à tempeſtate ſe in hoſpitium ſubduxiſſet, quàm quod
inſuperabili pluuiarum confluentiæ, non confideret. Quid
ageret Sanctus? apprehendit arma & ſcutum, quibus exur-
git Deus in auxilium nobis; orauit; oſtendit periculum ſu-
um amatori; adhuc erant verba in ore eius. Eccùm tibi
tranſlatum eum, in alteram partem, & quidem vicinum
nautæ depoſitum in terras. Pater qui neſcierat, mutationem
loci factam à Deo; putanſque alicui domo in tenebris ap-
propinquaſſe; per charitatem, inquit, Redemptoris, impen-
dite officiũ nauigationis in partem alteram fluuij, quæ ver-
git ad Conuentum Garobilianum. Nauta percipiens inſtã-
tiam eius; illuſionem eſſe arbitrabatur. Et, tu Pater, inquit
non attendis iram de cœlo? in tempeſtatibus iſtis? tentare
nos ſatagens? vt cum capitis periculo traijciamus aquam? in
hunc locum redeamus, quem modò calcant pedes tui? quid
agis? via iſta, te ducit eò quò, petiſti: non eſt altera ſe-
cus fluuium via, reperta ab æuo, ſiluit pater &
Sacramentum Regis agnoſcens,
abſcondit.

Quan

Quantum calluerit Sacras literas, Beatus ille, Quantæuè efficacitatis fuerint ſermones eius.

CAPVT IX.

SCRIPTVRÆ Sacræ, quam, vt meminimus, memoriâ calluit, diuinus quidam interpres erat; nec Scholaſticorum more, puncta difficultatum ambagibus indagans, ſed ſupernaturali quadam ſtillante gratia penetrans, d quæſita cum ſtupentium ſatisfactione reſpondebat; facilè huic rimari fuit occulta ſermonum,& verſutias parabolaum, qui per aſſuetos raptus,cum Deo ſuo in ſpiritu conuerabatur; Spiritus enim ſcrutatur (Apoſtolo teſte) etiam ccculta Dei. In concionum frequentia, præterquam quod no in loco Hiſpanis verba faceret,tamen inter diuerſas Dia ectos populorum accurrentium, integerrimè percipiebaur, cum nec populi mutua ſua ſenſa verbis ſatis inter ſe periperent.

Concionibus ſuis hoc emeruit, vt vulgatæ mulieres, llectæ ſpiritus dulcedine, turpe commercium in ſeruitium Chriſti commutarent. Aliæ de plebe, & quædam nobiliſſinæ, perpetuò Deo caſtimoniam deuouentes, clauſtra quærerent, quibus abſconderentur. Aliæ in medio ſæculo, virginitatem Sacrantes ſponſo æterno, cum ſtupore inter llecebras, immobili pudicitia florerent. Jnter diſcipulos ſanctos,Beatam illam Thereſiam à IESV, mulierẽ ſuper baſes argenteas ſolidatam,miraculis claram,Electam;& timoratam; Alteram nobilem & Sanctam Matronam, Maldonatam numerauit; Cuius ſanctitatis eminentia, & ab Epiſcopo Placentino, ad indubiam veritatis trutinam deducta, & ab Auctoribus Egregiæ fidei commendata fuit. Gonzag 3. P. Prouinc. S. Gabrielis.

Raptibus, ex nimia deuotione, quantis, ſæpiùs amotus à ſe fuerit?

CAPVT X.

NON rarum erat Seruo Dei, diſtentis brachijs, in formam crucis, orationem per horam texere, & oculis in cælum coniectis, lachrimis, ac ſuſpirijs agere cum dilecto, donec tandèm extra corporis vſum, in ſpiritu raptus, ſtaret quaſi prodigium multis, eleuatus à terra, & ſociatus cum Deo ſuo; ſæpè in hunc modum matutinis in Choro intererat, vbi à Spiritu in Extaſin citabatur, (non enim eſt in hominis poteſtate ſpiritus eius) illius inquam, qui nihil quæreret extra Deum. Sed, longè maior deuotio erat aſtantis ad Altare Dei; cùm nempè tremendum negotium conficeret; ibi viſus eſt ſubindè, lachrimis adeò diffluere, vt humectans omnia ſua, in liquorem reſolui debere totus putaretur. Teſtimonium dabant illi qui de foro ſunt; ſe quidem ſermonibus Angelicis Petri, ad meliorem frugem moueri, & indies reſipiſcere, Verùm ſacrificijs eius, duriſſima quoque corda inuitari ad complorandum; & diligendum eum, qui propoſita carne ſua, in cibum, tantopere dilexit nos; quo tempore autem eum inter ſacra eleuari & rapi contigit, ipſe ad finem miſſæ artificioſè emiſſo clamore (fortè in deſpectum ſui) ſubitò in cellam abſconſus, duellum cum Dæmonibus impugnantibus eum, crudeliſſimum ſubire, à fratribus auditus eſt: quem ſanè viſibili ſpecie, non rarò in domūculam ſuā terribili furore conſequebantur. Tales autē Extatici raptus comprehenderunt virum, etiam loquentem, de rebus diuinis, potiſſimùm cùm Amor DEI in colloquium duceretur. Mox enim ille Ebrius miratione: Deum ne, inquit, incarnatum eſſe pro me? Deum hominem factum? Deum carne mea veſtitum? ſimiliaque verba, gradatim, voce

oce creſcente, reſonabat: donec prorumperet in vocifera-
iones immenſas, quibus quaſi volitans in cellam, continuò
nſenſatus, corporis ſenſum & vſum perdidit, ſupra tres ho-
as ſæpè, hoc modo, perdurando. Quo die, Nouellus quidam
acerdos, Miſſæ ſuæ experimentum faciens, canendo in
orto, S. Ioannis Euangelium (Et Verbum Caro factum eſt)
rouinciaret, Beatus inaudiens, totus in ſe globatus, & per
erem, altitudine duorum cubitorũ celerrimè volans, qua-
uor oſtia inoffenſo corpore tramiſit, tandem (ante venera-
ile), in genua poſitus; fratribus ſecutis volitantem, in præ-
ntiâ eorum diutius in Extaſi obriguit.

Itaque hoc ordinarium factum eſt Amanti; ſtatim ad
ocem humanitatis aſſumptæ, dilecti ſui; vel ad pium ali-
uod ſcripturæ verbũ prolatũ rapi: nec erat potens cohibere
, vtcumque multis conatibus id egiſſet, vt ne raperetur in
onſpectu ceterorum; ſiue enim in oratione, comtemplatio-
e, officio diuino aut conuerſatione quacunque dulcedo
iritus afficiebat præcordia Patris, fiebat cor eius tanquam
era liqueſcens in medio ventris ſui, & rapiebatur, quam-
unque impreſſionem ſuſcipiens ab amore dilecti, vim paſ-
us propemodum, à ſuperueniente ſignaculo virtutis Altiſ-
mi; vt iam non viueret lubitu proprio, ſed vita motoris.
onnunquam in Crucifixi conſpectu, tanta conuerſationis
neritudine actus eſt, vt crucigero modo, brachijs proten-
s, extra ſe ſiſteret, & nubeculis tralucidis, circum caput
oronatus ſplendeſceret.

Quanta; Prophetiæ dono; quæ Probata ſunt euentu, prædixerit.

CAPVT. XI.

PROPHETIÆ dono mirabili præcinctus; alijs ſpolia, deie-
ctiones honorum; ſubitaneam mortem, alijs nonnullis
agonizantibus purgatorium præſagijt, neq; cecidit ex
verbis

verbis vir Dei in terram; quin prædicto caſu, die, & hor complerentur. Prædixit Socio aliquando febrim, ſi ex aqu (non obtenta licentia)per viam hauſiſſet; præuaricato ver eidem, paroxiſmus valdè peſtilens membra corripuit; vnd tremens, ac ſtupens,& culpam ingenuè faſſus; rurſùm à va ſuo Beato liberatur.

De Quadam mira electione, & Charitate Serui Dei, & principio nouæ Reformationis cum aliquot miraculis.

CAPVT XII.

CVm ſecundò, Beatus Petrus, ingreſſus eſſet Capitulun pro electione Prouincialis, Prouinciæ S.Gabrielis,in ſitato quodam miraculo, calculis votorum ad Electi nem diſtributis; paria ſæpiùs vota prodière; pars vna, ſu fragantibus calculis, in Petrum ſtipulabatur; Pars altera Ioannem de A bula, eiuſdem Prouinciæ Patrem ſortiri geſ ebat. Repetito igitur aliquoties votorum ſcrutinio, ſte continuò in paritate votatio; vrgebat hoc ſacrarum ſortiu bilibrium, ipſa inæſtimabilis vtriuſq́ue viri canditati & el cti ſanctimonia, quæ vel ab ipſâ, hinc indè, ſuſpiciebat Authoritate Regum. Nec erat domeſticis patribus, ſatis perta cognitio, vter è duobus alteri coram Deo præferend cenſeretur. Donec tandem Spiritu Sancto (qui difficulta bus iſtis ſuffragiorũ B.Petrum tanto amplius clarere volu edoctus, tertium elegit, Miniſter Generalis totius ordin (qui nec ipſe inter ſanctos ambos multis adhibitis conſil diſcernere valuerat)Deo aliud ordinãte; vt alter Electorur Prouinciã Arabidæ quaſi fulcrũ locaretur. Alter Prouinc S. Ioſephi, aliarumq; Reformationum fundamenta locare

quen

uemadmodum res ipſa, mirabili euentu, diſpoſitionem
iuinam edocuit.

Pergit è Prouincia ſuâ, Zelo Strictioris Obſeruantiæ & Reformationis inducendæ in alias ditiones.

CAPVT XII.

INSTAR fornacis, cor viri Beati, æſtuabat amore: cupiens cum Paulo omnes eſſe, ſicut ſe ipſum; ideoque alijs, bona forma, futurus: ex veteri domicilio ceſſit. Ne autem in nouæ Prouinciæ erectione à Patribus Obſeruantibus quemadmodum cæteri conſimilis ſpiritus anteceſſores ius) impediretur, poſtquam Miniſtrum Prouincialem bis, Prouincia S. Gabrielis, cum laude, peregiſſet: ſub obedientia Magiſtri Generalis Franciſcanorum Conuentualium, Apoſtolici diplomatis legitima facultate, ad id accedente) d intimiora montis prærupti, vigeſimo lapide, à Placentia, ntiquioris Caſtellæ ciuitate, diſtantis, irrupit; ibidemque on longè ab oppido, Hiſpanis Cannaueral, Latinis Aruninetum; in medio nemore ædiculam ſibi, & poſteris in hriſto, ex vili ſylueſtrique materia pauperrimam de Peroſo, conſtruxit; quæ ſic dicta eſt à pago eidem Conuenui vicino: fauitque Deus Sancti propoſito, inclinans aniium Prælatorum, & ſummi Pontificis ad conatus eius pronouendos; quamobrem cum intueretur Eccleſiam paruum cum refectoriolo, & modico dormitorio perfectam; innitis exultans gaudijs Deo ſuo, & Beatiſſimæ Virgini, (cui emplum illud dicauerat) conuerſus ad fratres eiuſdem Spiitus & animæ; Dilecti mei inquit, ſufficit illa ſtrues, nihil mpliùs; nihil ampliùs: Væ illis qui deinceps plura deſideantes ædificia, ampliare voluerint; & humiles caſas habi-

tare contemnentes, laqueatis muris, & turgentibus maieſta re tectis ambierint. Hæc omnia eò ſtrictiùs inculcauera ſocijs, quò ſpiritu certior eſſet, ſurculos illos Recollecto ſtrictioris Obſeruantiæ, ex ſe oriundos, Nouos Orbes, plar tulis Chriſtianæ Religionis imbuturos. Adde quod non ig noraret, venturos ſimulatores, qui paupertatis fucata ſpeci Nouercalem ſuorum inuidiam contra ſuos, per compita & plateas, ſine fronte machinarentur.

De miraculis alijs.
CAPVT XIV.

MIRACVLORVM Beati huius, potiſſimè Abulæ, & in oppido Arenarum, geſtorum numerus innumera bilis eſt; quippè qui indies nouorum accremento, v deatur ceſſare non poſſe, vel etiam iam inde à morte Bea adeoque multitudini ſuperſedemus, aliquid, alijs lucubra toribus ad volumen particulare, demittentes.

Jllud non ſemel compertum eſt, virum Dei, ſola ma nuum impoſitione, multorum inſanabiles plagas reſtituiſſ Alios verò, tactu ſolius dexteræ ſuæ, Religionis Spirit imbuiſſe; qui velut compedibus intercepti, & ligati; tra hi ſe in odorem ſuauitatis illius, ad iugum CHRISTI con gratulabantur.

In Pago Petroſi, ad officium diuinum obeundum inui tatus, cum multitudo gentium illius deſiderio confluxiſſe inimicus Sathan, eam in aere intemperiem, ventis furenti bus, & arenoſis circumactis tumultibus, excitarât, vt tem plorum ornatus, & altaria, cum tremendo ſacrificio (fieba enim ſub dio, in loco plano) raptare minaretur. Populu exhorruit pauore; Clerus ſollicitudine templi, ne Sacrile gijs in tumultu pateret, expalluit. Itaque refugio, ad virun Dei, reſumpto; periculum (quod patebat) orationibus eiu

propul

ꝑropulſari fidenter inſtitere: Nec mora, populum ne time-
et, animando, in precem ſeſe contulit; cum ſubitò circum
oca, quibus diuina frequentabat vniuerſa concio plebis, ſe-
enum cœlum arridens, omniũ animos exhilararet; alioquin
æteras plagas vicinas, nox nubium atra cõtegens, tumultu-
ntium Chaſmatum vibrationibus aſſiduè coucutiebat. Non
mmeritò, filiò ſapientiæ, naturæ Elementa propitia fuêre;
uæ olim in populo Dei, inditã naturæ ſuæ vim ignoraſſent.

Finalis Epilogus Beati Petri Alcantarenſis.

CAPVT XV.

BEATVS Noſter, qui virtutum omnium decore radiauit, & iure optimo, omnium in Ordine dignitatum præeminentia, à Deo commendatus effloruit (Tandem nim, à Capitulis collectis, in ſupremi Commiſſarij mu-
us Prouinciæ Sancti Ioſephi ſubrogatus, eos fratrum
ores, & in agendo Religioſitatem comparabat, quæ
el ipſum Seraphicum Patrem decere, totumque Ordi-
is ſtatum in priſtinum locum reducere valuiſſent) Inter
ætera, voluit Sanctus, paupertatis amantes, non
inus charitate profluere, quàm penuria; vt etiam
a, quibus propria neceſſitas, illos carere non poſſe
emonſtraſſet, tamen petentibus erogarent. Innumeros
aque (per vices) colligendo pauperes; & peregrinos, alio-
umque ordinum, hoſpitantes; cum domi ſuæ alimonia pe-
itùs defecerat: Petrus oratione ſua, panum fruſta multi-
licans, interdum reliquias vnius exiguæ ſimilæ, in vſum to-
us Conuentus, cũ hoſpitibus, ad ſaturitatẽ omniũ diſperti-
ꝯ eſt. Quod miraculum multiplicationis, adeò ex confor-
o B. illius excreuit in monaſterio illius loci (dicti Petroſi)

vt fratres reliqui tanquam diuinæ Arithmeticæ modulo (a
multiplicandum comparato) panes paucos, in plurimos
orationibus ſuis auctos, inter egentes diuiderent.

De mirabili humilitate, abſtinentia, & virginali pudore Beati Petri.

CAPVT XVI.

QVANTO maior erat, humiliabat ſe in omnibus,
coram Deo, & hominibus inuenit gratiam. Qui
inquam, de humiliatione Beati huius? vilitatem d
xiſſem: quandò in oculis ſuis adeò viluerit, vt cum ſuprem
ordinis dignitatibus iteratò ſæpius effulgeret; nunquam t
men à viliſſimis clauſtralium neceſſitatum munijs, abſte
reri potuit; multò minus abſtineri. Tametſi ſubinde, infi
miori corporis ſtatu, eximere ſe potuiſſet. Inquirentibu
autem cæteris, tanti ſui vilipendij cauſam; & exhortantibu
vti præeminentiæ ſuæ moribus vteretur. Reſpondit, ſic e
tractari oportere, qui apud Deum, adhuc multorum debit
eſſet; ſic expedire defectibus ſuis; vt impleret omnem iuſt
tiam, qui alijs poſitus eſſet non tam regendi, quàm præeun
Magiſter. Bacchanaliorum dies, ille, vſque eò exhorrui
vt maluerit, nec nominari inter ſuos, ſicut decet ſanctos, qu
bus nec ſcurrilitas, nec ſtultiloquium, nec ſimile, quod a
rem non pertinet (vllo veterum Sanctorum exemplo) co
uenire poteſt. Et quia diebus illis furialibus, ipſi quoq
qui ſeculum abiurarunt, moribus ſeculi inquinari; lautior
bus viuere; poculentis animoſè madefieri; recreationibu
(honeſtate palliatis) inſanire; nocturnis (Baccho) præcent
pernoctare: bolis mox remetiendis, ſeſe farcire, & ingurg
tare; æqualibus poculis rationem prodere, & perdere; v
mitum ſine honore concitare, quæcumque in buccam ven
rint

int, eructare; ludis & luſibus deſipere; & hoc viliſſimum, ſatanicæ conuerſationis, ſeruitium, non modo laudare; ſed inſuper inuito Deo, & ſanctis, quaſi pro patrio more defendere; & ridiculam præſcriptionem conſuetudinis auitæ prætexere; eoſque (qui de hoc foro Sardinapali) nec eſſe deſiderent, nec (obſtante conſcientia & bona moralitate) delectentur, inſanos & deliros edicere; communitatibus exemptos deſpicere, ſubſannare; ſuſpectos habere; proſcribereque aſſueuêre. His inquam attentis ſeculi moribus; Beatus Petrus, quo die furebant alij, cum ſeculo nequam; pauperculos ſuos in culinam accitos, ſanctiſſimaque collatione ſacrarum rerum paſtos recreauit; animis itaque ſacris exemplis amoris ignem concipientibus; perrectum eſt in Eccleſiam, vbi multis flagellationibus, emacerato corpore, oratum eſt pro ijs, qui fortè Maieſtatem diebus iſtis, offendiſſent, eſſentque forſitan offenſuri. Neque defuit huic rei famæ publicæ teſtimonium. Nam cum populus (more ſuo curioſior) in actus iſtorum fratrum attenderet: concluſo inter ſe conſilio, ad ianuas, & Cœnobij feneſtellas, & quotquot erant, rimoſa loca, & ea (vndè conuerſatio iſtorum percipi poſſet) latenter arrepentes, longis horis auſcultando; inaudiêre ſermones ſacros, flagra diriſſima (quæque ſupra meminimus) non abſque ingenti ſtupore, & ædificatione; profitentes quidem ſuis tergoribus (qui helluati eſſent) deberi flagella, non illis qui ſobriè, & piè & iuſtè vixiſſent.

Reſtabat ſummis labijs attingere, virginalem pudorem Beati noſtri, creuerat enim cum eo à lacte nutricis, ingenita quædam verecundia, & pudor, non duntaxat in ijs quæ lege prohiberentur; ſed & in ijs quæ (vel ipſa neceſſitate compellente), licitè ſuſtinerentur; ideoque nunquam in conſortio vllius alteri⁹ religioſi, loca ſecretioria petijt; quod nimirum ea pudoris eſſent, non decoris; confuſionis non communicationis; erubeſcentiæ, non conniuentiæ: in quibus, teſtimonium

nium viuum eſſet, reliquiarum extraducis vitio prouenientium; & Camerina malorum: quæ licet neceſſitate frequentetur, nulla tamen honeſtate in conſortio; multa quippè, licitè quidem agi; ſed illicitè videri; ideoque & Sanctus, oculis ſuis legem prohibitiuam, à proprio ſuo inſpiciendo corpore, poſuerat; ne periclitaretur innocentia. Verè filius columbæ, cuius oculi loti eſſent lacte innocentiæ: iſtis iam contuetur facie, ad faciem, eum, quem dilexerat, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum cui eſt honor in ſeculum. Amen.

IN B. PETRI ALCANTARÆ LAVDEM.

DAT tuba, Terribilis Belial, Taratantara Mundo,
Proripit hunc; Gabriel, proles Alcantara, fundo.

Glorio

GLorioſum, idemque celeberrimũ, ſex Patrũ, Minoritar, Recollectorum, inſuperque viginti Iaponum Chriſtianorum, Martyrium; quo, apud Indias Orientales, Iaponiæ, Anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto (magnanimo certamine) conſummati ſunt, &c. Ex ſcriptis R. Patris Ioannis de S. Maria Hiſpani Diſcalceati Franciſcani, tranſſumptum, &c.

De Mißione trium Patrum in Iaponem, & illius cauſa.

CAPVT XVII.

TAicozama, Quabacundonus, Imperator Iaponiæ, homo ſtaturâ, & genere vilis, & quidem paruus, ſed animo ſuperarroganti, ſeptuaginta Iaponum Regna, que in eo Imperio Potentatus, & regiones, cum alijs gentibꝰ, decennio quidem (& vnus ante alios omnes) ſuo ſubiugarat imperio. Exaltato itaque ad tantum faſtigium regno suo, eleuatum eſt cor eius & cogitatio illius in eo fuit, (tanquam alterius Nabuch) vt omnem terram ſuo curuaret dominio. Cui perſuaſioni, præſumptores Genetiliaci augures, (qui obſeruatis Natalium eius conſtellationibus, vniuerſale ei regnum repromiſere) animos inſuperabiles, & cupidine inſaturabiles addiderunt. Vndè, cum ex Indijs occidentalibus, legatus ad aulam eius muneribus onuſtus, vt fœdus cum eo iniret, veniſſet; & iam perindè, inflatus Rex, ex inſulis Philippinis propinquioribus, ſigna quoque ſubiectionis, vel ſaltem

ſaltem amicitiæ præſtolaretur; nec vllum apparere conſpi-
ceret; frendens indignatione per legatum ſuũ duas diuerſis
temporibus Epiſtolas, ad Gometium Peretium, Guberna-
torem philippinarum, Ciuitatis Manilæ, Inſulæ Luzonis,&
aliarum Mitropolim miſit. Epiſtolæ primæ, (oſtentationis
ergò) enſem addidit, quem vocauit Quihocan, quod à quo-
dam ſapiente, latinè redditum, ſonuit (Gui) amor, vel, ſig-
num amoris, (ho) ſubiectio, (Can) mare; quaſi ſenſus eſſe
in enſe; mitto tibi, hoc ſignum amoris fraterni, vt venias vl-
tra mare; & recognoſcas Imperium gloriæ noſtræ; Litera
verò crepabant oris ſuperbi magnanimitatem; Qua deſide-
rabat Hiſpanorum ſubiugationem, potiùs quàm amicitiam
Gubernator Philippinarũ, viſo dicterio ſatìs ſerio, extimu-
it; veritus potentiam, & fortunam barbari, tàm propinqui
quem & primates omnes Hiſpani exhorrebant; ſcientes in
Caſtro nouo ſuo, nondum completo, & firmato, pauci
cum militibus, furori indomiti Regis Tyranni, obuiari neu-
tiquàm poſſe. Itaque Anno milleſimo quingenteſimo no-
nageſimo ſecundo, vigeſima nona Iulij, ex conſilio proce-
rum, ad Quabacundonum cum duodecim enſium, & pugio-
num donario, ablegatur P. F. Ioannes Cobos Dominicanus
inquiſitum pergens, de præſumptione & animo Gentilis Re-
gis, (quibus agnitis & renunciatis) de medio fieret, quo
ſtatui, & Religioni conduceret. Sed cum Pater Ioannes ho-
norificè exceptus ab eodem Cæſare, aut Rege Iaponis, & l-
teris ab illo, cum vltima reſolutione acceptis, Luzzonem re-
uertitur, conſcendens nauim aliam, ab illâ, quâ, Iaranc
Quaimmo qualificat⁹ Taicozamæ legatus, ad eundem loc
mittebatur, in Inſulam formoſam appellens, à barbaris Ind
interfectus eſt. Quamobrem Gometius, & ciues Manilæ, a
euitandum omnia pericula imminentia, cum ex vnico il-
legato, literiſque Quabacundoni, exſpectationi ſuæ non ſ
tis fieret, & cordib⁹ ambiguitas impreſſa, magis increſcere
aliun

lium patrem alterius ordinis, nimirum patrem Petrum,
aptiſtam Diſcalceatum, ordinis S. Franciſci, ad arduam,
ericuloſamq; adeò legationẽ, vnanimi cõſilio deſtinauêre.
Qui Baptiſta, ex caſtro S. Stephani in Hiſpania oriundus, in
reſſus religionem S. Franciſci in Prouincia S. Ioſephi Diſ-
alceatorum, in perfectione religionis egregie profecerat.
Hic ex Petroſo portu (Picco) ſoluens, in eas inſulas Philip-
inas, à prælatis miſſus eſt, volens quidem, & geſtiens zelo
onuerſionis animarum eò contendere: ſed quietẽ maluiſ-
et (iam enim tùm, officium prælationis, vt eſt Cuſtodiatus,
prouincia S. Gregorij abſoluerat: (proinde cupiditate ali-
uantulæ quietis, quâ maiori cum feruore, orationi, & con-
emplationi vacaret in conuentum ſolitarium ſeceſſerat)
um aliud nutu diuino per obedientiam, nèc opinatò impo-
eretur. Hæc dum ſub manibus ſunt: deſiderio Guberna-
oris, & ciuitatis Manilæ, noua ſe oppoſuit difficultas, & non
arua ſane, ex litteris Apoſtolicis Papæ, Gregorij decimi
ertij, à Patribus ſocietatis Ieſu impetratis, obortæ; quibus
rohibetur, ne aliqua alia Religio, in Iaponem ad prædican-
um Euangelium, præter eam (ad euitandas confuſiones, &
ericula in Euãgelij diſſeminatione, ac diuerſitate prædica-
onũ, inſurgentia) proficiſcatur. Et quod aliàs, laudabiles
atres illi, primoque S. Franciſcus Xauerius, hanc nouam
ineam prolixis, duriſque laboribus, fructu cumulatiſſimo
equente, plantare cæpiſſet. Viſis ergò diplomatis Pontifi-
ijs ad valuas Manilæ, publice ſignatis: P. Petrus receptui ca-
ens, legationem ſuſcipere tergiuerſabatur. Donec inter
arias Religionum, Manilæ florentium, familias, doctiſſi-
orum votis, conſilijſque fatigatis, ſententia demum com-
unis omnium prodiens, decerneret: nequaquàm legatio-
em illam pontificiæ voluntati obſiſtere, ſiquidem, earum
nſularum bonum vniuerſale ageretur; quod, per poſitiuã
egem, quæ tali caſu, vim obligandi amitteret: haud qua-

quam præiudicium ſuſtinere deberet, maximè diuina & naturali lege (modo prædicto ſuperueniente) præſertim cum Patres S. Franciſci, iam olim ex breui fælic. recor. Sixti Quinti, facultatem prædicandi Euangelium in Indijs Occidentalibus (inter quas etiam Inſulæ Iaponiæ continentur) acceperunt. Quare Iaranda legatus, adijciebat animum a expeditionem; & omni ratione atque inſtantia perurgens nitebatur pro rei dignitate, & æſtimatione ſui tuenda; adhibere ſocios functionis ſuæ, Patres Diſcalceatos S. Franciſci; quos precibus quidem ſuis, multùm exoratos, in Iaponem conduxit, aiebat ſe in hoc, obſequium præſtare Taicozomæ, qui fama eorum, & ſancta paupertate commotus eos & videre coram, & audire vehementer exoptaſſet: Et quod idcirco in Iaponiæ Regnis, mirificè ſuſpiciēdos, ac ſuſcipiendos eſſe prædiceret. His, euicit, Iaranda, doctorum animos, & ipſius Gubernatoris, qui admonere denuo P. Baptiſtam (quo, excellentiorem ſanctioremque occaſio non præbebat) & communi conſenſu, legationem illi inſtante obtendere cœpit: potiſſimè quod virum religioſum, a omni ambitionis cupiditate remotum, eoque ampliùs, egregia literaturâ famoſum, diſcretum, munerumque ſimilium ac maiorum capaciſſimum, agnoſceret.

Talibus euictus P. Baptiſta; & tot illuſtrium eruditione virorum ſententijs innixus, propoſito ob oculos vn diuini honoris ſcopo, & zelo animarum; ſtatuit pro Chriſto legatione fungi; & ſubitò Gubernator, habito illius conſenſu, conuertens ſe ad tanti momenti expeditionem, Capitaneum Gonzaletium, cum decenti commeatu comitatuque, pro Patribus conducendis, elegit. Tandem litter à Gubernatore munitus, pridie Kalendas Iunij anno 159 conſcenſa naue, tribuſque religioſis Ordinis ſui F. Bartholomæo Ruitthio: Fratre Franciſco de S. Michaele, ſiue parilia & Fratre Gonzalo Garzia, Laicis, & conuerſis, in ſocieta

ten

:m aſſumptis; profectus eſt. Quorum poſteriorum, vtriſque, opera, Pater legatus ſummoperè iuuabatur, quod poremus, (id eſt) Gonzalus, Iaponiorũ idioma (vtpote parenbus Luſitanis in India orientalis progentius) eleganter cal:ret; Is in ſeculo quõdam mercurialibus mercatorum neotijs, implicitus: aliquot annos in Iapone tranſegerat; & um lautioris fortunę ſpe, in Philippinas traieciſſet. Vbi Mailam vrbem attingens, deuotiori animo frequẽtare cæpit)iſcalceatorum S. Franciſci cœnobium, eo loco; captuſque more conuerſationis illorum, diuino nutu, Ordinem ſuſepit; quo digniorem ſe quotidie reddens, inculpabili vitæ :elo, viam ad martyrij palmam diſpoſuit; & iure merito, vt ſdem in Regionibus, mercaturã ſanguinis Chriſti, animaus impenderet; qui in illis peritura mercium cõmercia de:iuiſſet; ibique de marſupio cordis, proprium ſanguinem, nderet, prõ Chriſto; qui ſubſtantiam alienam aliorũ è reus exſuxiſſet; erat is igitur Patri Baptiſtæ, non minus vſui, uam Paulo, Lucas medicus (cuius laus eſt in Euangelio) ſed : in Iaponum Regione Taicozoma ardentiori in eum fereatur affectu, quod prius eum Mercurialem virum, & ſtreuum negotiatorem expertus; iam modò derelictis omnius, extremam paupertatis mendicitatem elegiſſe, cognoiſſet: proinde facilem ei acceſſum repromittens, quodque etiturus eſſet, impetraturum, nullo negotio, ſtipulabatur. Hæc de Gonzalo præmiſimus; cæterum Frater Franciſcus le Parilia &c. Palentini Epiſcopatu Hiſpaniæ natus; cum etatis eſſet viginti quinque annorum, habitu minoritico in ?rouincia Conceptionis indutus; iam multis annis exactis, vitã ſelectiori, & ſanctiori præ conſortib⁹ ſuis prouocabatur, demùm ſpiritu feruentiori ſtimulatus, ad Prouinciã S. Ioſephi Diſcalceatorũ, progreſſus, dignatione diuina in Philippinas Inſulas, cum alijs deuotioribus euocari, & miraculis clarere promeruit. Orationis virtute inæſtimabilis erat,

cuius ſanè fructum Iaponiæ regna poſtmodum compere-runt. Ingenio,& memoria quadam cæleſti,quidquid primo aſpectu obueniret apprehendens, fideliſſimè tenebat; linguam Iaponiæ per modum ludentis imbiberat; tantiſque à Deo gratijs cumulabatur, quantis expeditio B. P. Baptiſtæ vllatenus ornari potuiſſet. Tres itaq; illi, è Manila ſoluentes ſulcatis ſuperatiſq; innumeris, procelloſi maris illius, furijs ac periculis, ſaluo commercio in primum Iaponiæ portum, Firandum, nomine, incurrerunt: Quorum aduētu comperto; Imperator, proceres duos ab aula (quorum alter per aquas, alter per viam continentis, in occurſum irent,) cum magnifico apparatu, & portatilium ſedium faſtu, quibus (Iaponum more) per humeros portarentur, ablegauit: Ill verò ſimplicitatis ſuæ ac mendicitatis obtentu, commoditates oblatas renuêre: ac glorioſo illo contemptu, coram vniuerſo conductu Cæſaris, commendatores effecti, gentem ſibi gratulatum emiſſam, ipſi nudipedes, terreſtri itinere ſecuti ſunt. Taicozama, viſis pauperculis, humilibus, & abiectis, exultauit præ gaudio; &, vero inquit, iſti genuini Chriſtiani ſunt; Quare gratias agens Firandæ eorũ conductori, ſingulari illos cõplexus amore, longo eos ſermone, ſuperbo quidē & pleno maieſtatis (ne verba legationis ſuæ prius edicerent) detinuit: confirmanſque priores literas ſuas, quibus Philippinarũ ſubiectionē & obedientiã (Barbarus Imperator) exegerat; loquendi finē fecit. At P. Petrus Baptiſta, obedientiã reſpondendi Gonzalo imponens; ipſo interprete legationem ſuam expoſuit. F. Gonzalus accepto mandato; coram tumente Cæſare, ſuper ſtoream ſedens; tanta libertate, & ſpiritus acrimonia, cum Monarcha, contulit, vt Aulicorum turba, mutuò inter ſe conuerſa, ad nouitatem agendi, & pauperis animos, obſtupeſceret. Ille perorans, capta modeſtiſſimè obedientia, refricare memoriam primùm, magnanimo Imperatori qualē

Epiſto-

ɔiſtolam Luzzonem miſiſſet, per eam, non obedientiam,
d amicitiam mutuam, poſtulatum: deinde auſus in teſtẽ
duocare Iarandam Legatum eius, hæc ipſa, illum, in lega-
onis ſuæ decurſu confirmaſſe. Ad quæ, Quabacondonus,
on inficiamur inquit, ſed veremur, ne fidem, vel vno ver-
o, nobis reſeruent, quibus maieſtatis noſtræ voluntatem
nuimus: Proindè iuſta moti præſumptione, bellum moui-
ius regno Coreæ; & à Luzzonibus ſecuri atque indemnes
ſſe volentes, arma minati ſumus; niſi iugo noſtro colla ſub-
idiſſent. Cui Frater Gonzalus, replicando; at nos, inquit,
hriſtiani ſumus; quos minimè decet, vlli morem gerere,
ræterquam Deo, & legitimo Regi; qui cum eius ſit poten-
æ, vt nulli hactenus terræ Regi ſubiectus fuerit, ab eo ami-
tiam, non obedientiam exſpectandam eſſe. Quam ſi ten-
re placeat; ipſos ſe, manſuros obſides in regno Iaponiæ;
onec, quid opus facto fuerit, reſponſis Regis innotuerit.
acuit propoſitio Quabacondono, iuſſis ergo noſtris ſuo lo-
ɔ in tranquillitate conſiſtere, amicitiam Hiſpani Regis
iagnopere deſiderauit.

Hinc eos ad conuiuium Regale, lautiùs exceptos, ad fa-
iiliare poſtmodum colloquium admiſit; interque ſermo-
em, pendulam chordam R. P. Petri, (quæ frigidior erat)
pprehendens, ſcapulas proprias ſubindè percutiens, com-
aſſionis verbis emiſſis, quantæ, inquit, aſpredinis erit diſ-
iplinatio veſtra? Similesque affectus multos, iuxta aliarum
erum dubiola, & curioſitates (quas mouebat) interſeruit,
emùm illos commendatos aulicis primoribus dimiſit; cu-
am ſpecialem illorum cuidam Combaco demandans, qui
os medio Annoimpendio Cæſaris aluit; Cæſare frequen-
ùs indagante, qui ſe haberent? quid deeſſet? quid deſide-
arent? inſuper & regiam Gazam, vrbem, & magnificen-
am gloriæ ſuæ monſtrari pauperculis (quamuis ijs non
ucerentur) præcepit.

P. Petrus Meaci pro Chriſto & Rege fideliter agit, conuentum locat.

CAPVT XVIII.

STRENVE ſe geſſit toto quadriennio impenſus in obſ
quium Dei & ſui Regis; erat autem miſerrima Cathol
corum rerum facies, in Iapone, ſubuerſa, & turbat
omnia. Nutare plures in fide nouelli, veterani retrò co
uerti; laudabiles Societatis Ieſu Patres in exilium agi, ſ
capitis pœna reditum interdici, templa, & altaria proph
nata, euerti, paſſim cum horrore cernebantur. Hic op
erat virili pectore, & inconcuſſo: Induit ergo galeam fid
Petrus, & armaturam Dei, quod eſt verbum Euangelij, ſ
timque præmeditatus quo modo frugiferam illam Ieſu S
cietatem (quæ primò ibi ſurculos fidei Chriſtianæ plantar
in integrum reſtitutam, ſociam haberèt laboris in vine
Domini, vt iunctis Symbolis copioſior vindemia legeret
Factum eſt, tandèm miſerante Deo, & Patres optimi, q
ſi poſtliminio redeuntes, recepti ſunt in gratiam Quab
condoni, templa eorum reſtituta; quæ corruerant, redi
tegrata; & Euangelium denuò propalari cæptum.

Multis animabus reſpirantibus; quas Boreas perſec
tionum, vt plantas tenellas in latus antrorum impuler
multis ſurculis alijs reuireſcentibus quæ exaruerant præ
more non vano. Alijs tandem ex Barbariſmi maledic
ſolo, nouitèr acereſcentibus. Vt abundantiſſima meſſis
horrea Domini pararetur,

An verò, ſeruus Dei, Petrus, iſtis conatibus obſequ
vtile, ſuo regi Catholico præſtiterit, teſtimonium huic
ponant pax, & amicitia, quæ per ipſum inter Hiſpaniam,
Iaponem ſtabilita eſt, & poſtquam firmata fuère fœder

ſæp

ſæpius fædifrago ac infideli Imperatori, aduentum cum exercitu, in Inſulas Philippinas, impedierit (prout frequenter erumpere ſategit, nulla pacti, & pacis ſtabilitæ ratione motus) nec mirum videatur, eum qui Deo fidem recuſet, hominibus infidum exiſtere. Certè habitatores Manilæ proloquentur, quantis fluctuantibus, Conſiliorum dubijs hæſerint; cum ad ſolum nomen barbari Quabacondoni (quòd furias eius noſſent) concuſſi trepidarent, videntes regionem ſuam munitionum potentia, non poſſe reſiſtere, ſi Barbarus incurriſſet. Hæc itaque territamenta, Petrus noſter, & impedijt & compoſuit. Qui tanta grauitate, & animi integritate, ſe gerens, cum ſtatus ſui humilitate grauiſſima, veſtem & perſonam ſuam cùm omnibus, quæ præcommenda fuêre, commendauerat ſolidiſſimè ſtupenti Regi; adeò vt raperentur affectu in eum Potentatus illius præcordia. Quamuis enim in omnibus maieſtatem ſui Regis tutaretur; & nomen nationis Hiſpanicæ defenderet; contemptu tamen, & humilitate ſui ſtatus, Taicozamæ voluntatem alliciebat, & interím quaſi Attilæ (alter Leo) animi ſui conſtantia, & fortitudine, ſuperbiam hominis refrenabat. Itaque induſtria P. noſtri actum eſt, vt cùm ſynceriùs Taicozamæ Cæſari, vitæ ſuæ normam innueret, & quod non vaaret, pro mandato illius, Minoritas commigrare (indies) in noua palatia procerum, niſi & ſuis in proprijs domibus ad ſeruitium Maieſtatis diuinæ, collocarentur: ſubitò Gentilis Rex, quaſi pridem, in negotio petito, meditabundus. Detur (inquit) illis Varela (quod eſt idolorum templum) vt eo ad placitum perfruantur, addite inquit & annuum cenſum vt viuant. Petrus humi gratias agens liberalitati. Locum recepit, cenſum reiecit, quòd diuinâ prouidentiâ, ſuis alimenta præberi conſtanter aſſereret; ſtupefacto Cæſare, & Aulicis eius, quorum mores in auaritia aliter comparati ſunt. Nec mora, Meaci Gubernator mandatum Regis exequitur,

quitur, fratribuſque ſitum inſpectandum offerens, optionem, loci eligendi (quem mox ille traditurus erat) obtendit; Pater Commiſſarius oſtendit ei locum, elegitque in quo antiquitùs varela erecta fuerat. Vbi duo conſideratione digna, notamus: alterum ardens & flagrans, quo, tenebatur, deſiderium, omnia vero Deo conſecrandi; volens (inſtar S. Pontificis Bonifacij quarti) locum iſtum, vbi priùs offenſus fuerat Deus, tanquam alterum Pantheom in honorem Diuæ Maieſtatis ſacrari: alterum fuit, noui operis erectio in antiquo ſitu, gentili, tentata; in hoc Sanctos, Ioſiam & Iudam Machabæũ imitatus, qui ſacrificia, in locis ab idololatris contaminatis, vni Deo dicare noluerunt, ſed altaria noua, ad hoſtias im̃olandas erexêre. Omni itaque diligentiâ, ædificium ſumptibus Imperatoris, conſurgebat in altũ nec non & Chriſtanorum, & aliquorum, etiam Gentilium, eleemoſynis oblatis, ampliatum magnificabatur; deſtinauit idem fidelis ſeruus, vt prima die Auguſti, fabrica Eccleſiæ compleretur, quatenus in ea Diuinæ laudes celeriùs celebrari, & animarum profectus ex conſecutione Iubilæi (Feſt Portiunculæ) noſtris Eccleſijs conceſſi, deſumi valeret: ædi porrò ſacræ nomen inditum voluit B. Mariæ de Angelis morem ſequens B. Patriarchæ Aſſiſiatis Franciſci, qui ædiculam ſuam, eo modo compellarat, ſub tutela Reginæ Angelorum. Vt eadem eſſent primodia Eccleſiæ gentium, quæ fuerant initia Franciſcanorum; & Portiuncula, haberetur in medio nationum, quæ fieret, conuerſis, portio in terra viuentium. Exultauit in ſpiritu S. Vir Dei, videns quod abiecto ſe, vili, & pauperculo inſtrumento, vti voluiſſet, DEVS ad confuſionem Jdolomaniæ, & gentilium errorum: Qui nimò ad ſolidandam ſaluificam fidem. Tali quidem in loco (ſcilicet vrbe Meaco) quæ, vt erat prima Regia ſexaginta ſeptem regionum; ita fuerat magiſtra & caput errorum, nunc autem fieret diſcipula veritatis: per humilem Franciſ-

cum

cum, ducenda ad regna cælorum. Et hoc quidem modo, Franciſcus, rebus omninò deſolatis, reſpirandi gratiam (vel alijs quoque filijs ſanctorum exulantibus) attulit. Parato iam ædificio, diligentia Patris Petri: apparuēte diuinitùs quædam miſticæ litteræ, (in B. V. Mariæ tabella) quæ, illa affectuoſa Canticorum 2. & 8. capite verba præferebant; *Filiæ Hieruſalem ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.* Quæ, vt vidit, à Deo illuminatus Pater; totus admiratione plenus, ea ruminans, intellexit, voluntatis Dei non eſſe, vt tanta feſtinatione fabrica conſummaretur; & ex illa miraculoſa ſcriptura cognouit, fundationem illius Eccleſiæ (quæ hoc in paganiſmo tentabatur) Dei potiùs opus eſſe, quàm hominum: atque adeò conuenire, vt mediocri quadā, & ordinaria diligentia perficeretur; Domino, (qui dat velle & perficere) finem & perfectionem rei committendo. Quamobrem in fabrica moroſiùs, & commodius procedentes, eo tempore conſumarunt; vt ad ſolennia Seraphici P. Sancti Franciſci primū ſacrificium ibidèm offerretur. Ab illa autem die, in poſterum, Diuina officia & Sacramenta adminiſtrando, perrexerunt. Conuocantes Populū campanæ ſigno, ad audiendum verbum Dei. Quatuor ergò illi Iaponiæ Apoſtoli (ſic liceat eos appellare, quod vitæ Apoſtolicæ imitatores fuerint) tanta fidelium omnium & infidelium ſatisfactione & animarum profectu prædicarunt, vt peræ grè, numeroſitatem nouiter conuerſorum, Catechizare potuerint. Vndè Satan, nequaquàm ſuſtinere valēs tot manibus ſuis elabi, Taicozamam Cæſarē per Bonzios, (ſacerdotes idolorum) præoccupauit, vt opera ſeruorum Dei euerteret, Cæſar verò contrà, maiori voluptate perfundi ſe, ex occupationibus prædictorum patrum, inſinuabat. Hoc conſiderantes duo Iaponij, Chriſtiani viri virtutibus abſoluti (nomine Iuſtinus, & Coſmas) ſatis demirari nequierunt Imperatorem, tam beneuolum factum & benignè humili-

busfratribus inclinari, præter morem truculentioris, non ita pridèm aduerſus honoratam Ieſu Societatem, exercita perſecutionis. Non fuit abſimilis hæc viciſſitudo illi, qua triumphator Heraclius Cæſar, pompaticè cum cruce Chriſti ſuper humeros ornatus, portam Hieruſalem introire conabatur. Nam inuiſibili quadam vi retent⁹, hæſit: donec ab Epiſcopo monitus, luxum regalium indumentorum vilibus aſſumptis, depoſuiſſet.

De aliorum Fratrum, Diſcalceatorum profectione in Iaponiam, de hoſpitalium ædificatione, & duorum Conuentuum.

CAPVT. XIX.

AEDIFICATO Meaci Conuentu, ſub titulo, & appellatione S. Mariæ, de Portiuncula: pro illius modicæ Minorum familiæ, contubernio; religioſus P. Commiſſarius, à Deo, noua conſolatione perfuſus, plures ſocios, & habitatores (ab eo deſtinatos) operiens; de victima nouâ, prouiſorem Deum emeruit; mouit enim Dominus, animam Principalis, P. Diſcalceatorũ, in Philippinis degentium; vt quatuor alios Patres prædicatores, ſubſidio illi tranſmitteret; Fratrem Auguſtinum Rodericum, Fratrem Marcellum à Ribadeneria, Fratrem Hieronimum de Ieſu, & Fratrem Andream de Sancto Antonio, (quamuis hic vltim⁹ præuentus morte Iaponem non attigerit) cuius locum ſubitò duo alij diuino ſpiritu ſubrogati, P. Franciſcus Blancus & Martinus de Aſcenſione, ſeu de Aguirre, Theologiæ lector, qui deinde Martyrij laureâ decorati ſunt, præoccuparunt; quibus & alij duo (de quibus infra) ſubmiſſi fuêre; Pater Petrus collætatus nouâ ſuorum Patrum Societate, auxilio eorum, & ope eleemoſynæ ex Manila collectæ, ac tranſmiſſæ per

eius

eius Gubernatorem : obſequium Diuinæ Maieſtati gratiſſimum, (quamuis nouum in illis Meaci terris) impendere ſtatuit : duoque Xenodochia, in primariâ vrbe ædificari procurans : in ijs detinebat omnes Religioſos, ad curandos, pauperes, infirmos, leproſos, deputatos, vlcera eorum, feria quarta, ſexta, & quibuſdam alijs ſpecialibus diebus, lauantes, paratos eoſdem cum fruſtulis ex tela, alijſque neceſſarijs (in locis ad id accommodatis) qui vlcera mundantes, & purgantes à putredine, ſæpius ea in memoriam plagarum IESV CHRISTI, Domini noſtri oſcularentur; Nam & is, vt animarum noſtrarum lepræ mederetur, leproſus ipſe in hoc mundo apparere voluit. In his hoſpitalibus centum triginta circiter vtriuſque ſexus leproſi cogebantur, præter complures alios, alijs infirmitatibus laborantes; quibus omnibus, Dominus Deus noſter, miraculoſè prouiſum eſſe, ita decreuit, vt neceſſarijs nullis, caruerint, (quamuis in regione, arida ſteriliq́ue ob charitatis exilium periclitarentur) Tandem, compaſſione naturali moti, barbari iſti; vel ſatius lumine ſpiritus ſancti inducti, partibus mutatis, vnus alteri certatim in ſtipis impendio ſuccedebat. Accidit interea frequenter, adoleſcentem quendam infidelem, (quem mater ſingulis pænè diebus cum prouiſione, charitatis, ad cuiuſdam Varelæ, quam venerabatur Bonzios ablegabat) eleemoſynam quam ferebat, in pauperum CHRISTI Diſcalceatorum ſubſidium impendere (Bõzijs defraudatis) cuius Zelum, & eleemoſynas, centuplo refuſas illi, Deus nouæ fidei magno fænore, & ſtilla gratiæ compenſauit. Quo tempore autem cæpta ſunt Hoſpitalia, Demon, qui nunquam dormitat, aſſiduas contradictiones commouit, vt pietatem in latus læuum impelleret. Stantibus nihilominus, imitatoribus Chriſti, in teſtamento vocationis ſuæ, & nec vnguem ab exercitijs deflectentibus, quin ea maiori fortitudinis æſtu, & aſtu bonæ ſapiẽtiæ,

continuantibus; vt per hanc occaſionem multi infideles commouerentur ad relinquēdam Idololatriam, ad cognoſcendam veritatem, & ad fidem recipiendam. Enimuerò cernentes illi, humiles fratres, operi (admodùm exemplari) ſine proprio compendio vtilitatis, intendere; conuerſi & confuſi, ſuametipſa barbarie perſpecta, & crudelitate (quæ inter alia, patres monebat trucidare prolem, prolemque parentes, vbi aut morbo miſerabiles, aut inutiles ſenio defeciſſent, vt nimirum curis, ac laboribus, ac medelarum diſpendijs ſuperſederetur.) His inquam conuicti faciliùs ad ſanam Euangelij doctrinam, reſcipuêre. Inter quos Gubernator Meaci, non ſubobſcuram, in fauorem noſtri, ſententiam publicè dederat. Certè vel ipſe Taicozama Imperator, inter refertam domeſticorum Aulam aperto ore pronunciauit; videri ſibi omninò, Chriſtum, & alterum mundum, exiſtere debere, vbi (gratuita illa charitatis officia, quæ à noſtratibus fieri videbat) congrua remuneratione rependerentur. Sententia Barbari Regis, Sed veriſſima Chriſtianæ legis, ijs omninò contraria, quæ communiter illius regni idololatræ profitentur, qui nullam aliam præter vitam præſentem eſſe perſuadentur. Rurſus Imperator ille memorans horum fratrum Diſcalceatorum vitam, publicè profitebatur pro certo compertum habere, legem Chriſtianorum diuinam eſſe, niſi ſexto eorum decalogi præcepto, deterreretur, quod nequaquam obſeruari poſſit. Blaſpemus enim Tyrannus, deformi, & ſpurciſſimo brutorum more, carnis ludibrio frena laxârat; octingentis fæminis ad libidinis petulantiam abutendo; quam turpitudinem exercere, in conſpectu non videntium Idolorum non erat turpe Regi, nec Idolorum maieſtati; Itaque & is & alij non contenti vſu naturali, & communi, inſuper in eum vſum, qui eſt contra naturam inſanierunt, tradidit enim eos, inquit Apoſtolus in

ıs in paſſiones ignominiæ, & in reprobum ſenſum, quia
on cognouerunt in ſapientia ſua Deum; qui tamen per
a quæ facta ſunt, licet inuiſibilis, cognoſci potuiſſet, ſed
uanuerunt in cogitationibus ſuis, miſeri, & infelices, &
ıter mortuos ſors illorum eſt. Conſtabilitis porrò, & ali-
uanto magis pacificatis Xenodochiorum, Meaci, rebus:
ıaxima tùm Catholicorum, tùm Gentilium ſatisfactione,
ater Commiſſarius, necdum ſaturatus, hoc ſolo ſeruitio,
uod ibidem Diuinæ maieſtati præſtaretur; ad maiorem
nimarum Regnorum illorum profectum accingitur; plu-
es Conuentus, & hoſpitalia, erigi deſiderans, in quibus ver-
um Dei prædicari, leproſique curari poſſent. Hoc igitur
ruore impulſus, aliquot fratres, qui concionibus inſiſterēt,
t ſancta Sacramenta adminiſtrarent, Meaci relinquens; in
uitatem Vzacæ, à Meaco viginti milliaribus diſtātem, pro-
erabat, vbi caſam paruulam conſtruxit, quam propter an-
uſtiam, & paupertatem nominauit, Conuentum Bethleem
ı honorem Sanctiſſimi Natalis Chriſti Redemptoris noſtri,
ı quâ, explicatu difficile foret, quantùm animabus; ſuis ſer-
ıonibus, & ſancto exemplo profuerit.

Rurſùm, cum Patre fratre Hieronymo de Iesv, in vr-
em Nangaſacchium (tanquàm illius regni portum) vbi,
ıulti Hiſpani, & Luſitani cohabitant, negotiantes; (eadem
ıtentione ac ſpiritu ductus) commigrauit. Eo loco ad fi-
elium conſolationem, à quibus maior illius pars incoli-
ır, & ad infidelium, qui in ea commorantur, capturam,
git vt Conuentus fabricaretur; optanſque conuenientem
cum perſcitè deligere; ſuo propoſito conducere ſenſit S.
azari Eremitorium; quòd illi propinqua eſſent duo Xe-
odochia. Obtenta igitur licentia à Gubernatore ciuitatis,
agano, adiuuantibus Luſitanis, (quorum ſumptibus E-
emitorium illud conſtiterat) poſſeſſionem accipiens, pe-
em fixit in loco. Hicque vna Quadrageſima Pater cum

ſodali Hieronimo (magna & Catholicorum & Gentilium applaudente frequentia) Luſitanis concionati ſunt: infidelibus ſacro eidem intermorantibus, ſatis reuerenter ac deuotè, & potiſſimum concioni, ideoque tàm ipſi, quàm Christiani, ſeruis Dei largiſſimas eleemoſynas contribuère, quæ recipientes, quod ſupererat ex tempore, cum infirmis communicarunt, prorſus ijſdem Charitatis officijs, quibus in Xenodochijs Meacenſibus occupati fuère. Tribus menſib huic pietati iam deſeruitum erat; cum hoſtis cõmunis, inuidiâ profectum animarum ferre non ſuſtinens; in ipſos terribiliorem, prioribus, contradictionem commentus eſt; qu Pater Commiſſarius compulſus eſt loco cedere, & Meacu redire. Prius tamen communicato cum DEO ſuo conſili procedere volens (cum illi, alioquin ſemper, factorum ſuorum euenta committeret) Qua die ex Eremitorio depulſus fuit; ad orationem confugit, in qua, cùm, horis quini perſeuerantibus gemitibus, inſudaſſet; ſocio Fratri Hieronimo reſpondens: Frater (inquit) ego me oppidò quietum ſentio, nec me conturbat frequens illa quæ circum capita noſtra ſtrepit, inſania; Certus ſum enim hoc in loco me purà conſcientia commoratum eſſe (tàm fretum bonâ ven Domini temporalis, id volentis, quàm Luſitanorum teſtimonio, aſſerentium ſuo impendio hanc ædem erectam fuiſſe) Quinimò Papali fultus auhoritate, & poteſtate, qua (vel immeritus) gero; confuſionem non vereor; modo ce ſerit in ſalutis animarum compendium. Deniqùe & loc iſte Minoribus nobis ſacer additus eſt; quid verò pertime cam? Videbatur quidem eius ſpiritus à longe portendere quid de ſe, & ſuis ſocijs, in eadem ciuitate Nangaſacchi, fu turum eſſet, fortè non ſine reuelatione, imminentis ſui, ſuo rumque martyrij; ſæpius enim ex ore illius auditum eſ *Sanguine multo conſtiturum, ſuum conatum, nempè idolorum cultum & ſuperbiam Iaponis è medio tollendi*, Quippè quod in nulla, va

orb

ꝛrbis, Regione tot idolomaniæ cultores enumeret Diabol⁹; ꝗuot in vna illa dementatâ Iaponiâ. Vbi cumuli errorum ꝗateruatim arrepti, ad nutum Satanæ & Bonziorum valiꝗentur. Et quantũlibet indies augmententur abominatioꝗes, diuerſis nouiſque dæmoniorum ſpectris apparentibus, ꝗ continuò ratificatis. Vt creditû facilè ſit, Regionem inꝗelicem, obſtinatâ deluſione corruptam, difficile correctum ꝗri, niſi fortè largo martyrum cruore.

Qua de cauſa P. F. Petrus Baptiſta, & ſocij, in vincula, conijciantur, & quid Fratri Ioanni, alijſque in Iapone contigerit.

CAPVT XX.

ACcidit anno milleſimo, quingenteſimo nonageſimo ſexto, in feſto Sancti Franciſci; ad portum ciuitatis Vrandi, in Iaponem appellere, Hiſpanorum vaſtam triremem (quam vulgo Galeonem S. Philippi dicunt) ꝓrecioſis & immenſis mercibus onuſtam; quam cum duobus Fratribus S. Franciſci, Philippinarum Gubernator in nouam Hiſpaniam, ex portu Gabite, demiſerat. Hæc immodicè prægrauata, principio nauigationis, infauſtum (immenſæ balenæ in mari; & in cælo magni cometæ apparentis) augurium ac præſagium ſortita; duobus menſibus cum dimidio, quatuor diuerſis procelloſis, ac terribilibus tempeſtatibus, quaſſata, adeò luxata fuit, vt fracto, & amiſſo gubernaculo; truncatoque malo nauis medio, & alijs penè omnibus, antennis, ruderibuſque peſſundatis; ingenti merciũ copiâ in mare proiectâ, ipſaque nauis compage, ventorum vehementia, ad ſingula momenta iam iam dehiſcente, hominibus non paucis ſubmerſis; alijs, poſt alios intereuntib⁹;

tandem

tandem in prædictum Portum miraculoſè, Deo ducente cum maiori mercium parte, impulſa fuerit: hominibus il egreſſis, in duas partes diſſecta, aquiſque præfocata, ſubſidi Quod mirabile ſaluationis ſuæ beneficium, à Deo, viri il per merita S. Franciſci, & ſuorum fratrum (quos in naui con duxerant) præſertim Fratris Ioannis pauperis, optimè nou accidiſſe, non dubitarunt; ſiquidem Diſcalceatus ille, & ſim plex conuerſus, vehementèr orationi continuæ, inſtitiſſet doctrinam Chriſtianam, ſingulis veſperis, toti nauali con ſortio prælegẽs, & duriſſimè ſeſe flagellans quotidie; priul quam verò, tempeſtate iactari, cæptum eſt, narrauerat ſomniũ, (vel diuinam viſionem ſatiùs) quâ, terribilia, qu impendebant illis pericula, prænunciabat; habitoque ex hortationis ſermone, ad pænitentiam, & placandum Deum vehementer ſingulos inclamabat; quibus dictis magno ſpi ritus feruore denudans ſe, vapulabat acerrimè à ſe ipſo, v iſta oculari pænitentia duriora præcordia commoliret. Er gò Ioannes ille, à prælato ſuo, in Hiſpaniam mittebatur, v de ſtatu rerum in Iapone, (vbi cum Patre Petro Commiſſari fuerat) renunciaret, quæ proprijs oculis conſpexiſſet. Se rurſùm in Iaponem ventis illatus, è naui deſcendens, mun' ab Hiſpanis, offerendum, cum ſocijs, Meacum, (vt Taicoza mæ ex parte ipſorum offerret) detulit. At verò cum Impe rator, falſò informatus, contra Hiſpanos ex naufragio erep tos, immutaſſet faciem ſuam, eoſque prius omnibus faculta tibus ſpoliatos, crucifigi peroptaret. Frater Ioannes, prodi gus vitæ ſuæ, in manifeſto periculo, præoccupare illos, mo nendo, &, quantum potuit iuuare perrexit: Hiſpanis, de hinc Vrandi, primò, à Rege illius ciuitatis, aliqualis humani tas impenſa eſt; & à Quabacundono hilaris, & benigna fa cies oſtenſa; ſecuritaſque promiſſa. Verùm malignis in Hiſ panos criminationibus effictis, & ab alijs obiectis, ſuſcitatus eſt furor barbari, in eos, nec non in ipſos Fratres Diſcalcea-

tos;

os; præſertim qui Meaci morabantur: vndè, Iura hoſpitij contra fas & æquum) violando, ex mari afflictis, non molò non commiſertus eſt; ſed & omnē conſolationem denegauit; deſolatoſque in carcerem teterrimum, tanquam morti deſtinatos, detruſit; precioſis quidem omnibus, veſtibus, nummis, ac mercibus ſpoliatos; nihil illis reliquum faciendo, præter lacera quædam, & viliſſima corporis tegumenta; *En: quos ſuperbum mare incolumes cum ſuis facultatibus, ad portum mitius adduxit; Hos tumens illa Barbaries Iaponum afflictos, & omnibus opibus, crudeliter, denudatos in littore ſuo ſpoliauit; quoſq; ſæuum pelagus fluctibus non inuoluit, ſæuior illa Tyrannis abſumpſit.* Hoc modo, euacuatos Hiſpanos, miſellos, in Philippinas Inſulas remiſère.

Cum itaq; auariſſimi aulici (præſertim Meacenſis Commaccus) immenſis, vaſtę Hiſpanorum nauis opibus inhiarēt, captaſq; omninò retinere conarentur, interimque tamen barbarum, & immane facinus, aliquo iuſtitiæ prætextu, colorare prætenderent; Imperatori multa mendacia in Caſtellanos conſarcientes, apud eundem Quabacundonum, qui recordatus fæderis cū Philippinis initi & Ciappæ) quam in pignus ſui promiſſi, venerabili Patri Cōmiſſario ac legato, prætenderat queſti ſunt; cœpit & auri famelicus Rex, conqueri de fratribus S. Franciſci, quaſi ingratitudinis eos inſimulando: quod adeò magnificè, in Regali curia; & in vrbe recepti; & aliti, ac domo liberaliſſimè prouiſi; non ſolùm nihil vtilitatis, impenderint Gazis ſuis, ſed in aduentu illius nauis (quæ iure in Fiſcum ceciderat Imperatoris) ſubtrahere eam ſuæ iuriſdictioni attentaſſent: aliaque multa conglomerabat in eos. Tandem vltimo finijt. Non ſe adeò conqueri de fratribus, quàm de Iaranda Quaimone, qui eos inuexerat; & de Iungene qui eos coronæ ſuæ fauentes, & viros amicos affirmarat; vndè, magnum reputationi Regiæ emolumentum, acceſſurum eſſet,

 Mox

Mox ibi filius Iuuenis, (videns Imperatorem, patri ſuo acriter infenſum) veſtra Celſitudo, inquit, rationabil de cauſa lamentatur, contra Bonzios iſtos Luzzonis, & pater meus grauiter tulit inſolentiam, & irreuerentiam obedientiæ, quæ veſtræ Celſitudini, naturâ, & iure debe tur; præuaricantes nempè prohibitionis edictum; qu cautum erat, ne quem, ad Chriſtianiſmi ritum con uerterent; in hoc toti deſudant; vt ſpreto mandato ſubditos Regis, legi ſuæ ſubijciant: & niſi præuenian tur, omnes in ſuam naſſam intricare conabuntur. Quo modo? (inquit, Tyrannus) in Imperio meo, pullulauit hoc malum? Et qui præmoneret, non erat? Nemo fuit qui auderet (reſpondit aſtutus iuuenis) Pater meus, trepi dans moleſtiam veſtræ maieſtati faceſſere, ſubticuit (quod eam noſſet ijs propenſam eſſe). Ad hæc iratus Rex, mihi, in quit, ſufficiat cauſa eos necandi, depræſenti oblatâ: quippe qui in contemptum legis, & ignominiam noſtram, obſtante publica voluntate: ſuam legem emulgarint. Hoc modo Barbarus Rex (auri cupidine auocatus) obliuioni dabat, no bile verbum, quod olim edixerat; parui æſtimare ſe, tamet ſi omnes Regnicolæ ſui, Euangelicæ veritati ſubderentur Dominium enim, ſuum, non in animas, ſed in corpora tantùm, protendi; quorum temporaneus Rex eſſet. Fu rioſus autem, & dementatus auaritia, iuſſit fratres com prehendi & in carcerem agi. *Octauo igitur Decembris (qui apud Iapones vocatur Bunlucu,) in feſto immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ, eiuſdem anni milleſimi quingenteſimi nonageſi mi ſexti. Miniſtri Regis iniquum præceptum exequentes (nam iuſſio regis vrgebat) pauperculam domum de Portiuncula circum dedere*; vbi legatus, cum Patre Commiſſario cæteriſque ſanctis patribus, Fratre Franciſco Blanco, Fratre Gonzalo Garzia, & fratre Franciſco de Sancto Michaele, Patre fratre Philippo (delaſcaſas) (qui paulò ante in Galeone Sancti

Philip

hilippi, ſimul cum fratre Ioanne paupere, venerat) con-
uncti reſederant; & quamuis non defuerit qui Patrem
hilippum redimeret, & libertati aſſeruiſſet; Diuino ta-
nen ſpiritu repletus (quippe quem Deus martyrio digna-
etur) reſpondit, non (inquit) permittat Deus, me, fratri-
us meis, ergaſtulo, concluſis, liberum & immunem eſſe;
at mea, & iſtorum vna Iuſtitia. Verba quæ cœlum pene-
rarunt; & tanto feruore dicta, vt primus mercedem me-
uerit, qui nouiſſimus in vineam venerat; erat ille ex pa-
entibus Hiſpanis Mexici natus; tandem in nouá Hiſpaniâ
dolescens, licentiâ quondam ſeculari inſigniter abuſus,
genitoribus odio haberi videbatur. Sed mutatus à Deo,
 bono ſpiritu motus, S. Franciſci habitum induit. Nec
urauit primò (tentationibus enim inimici adhuc Tyro,
accumbens) ab ordine ceſſit; quo diſcrutiati parentes, in
motiſſimas terras, Sinas ipſas, eum ablegarunt; vt merci-
monijs illius Regni, cum alijs impenderetur. Extra patri-
m ergò videns ſe, in tanto animæ periculo, reuerſus in
ecretum animæ cum filio prodigo; & ſupernè colluſtratus;
eputare cœpit, quanta in Religione, tranquillitate, & ſecu-
itate vixiſſet: Nolens itaque nouo ſpiritui, & vocationi re-
ſtere; reſumpſit de nouo, feruorem, ad primum propoſi-
um redeundi: quare cum Manilam negotiaturus veniſſet,
eligionis habitum lamentantèr exegit; ibì in Conuentu
. Mariæ Angelorum, eiuſdem ciuitatis, & inſtituti,
dmiſſus: profeſſionem (eximiâ vitæ probatione præcur-
ente) ſubmiſit. Parentes eius, de filij viciſſitudine ſancta
ertiores, mirè lætati, præſentiam filij multùm anhelan-
es, à Commiſſario Generali Indiarum (Mexici commo-
ante) impetrarunt licentiam eum euocandi, quâ in Philip-
inas tranſmiſſa, vt Mexicum ad parentes regrederetur, e-
ocatur: ille obedientia viſa, ad fluctus maris accingitur,
ergitque, naui receptus (quæ dicta eſt ſupra, Magna S.

Philippi) vt in nouam Hiſpaniam remearet; ſed contrarijs ventis in Iaponiam deportatus, tandem Martyrum numero, Meaci aggregatus eſt.

Circumdato igitur Conuentu (de quo ſupra) frequenti & ſtipato milite Iaponio, infinitum Iaponenſium numerum, ad martyrij famam, concurrentem videre fuit; compluribus exclamantibus, Chriſtiani ſumus; (&) Ego Chriſtianus ſum, & ego, &c. cum nemo verò Conuentum introire poſſet (Cuſtodia prohibente) quidam expectata noctis obſcuritate; dum ſe latere præſumerent: muris ſuperatis intrarunt: Lætabantur vehementer, noui Equites Chriſti, optimos fructus ſuarum concionum, & laborum primitias conſpicientes. Iamque glorioſæ laborum mercedis, horam maturuiſſe, arbitrati, totam noctem in ſanctis orationis exercitijs occuparunt; & ſancto pœnitentiæ Sacramento præmiſſo muniti ſunt: ex Iaponenſibus, pluſquam quinquaginta ſacram communionem, à Patre Commiſſario ſuſcepêre; Is ſub auroram, ſacrum expedijt, quo, in Domino confortati, diem, inſtare deſiderabant, quâ vitas ſuas, in Confeſſione veræ fidei, profunderent.

Manè facto Bunguius, ſiue locum tenens Gubernatoris, ad viſitandum Conuentum ingreſſus, omnes quotquot Chriſtianos reperiſſet, foras eiecit; nullum alium, inter ſepta relinquens, quàm illos quinque patres ter Beatos & aliquot Iaponios, quorum alij, in domo ſeruierant, alij autem in fide optimè inſtructi, prædicationi cooperabantur, qui omnes, Fratrum creaturæ, in Chriſto, & diſcipuli & coadiutores, & filij fuêre.

Aderat ibidem, tùm, alter ex duobus Hiſpanis (qui ad munus Taicozamæ portandum Meacum venerat) & credens, ſe quoque inquiſitum iri) audierat enim quotquot ſua naui veniſſent, interfectos eſſe) repentè barbam abraſit, demptiſque capillis, more Iaponio, eodem habitu

abitu indutus, fugam tentabat, verum priuſquàm euade-
et, reputantes eum eſſe prædicatorū Iaponenſium vnum,
uos ſedulò indagabant, retruſerunt cum ceteris in carce-
em; ſed quia Martyris coronâ ditandus non erat; manife-
auit, ſe, vnum eſſe, qui magno Galeone ad littus appuliſ-
ent; quare liberum dimiſerunt. At non ſic, Philippus no-
er; qui velut electus à Domino, in ſortem martyrij, Hiſpa-
i iſtius conſilio vti noluit, vtcùmque eâdem fortunæ teſſe-
i potuiſſet; Nec verò amplius indè creditum eſt vlli aſſe-
enti ſe de conſortio illius Galeonis fuiſſe, cuius cauſa
xultauit Philippus, omnem ſibi euadendi occaſionem
uanuiſſe.

Dum hæc Meaci fierent, eadem in pauperculo Bethleē
ſacæ conuentu, cæpta ſunt, ibi Pater Frater Martinus de
ſcenſione, & Frater Ioannes Pauper, reperiebantur. F. Io-
nnem igitur Hiſpani, vi inde exemerunt; quòd is Imperato-
s mandato non comprehenderetur. Vndecim erant Reli-
oſi Diſcalceati S Franciſci; qui eo tempore in Iapone Chri-
o militabant, ex his, ſex duntaxat, Meaci, & Vſacæ, ſedem
ceperant; qui carcerib⁹ mancipati ſunt; liberis, vel potius
ectis, relegatiſque in exilium perpetuum, ceteris quinque,
empe Fratre Ioanne, & quatuor alijs Nangaſacchi exi-
entibus, Fratre Auguſtino Rodriquez, Fratre Marcello Ri-
adeneirâ, Fratre Bartholmæo Ruſio, & Fratre Hieronimo
e Ieſu: æſtimabat enim Tyrannus, eos in ciuitate (à multis
duenis Chriſtianis habitata) omninò Chriſtianis concionib⁹
ccupandos; nec locum, aut tempus reſiduum fore, quo Ia-
onijs concionari valerent: vel vt minimùm, ſodalium ſup-
licijs abſterrendos; Euangelica voce mutire non auſuros,
it mera ſponte Regno ſuo ſubducendos. Illud certò aſſe-
erari licet, quatuor iſtos reliquos Patres, cum ſex iſti Nan-
aſacchi crucifixi fuere, nec in ſuo, ibidem Conuentu, mul-
o min⁹, in Ciuitate fuiſſe; abſit timore mortis ſubterfugiſſe;

cùm omnes alacrius mortem obituri fuerint, ſi locus, & opportunitas moriendi tam iuſto, & glorioſo in facinore, (quale eſt promulgatio Sancti Euangelij, pro qua in mortem con fratres properabant) oblata fuiſſet: demonſtrauit enim id P. F. Hieronimus de Ieſu, qui ex Nangaſacchio Meacum pergens, vt Venerabilem Patrem Commiſſarium prælatum ſuum, de Conuentus Nangaſacchenſis diſpoſitione conueniret. Perceptis in via nouis, eorum, quæ Meaci (quò pergebat) acciderant, in minimo nil commotus ill⁹, aut animi dubius, aut animoſitate deiectus, ſed igne Sacro in præcordij ebulliens, ardenti honoris diuini zelo; maiori porrò feſtinatione quam ante, & lætitia vrgente proceſſit; cupiens ſuor vinculis comprehendi; & eadem morte ſummari. Niſi De⁹ (cui precioſi viri affectus erāt) per obedientiam non exſpectatam, reſeruatum eum modò voluiſſet. Nam iniunct mandato per Commiſſarium, ſæpe dictum, In Iapone; ſiu in habitu, ſiue abſque eodem, (in remedium, & conſolationem animarum complurium) latere iuſſus eſt. Cum autē quotquot erant in regno Chriſtiani, Matriculæ damnatori inſerti, necarentur; iſtique & qui deinceps conuerterentu omnes mortis Rei pronunciarentur; periculum grande ver tebatur, ne perſecutionis metu plures retrò cederent, Patre aliquo, qui eos dirigeret, & animaret, quique filios, in ſanguine, & fide Chriſti genitos, in mortem præiturus eſſe fortè deficiente: Quamobrū eum rurſùm in Iapone abſcondi, neceſſariò conſtituendum erat; Nec interim veſtem ſacratam habitus, (qui eam ad tempus ex mandato repoſuiſ ſet) in mortis horrore dimiſſurus erat, ſed reſumpto eoden fideles in Chriſto ampli⁹ confortaturus, cauſamque Domin moribundo pallore defenſurus. Obedientia igitur latend animo mæſtitiam intulit, iam enim obtulerat ſe in hoſtiam ſanctam, viuentem Deo placentem, tanta quidem rerum o portunitate; recolens autem quia melior eſſet obedientia

quan

iam victimæ. Et obedientiæ lineam, terminare perfectio-
em. Et ſeruum Dei exſpectare, quod Deo viſũ fuerit, non
uod zelo ſuo, etiã ſancto placuerit; ſtetit ipſe, tactus diuino
æiudicio, & ex vndecim vnicus, & pauper relictus, in Re-
no delituit, ceu Roſa ſanguine Chriſti rutilans, inter ſpine-
Idolomannorũ. Porrò Fratres ſex in carcere, tres in naue
gati, terra mariq́ue relegati ſunt; quibus additus eſt quart⁹
ater Ioannes Pauper; qui liber à perſecutione, in publicum
odiens, velut ouicula fælici gregi coniungi moliebatur,
uem Diuinus paſtor Christus, ad æternum patrem deduce-
et, vt cum illis moreretur. Quærebat ille mortem, mors
tem fugiebat ab eo: in Iapone primitùs quidèm cum Pa-
e Commiſſario demoratus erat, ſed ab eodem cum merito
nctæ obedientiæ, ac litteris magni momenti in ſuam S.
regorij Prouinciam miſſus; indè cum ijſdem in Hiſpaniam
ue Galeonis Philippi ſupradictâ contenderat. Animad-
rtens verò quã ſingulari gratiâ, in Iaponiam à Deo redu-
us, & naufragæ puppis, ac mortis ipſius periculo (digito
ali diuino, martyrij eius gratiam, præſignante) ereptus
et. Cõſpexit nolle Deum, oppellâ ſuâ, de præſenti vti: Sed
trem Philippum prælegiſſe (qui nunquam in Iapone, &
ucos dies in religione fuerat, inſcrutabili Dei Iudicio, qui
os electos, per diuerſas, & ignotas nobis vias in gloriam
ahit) ideoq́ue moriendi pro Chriſto cupiditate languebat,
quamcumq́ue occaſiunculam nactus, inuiſendi confra-
es, à Caſtellanis ſubterfugia, (qui virum prohibere non po-
rant) adornabat. Audiens autem confratres ſuos marty-
o Nangaſacchij coronandos, publicè (timens bonum tantũ
ereptum iri) magna importunitate querulabatur, defe-
urum propemodum mærore, niſi paſſionum ſocius redde-
tur; ad ſocios ergo aliquandò tandem cum (voti compos)
perſiſſet; tanquam geſtiens agnellus, inter oues inſinuans
, tripudiabat præ gaudio. At Iudex (ille qui ſupra) rem
geſtam

geſtam intelligens, vt F. Ioannē aſpexit, propè Nanſachium comprehendi iuſſit, ſciſcitatus quo pergeret? ad Fratres me os, inquit ille; ſociandus, illis, aduenio, quos diligo; Iude liberrimâ reſponſione conpaueſcens; Et ego inquit in cru cem eos agi, iam vix ab horâ, decreui: nùm tu peregrinus Et hæc ignoras? Rurſùm iſte, me, inquit, eâdem crucis pæn conficies; quid enim? ſi par omnium noſtrum vita; doctr na, & profeſſio; & delictum eſt; meritò manebit omnes vr ſimiliſque ſententia; Iudex obſtupeſcens, nolo te, ait, cru perire; Nec meo quidem guſtu, ac libidine, iſti, hoc mort genere ſuſtollentur; ſubterfugerem, ſi liceret. Ioanne ve pertinaciùs inſtante, &, quaſi tumente, cum iurgio quod ir iuria illi pararetur. Iudex eum manibus à tergo reuinctis, quaternione militum ad Caſtellanos deduci mandabat; a eoque ſatellitio vallatus Nanſachum attrahitur; vbi, inte Hiſpanos commorantem, Iaponij quidam, vi eum de man bus illorum extorſêre; raptimque in onerariam nauim in pulſum, pijs confeſſoribus Chriſti Fratri Auguſtino, F. Ma cello, F. Bartholomæo; confratribus eius, (quos à Conue tu Nanſachij extractos, eadem in naui carceratos aſſeru bant) conſociarunt; eos in Macaon, Regni Sinarum, exul tum relegantes; ſed Hiſpanis nonnullis, violento proceſſ condolentibus, reſpondère, Fratres Diui Franciſci, Iaponi ſolo, Saloque, ſtirpitus euellendos eſſe, nec ſe vmbrā illo in ea Regione paſſuros: Ergo iſti, ventis veliſque concre-diti, incertis periculis, morti vænales ferebantur; quamuis ſpes eſſet in Dei prouidentiâ (quæ capillos ſuorū enumerat) maiori ali-quandò lætitia, ſuis collegis reſtitutum iri.

Str

Strenui Martyres IESV Chriſti, ſententiam, ſubeunt Capitalem, & cum ignominia per regnum continuo menſe traducuntur.

CAPVT XXI.

CVstodiebant Chriſti martyres, homines inſenſati tanquam de fugâ ſuſpectos: cum illi mortem in neceſſitatum laborumque perplexitate, ſtudioſè requirerent; opprobrijs, & ludibrijs ſaturari affectantes; quæ inerentibus Barbaris iſtis cumulatè quidem, ſed non ſuo deſiderio tenus, ſuſtinuerunt. Non diſplicebat illis illata moleſtia, ſed moleſtum illud vnum erat, non poſſe operibus charitatis impendi, nam & vincti pro Chriſto, ſategiſſent alijs opportunè ſuccurrere: & pabulum, verbumque vitæ famelicis porrigere; ſeruabat ergo Commiſſarius, P. Hieronymum multo diſcrimine ſæpè receptum, Vt pro virili laboraret, in nouo illo horto, ſanguine rigato, vndè flores altaris Dei creſcerent, cœlo complantandi, & hoſtis Satan nominis ſui iacturam, confuſus pateretur.

Interim patres illi purpurandi ſanguine; perſecutionis virulentiam demeritis ſuis aſcribentes; gratioſam occaſionem patiendi pro CHRISTO, gratis animis accepêre; indignos ſe aureola computando, tam immenſi beneficij: animabantur autem eò magis; quod in diebus illis, Aduentum ſummi Regis, in carnem, cum Eccleſia recolerent, beatum diem ferebant, qua ex hoc carcere, & corpore mortis, eſſent egreſſuri, & vitam fluxam cum illa ſtabili mutaturi: Adeoque omnium vna aſpiratio, gemitus, & optatio fuit, Vtinam! quando? & cur non modo? diſſoluamur, pro Chriſto? Indigni quidem ſumus martyrio; at,

Tu DEVS alme, non indignus ſeruitio; accipe deſiderium & redde ſupplicium. Ecce omnes paratos (amabilis Deus) cur non modò, de medio fiat? quod optamus? exſpectamus ſicut mercenarij, mercedem ſuam; vt ceruus vmbram; ſitiens fontem aquarum; & quando ſitis in cruore ſedabitur. His dum anhelantes comprecarentur, ecce lata eſt ſententia, vt amputatis auriculis, & naribus per vaſtum regnum pudoroſè ducerentur; dabatur ſimul Interlocutoria (inſcriptis) vt ab omnibus damnationis cauſa cognoſceretur. Delicta eorum dabantur ad proclamandum, vbique, potiſſim in Imperij ciuitatibus; Meaci, Iugimine, Vſacæ, & in alijs Nangaſachium vſque, vbi porrò in crucem tollerētur. Appropinquabat dies, qua ſententia executioni mandanda fuit; atque vt omnes martyres ſimul egrederentur, à Bethlemitico Vſacæ Conuentu; fratrem Martinum ab Aſcenſione (qui tantiſper ibi incluſus hæſerat) & quatuor, aut quinque Doiſchos, ſeruitores eorum, adduxerunt; vnumque Societate IESV Fratrem, eximium Concionatorem; qui vt gentiles errores confuſo Dæmone peſſundaret, Fratribus noſtris damnatis, damnandus acceſſit. Qui omnes in oratione apud Portiunculam perſeuerantes, inſtabant largis ploratuum imbribus, ac gemitibus, martyrij ſorte coronari, à patre miſericordiarum, cuius præſentiam longè deſiderauerant. Iam iam finitis precibus, Meacum, ad commune ſupplicium, raptabantur, qui communi Laurea donandi eſſent: Quis hic exprimat animorum ſolatia? mutuos amplexus? facies iucundas? ac feſtiuas? dulcia verba? & hymnorum cantica? ſponſales greſſus? membra cæleſtes Hymeneos nunciantia? quib? Candidati ſanguinis Chriſti, geſtire cernebantur: Vna charitas omnium, omnem triſtitiam ſupprimens, vitam loquebatur æternam, quippe qui vilem iſtam (iam pridem, vltrò) prodegiſſent.

Cogebantur in vnum, viginti quatuor vincti, qui (pri-

dem

dem amore colligati, non ferro) indiſſolubiles erant. Inter hæc, comparuêre, tres Iudices ad Conuentum, qui ſingulos Chriſtianos, ad viſitandos incarceratos, apparentes, primùm veſtibus ſpoliâre, nullo alio indumento, quam ſimplici queimone (eſt chlamis oblonga more Turcarum confecta) reſiduo quorum inſuper bona proſcribi, filijs & vxoribus quoque priuatis; & collectas facultates illas, in Eccleſiam Portiunculæ deponi (quæ pro gazophilatio ſeruiuit nequitiæ) mandauerunt: vxores verò & filios certis Iaponum domibus recluſere, vbi variis, iniurijs, & minis enectæ, ludebantur, quæ tamen omnes ipſi nec tantilli (pro Chriſto) æſtimantes, cacodæmonē tantò impetuoſius ſpernere, metus & ludibria, puerorum ſannis, & nænijs adæquare, perrexerunt. Lictores autem non feriabantur, ſed maxima indignatione perciti, quod apparatus ille timoris, in conſtantes illos Athletas, non caderet: manus eorum vinculis ſtringunt; & effreni tumultu è conuentu deturbant. Intereà Matthias quidam, inter eos, nomine; negotio cuidam domeſtico, intentus, neſcitur quo caſu ſubtractus, non comparuit; Iudex verò qui ſtatum numerum damnatorum exigebat; abſentis nomen inclamauit; (mirabile dictu) ne corona vacaret abſentis; Chriſtianus Iaponius, qui in turba ſpectabat cum alijs, exultans, non reperiri eum qui quærebatur: Ecce me, inquit, Ego ſum Matthias, & verè talis erat, ſpiritus ſancti ſorte prędelectus, dignus ille qui aſſumeretur, alter relinqueretur; & annumeratus eſt ad ceteros Apoſtolicos viros, laudes grateſque Deo pro beneficio, in lugubri proceſſione, cum iſtis liberiori voce canendo: Hærebat in via (qua tranſibant) pendula quædem Auiæ Magni Dei noſtri, ſecundum carnē, S. Annæ imago, cui ſupplices, proſtratique, breui quidem, ſed calida prece, agonem ſuum commendauêre: ſicque animati, ingenti lætitia in carcerem (Michiū ab ijs vocatum) coniecti; ipſi miſerabantur plora-

tores populos, qui ſecuti fuerant & irremediabili fletu ſingultiebant; inter quos mulier, coniux Iaponij cuiuſdã (Coſmæ Loias) quod teneritudine naturali, ſtillantibus oculis propè colliquari videretur, à malè ſanis tortoribus, bacillis & ictibus fuſtigata, compaſſionis meritum, ſpolio veſtium, indecorè luere, coacta fuit. Nec tamen, carcer ille infamis, Martyrum Chriſti, mutuis, concentu, laude ac conſolatione, per eam noctem caruit: oſtendêre namque, vtcunque pedicis, manicîſque illigati eſſent, verbum tamen Domini non eſſe alligatum. Itaque inſtabant Euangelica voce, quà foris, quà intus, promulgare Nomen Domini IESV; Eoque multos in fide roborantes, nõ paucos infideles conuicerunt. Iam præludebat aurora fæliciſſimæ diei, quâ Crucis Chriſti ſtrenuis magnanimiſque equitibus, ſanguinaria cum hoſte paleſtra, & prælium cum Dæmone denunciaretur. Parabantur ſeptem vehiculorum plauſtra turpiſſima; ſingulis ſua; quibus illi ſine mora, conſcenſis, tanquam curribus triumphatorum pompaticis euntes, iam cùm agebant de Inimico trophæum, præibat ſententia Imperatoris in eos, vel potius pro eis lata; (inſtar vexilli glorioſæ victoriæ) Hæc in tabella in altum porrecta (quò ab omnibus notaretur) Iaponica linguâ ſcripta (latino ſermone) talis erat.

Quia iſtud hominum genus, ex Luzzone, ſub titulo legatorum venientes, & Meaci, demorati, Chriſtianorum legem, (quam præteritis annis, magno rigore prohibuimus) propalarunt, mandamus iuſtum, de ijs ac Iaponenſibus ad eorum legem conuerſis ſupplicium ſumi; idcircò iſti viginti quatuor Nangaſacchij crucifigantur. Quod vt ad cũctorum notitiam extendatur, de præſenti denuò eandem eorum legem prohibuimus; ne inpoſterum promulgetur, interdicentes; vtque res non careat effectu præcipimus, quemlibet præſumentem, mandatum noſtrum præuaricari, cum tota ſua, generatione perire. Datæ primo

anno

nno Queichi, vigeſimo vndecimæ lunæ die, infra ſigillum
egale, appenſum erat. Hoc miro trophæo muniti, marty-
es procedentes, & immenſo populo comitante; ad quandã
Varelam principaliſſimam ciuitatis, peruenerunt; ibique
ublicè iniuriam, quâ (ſerui Dei viuentis) falſas eorum Deos
ffecerant: vlciſci iſti volentes, & quodammodo inſultantes
n eos, in ſacrificium expiationis (vt Deos placarent) ſingulis
iginti quatuor, partem auriculæ ſiniſtræ, detruncarunt;
uo vulnere inuicti milites Chriſti (nouam animæ lætitiam
oncipientes) primitias ſanguinis ſui, Ieſu octiduano in circũ
iſionis honorem obtulerunt. Et animis Elephantum more,
iſo ſanguine, inſtimulati; nouo ſpiritu ad locum certami-
is accelerabant: vt pientiſſimo Nomini Ieſu (quod olim
oncionum voce, nunc opere colebant) reſiduum cruoris,
ſque ad ſanguinis nouiſſimam guttam, dedicarent; tantò
uidem ardentiùs hoc intendendo, quantò recentior Nomi-
is Ieſu memoria, in Epiphania, trium Regum, tùm modò
olemnis haberetur. Gaudium & exultationem obtinebant,
uam enarrare lingua non valeat; videbant enim Chriſtico-
s Indos, nullo mortis metu moueri; ſanguinem martyrum
uentem extergere: & ſudarijs excipere: oſculari pedes Pa-
rum; corollis ad collum pendentibus, Satanam, & idola de-
idere, hoc ſigno fidei iubilare, & ſonora voce, in cælum cla-
antes concinere; martyrium, martirium, paradiſus, para-
iſus! Et tanta quidem copia puerorum, ac mulierum fuit,
præter cateruam virorum fidelium) vt ſub curruum plau-
ra, merâ ſe ſponte ſubigerent, pauimentum quoddam, hu-
anis corporibus, aptantes, vt martyres Chriſti mitiori, no-
âque & inauditâ vecturâ (ſuper eos) ducerentur: Nec in
os, quidquam, profuit, Cuſtodum ac miniſtrorum iuſtitiæ
rohibitio: nec impetus verberum, ac vulnerum crudelium;
on enim auelli à conceptu, multo minus terreri potuerunt;
tcumque Combacus in mandatis haberet à Iudice; Chri-

 ſtianos

ſtianos huiuſmodi, quouis modo conficiendi. Nec enim commodè fidelium capita numerari potuere, qui martyrium implorabant; ſane Meaci, ſuprà quatuor millia ſignata, vulgò patuêre; ijdē vno martyrij deſiderio æſtuantes: adeò vt ipſæ mulieres, perizomata corporibus ſuis adaptantes, ſolicitè prouiderent, quomodò cum maiori decentia, Regi gloriæ Chriſto, Angelis, & hominibus, in cruce ſpectaculum fierent. Factum eſt igitur mirabile in oculis eorum: videntium, digitum Dei hunc eſſe, qui, nouo ritu ſanctificandos impelleret. Vt verò pius lector facilè intelligat, quanta Deus prædicatione, & vita filiorum P. Franciſci in hac Regione operatus fuerit, conſideret tribulationes, quas, ea in perſecutione, innocentes Chriſticolæ Iaponij pertulêre quanto amore Dei, ſuccenſi, pro nomine Jeſu, & pati, & bonis, ac corpore perire contenderint; profitentes, & ipſi doctrinam ſalutarē, inter bipennes, & arma; in conſpectu certiſſimæ mortis, ad confuſionem Diaboli, ardentes ignominia, & ſatiati opprobrijs, rapinam bonorum ſuorum ſuſcepere, cum gaudio, ſcientes meliorem in Chriſto habere ſubſtantiam, quæ non ſubiaceret manui raptoris.

Prædictus ergò Coſmas (primùm memoratus) fælices martyres ſuos, ad mortem pergere, ſe verò ſuperſtitem mitti, conſiderans; *Viſum eſt mihi (inquit ipſe in Epiſtola quam de ipſorum exitu lingua Iaponia ſcripſit) euenire non abſimile ijs, qui, alijs montem aſcendentibus ad fodiendos theſauros, ipſi ad radicem hærent remorantes. Vndè iſtis vltimis me comparo, inquit (quia dignus non fui ſequi ſanctos martyres vſque ad montis ſummitatem, vbi crucis Theſaurus erat.) Abij ergò, vt licentiam peterem, à Venerabili Patre Commiſſario Fratre Petro Baptiſta, ad portam Tanâ, Meacenſem; qui verè mihi crucifixum ſanguine, ex auricula præciſa, fluente conſperſum obtendit; quem licet deferre ſoleret, (vt cum Chriſto in cruce moreretur) nihilominus tamen, eum mihi, in Charitatis inſigne, & verum monile reliquit: iam ſanctus Frater Petrus, qui Pater mihi fuerat (in quo & omne bonum*

mum, & ſpes mea poſt Deum nitebatur) heu defecit mihi, ſola mihi
emoria illius, in crucis effigie, reſidua eſt. Ego igitur omnem meam
em in Deum crucifixum locans, & Matrem eius Mariam, honorans,
nctique Franciſci ac filiorum eius merita, & ſuffragia petens, oro cete-
os martyres Iaponenſes, quatenus apud Deum, pro ſuis vxoribus, ac fi-
is miſerè diſperſis, tum quoque pro infirmis egenis, Xenodochiorum, qui
erelicti ſunt; interuenire ſolicitè condignentur. Et (ô ſi) pauperi mihi,
mptus ſuppeterent, quibus illa Chriſti viſcera refocillarem? Quanta
omptitudine ſeruitijs inſiſterem, tamen confido in Deum, eos deſeren-
os non eſſe. Hæc ille in epiſtola. Sed B. P. Commiſſarius, vbi
um ſuis, ad modicam moram, denuò in fætidum carcerem
etruſus eſt, lachrimis ex ſerena conſcientia prorumpen-
bus, maxime cum alter alterius infamiam (in auricula
runcata) conſpicerent. *Ne quæſo* (inquit) *mei obliuiſcamini ſer-*
à Deo dilecti, Fratres ac filij mei, veſtris ſanctis orationibus, Deum ex-
ate, vt ſeruum me inutilem, quem in hac vita Patrem vobis dederat,
mitem in morte, ſed condignum vobis eſſe patiatur. Eheu; qualem
æc verba planctum, & commiſerationem, imò congaudiū
utuis animis inſtillarunt? omnes flere (præter Bonzios)
mnes emoliri, nec vlterius poterant, continere affectuum
npetus, qui per oculos erumpebant. Bonzij verò ſtridere
entibus in eos, quod eorum auaritiam, in delubris minuiſ-
nt, & lucra ſperata impedijſſent; blaſphemare & dicterio-
um ſcommatis illudere, impudentiſſimè continuarunt. His
onuicijs, (totam noctem) Teſtes cruenti Domini Ieſu, de-
iuerunt; & orantes optabant diem fieri, quo ſacrificium
eo fierent, in odorem ſuauitatis. Manè facto, è carcere ſe-
undò extractos, in equis, quaſi nouos triumphatores, ver-
us Vſacam dirigunt; ipſique Giaccones in viâ, pro cuſtodia
ocantur (idque neceſſariò) erat enim concurrentium furia
tolerabilis, tum ex gentibus, tùm Chriſtianis, ſequentium.
umq; ad ignominiæ locum adducti ſiſtuntur Vſacæ. Ecce
eneralis, Dominus Matthias de Landechio, cum Hiſpanis

Nego-

Negotiatoribus aduenìens, cùm, Fratribus morituris (ſine capitis periculo adeſſe non poſſet) ſaltem obtinuit à Barbaro Cæſare, ne ijs auriculæ dexteræ, cùm naribus, (pro tenore ſententiæ) præſcinderentur, in frigore illo, quod vehementer vrebat: Hoc impetrato Vſacæ. Martyres Chriſti ſcommatis petiti, & per inclytas vrbes, ac pagos, lymphatico furore raptati, Ingumina, Acaxim, Firengi, Fimengi, Nangaſachiū verſus, immenſiſque ludibriorum vexis, & tormentis, per trecenta milliaria, & octaginta Iaponica, (quæ ſunt totidem Italiæ grandiora) macerati, & delumbati ſunt. Denique nudati ſub dio, expoſiti niuibus, & Hijberni temporis ærumnis, brumalem intemperiem ſupra ferarum patientiam, ſuſtulerunt, præter hæc vrgebat inedia; nec erat qui humanitatis viſcera fame laborantibus aperiret, tanquam in eos elementa coniuraſſent. Interim Deus eos ſpirituali gaudio cumulās, adiecit duos ſodalitati collegas, Franciſcum Carpinterum, & Petrum Suchiſitum: iam explebant numerū duodetrigeſimum: paratique milites Chriſti, ad vim inferendā infernalibus furijs; ſtabant, ſicut ſtellæ in ordine ſuo, conflictum, ex ordinatione, ſummi Dei ſui, animoſè ſubituri.

De modo, quo, Iaponij reos in crucem agunt, deque peculiari Crucifixione, aliquorum Martyrum Iaponenſium.

CAPVT XXII.

TANDEM exantlatis crudelium tormentorum factionibus: pulſata fuit, inuictorum Martyrum virtus non deiecta, probata in plurimis locis, non perturbata; Denique Nangaſacchium quinta Februarij, Feſto B. Agathæ addu-

ɩdducuntur. Strata autem mollia (poſt tantos labores) rabalem ſinguli crucem, inuenerunt, quæ imperialis ɩoronæ ſummitatem adornare debebat; (tanquam ſumna dolorum). Quantum ad cruces, eodem modo, fabricaæ quidem erant, quo noſtræ Europææ; niſi quod per meɩium tranſuerſi ligni, è regione brachiorum, à parte anteiori ad poſteriorem, palus porrigeretur, Cui crucifixorũ orpora inſiderent. Glorioſa ligna, in loco eminenti, ſtaant, ad ciuitatis conſpectum, in colle procero, ſuperq́ue naris aſpectum protenſo: in vicinia Hoſpitalis S. Lazari, ropè Conuentum fratrũ, in via regia, quæ pergit ad Meacũ qui locus aliàs deputatus erat pro iuſtitia, in malefactores xequenda). Crucifixio talis eſt. Cruce in terram proieta, in eam extenſam, crucifigendum hominem reſupinant, ɩidemq́ue, ſic iacentis collum, & brachia carpotenus, & rura circa talos, annulis ferreis cruci conuinciunt, vno exu complectentes, dein' brachiorum & crurium oſſa ɩffringunt, vt citiùs quidèm, ſed maiori tormento expeiantur.

Jnde crucem cum hominis pondere, in altum porriunt; & cruce in terram ſedulò fixâ, crucifixo ipſi, duo, ad trumq́ue latus, vulnera perforant, corpus in crucis nodum tranſmittendo. Nam per læuum latus lanceam npingentes, eam per humerum dexterum adigunt, & è ontra alteram per latus dextrum impellentes, per humeum ſiniſtrum traijciunt: Quod ſi his duobus lancearum iibus, non deficiant Rei, alias aliaſq́ue repetunt vibraones, donec exanimentur.

Peruenientes igitur patres, in paleſtram (quâ vltiium prælium ſubeundum erat, certe doloroſum, ſed ictorioſum, & glorioſum Euangelio) Quilibet modeatâ facie, graui lætitiâ, ſuaui motu, intrepido greſſu, rodibat in medium.

Angelica modeſtia circumquaque luſtrantes, ſi quen haberent, vltimi ſupplicij inſtitorem; cui ex animo gratia agerent; ſalutabant (cum Andrea) cruces à longè; aſpici entes per eas, indubitatas dilecti ſui repromiſſiones. Vn dè, ad mutua valedictionis verba properantes, irruentes in amplexus mutuos, nimiæ charitatis teneritudine; inuita bant ſeſe, ad conſpectum iuſti Iudicis, ad partiendum coro nam Iuſtitiæ, cum aureola martyrij glorioſi. Inter omnes eminebat ſpectabilis Commiſſari⁹ (Dux ipſe ſanctæ cohor tis) ad quem (in gyrum) omnes conglomerati, à Prælato & patre ſuo benedictionem vltimam exoptabant.

Quâ receptâ: quilibet ad arma crucis accelerans; prio certabat, in crucem ſuam tendi, & extendi; quarè curren tes, non ibant, ſed ruebant. Qui tandem hoc ordine diſtri buti ſunt: Decem Iaponij locabantur à partè læuâ, decem alij à parte dextrâ, ſex fratres in medio; vt deuotiſſimam crucifixorum proceſſionem repręſentarent. Ad cruces, ere cta ſuper haſtilia, pendebat Imperatoris lata ſententia, qua ipſorum mortis cauſam inſinuabat (vtì dictum) ſuper ſingulas cruces, inſcriptum erat, pro titulo, nomen cruci fixi, ordine, qui ſequitur.

I. *Paulus Suziquius prædicator S. fidei JESV CHRISTI.*
II. *Gabriel Duiſcus I. Seruitor.*
III. *Johannes Quizuyas.*
IV. *Thomas Xicus, prædicator legis Jeſu Chriſti.*
V. *Franciſcus Medicus, Prædicator legis Ieſu Chriſti.*
VI. *Ioachimus Saquierus.*
VII. *Thomas Duiſcus, adoleſcens ætatis duodecim annorum: Clericus Fratrum. Filius Michaelis Coſaquij, qui ſtetit in cruce vigeſima tertia.*
VIII. *Ventura Duiſcus.*
IX. *Leo Carazuma, Prædicator legis Ieſu Chriſti.*

X. *Mar-*

X. *Martinus (qui in locum Matthiæ abſentis ingreſſus eſt) cum in carcerem Martyres duxerunt.*

XI. *Frater Franciſcus de S. Michaele, ex parilia Poriundus, Epiſcopatus Palentiæ.*

XII. *Frater Franciſcus Blancus, Prædicator Epiſcopatus Orenſis in Galetia.*

XIII. *Frater Gonzalus, Garzias, Luſitanorũ filius, in Indijs natus.*

XIV. *Frater Philippus de Ieſu, ſeu de domibus, Mexici ex Hiſpanis parentibus ortus.*

XV. *Frater Martinus de Aſcenſione, vel de Aquirie prædicator, & Theologiæ lector Verghera, in Quibuſcoa natus.*

XVI. *Frater Petrus Baptiſta prædicator, & Commiſſarius, in Oppido S. Spephani Epiſcopatus Abulenſis, progenitus.*

XVII. *Antonius Doiſcus Nangaſacchij natus, clericus Patris Commiſſarij, adoleſcens tredecim annorum.*

XVIII. *Ludouicus Duiſcus Clericus ætatis duodecim annorum.*

XIX. *Paulus Iariquius Prædicator.*

XX. *Joannes Duiſcus.*

XXI. *Paulus Miccius, è Societate Ieſu prædicator.*

XXII. *Didacus Quizaius.*

XXIII. *Michael Coſaquius qui ſtetit in cruce, ſeptimus.*

XXIV. *Petrus, Suchiſicus Adauctus, qui cibaria martyribus deferens, in vincula coniectus eſt; & cum ipſis crucifixus.*

XXV. *Coſmas Taquias, prædicator legis Ieſu Chriſti.*

XXVI. *Franciſcus Carpinterus Adauctus, qui benedictis vinctis Chriſti Ieſu occurrens cum alimentis neceſſarijs, & ipſe vinctus, atq; cruci confixus fuit.*

De Crucifixione duorum Puerorum Antonij, & Ludouici, & ſex fratrum.

CAPVT XXIII.

Martyrium Antonij & Ludouici, qui, *Inter candidatos Laureæ Martyrij, viginti ſex, connumerati ſunt.*

EXSPECTANTES lancearum ictus, in modum crucis per corpuſcula ſua, tranſuerberandos, quidam cantabant hymnos, alij Deo pſallebant, alij Gloria Patri, &c. alij in manus tuas Domine.

Inter eos puerulus duodennis Antonius (quem in pietate, ſacris miniſtrantem, P. Petrus educarat) cum à parentibus ſollicitaretur, vt oblatam à Iudice liberationis gratiam, acciperet: exuens ſe chlamide, matri eam dedit, vt haberet pignus pro filio, qui iam in paradiſum pergens, pro ipſa oraturus eſſet. Iudicis autem beneficium ridens, & terga illi vertens, ſtultitiam ſuades? vt æternum (inquit) cum temporali commutem? Abſit à me, Patres meos ſequor moriens, quibus viuus adhæſi; dictoque citiùs, ad paratam crucem accelerans, in ea, quaſi in Throno repoſitus, cepit dulciſſimo cantu, cunctis ſtupentibus, intonare, Pſalmum, *Laudate pueri Dominum*, quem (nec fatigatus) inter tortoris manus, integrum concinuit, & duabus lanceis confoſſus, canendo & moriendo finem accepit. Cum eo expediebatur, ſimili morte adoleſcens eiuſdem ætatis Ludouicus, qui patrum moribus eruditi, patrum quoque ſuorum gloriam ſortiti ſunt. P. Martinus ab Aſcenſione Prouin-

ouinciæ S. Iacobi Theologiæ lector & concionator in cru-
m ſuam elatus, finijt vltimam vitæ periodum, in cantu,
oria Patri & filio: Quo dicto exſpirauit, ceteroſque ſermo-
s oratione in cruce firmauit.

P. Philippus à Ieſu, ante crucem ſuam deuolutus, cæ-
agere, tanquam cum precioſâ re, animatâ, rememorans
neficia Domini, per eum oblata. *Ah Beata crux, & tu Beata
tuis, Ah Galeo S Philippi, Ah lucrum immortalitatis, per te recepi,
od aliàs perdidiſſem.* Raptus ergò & ille eſt, & vinculis ferreis
llo connexis; (manicis, pedicisque intricatus) in ſedem
ediam crucis contortus eſt; vndè ſedem Regni aſſecutus,
gnat inter delicias ſponſi, quem amauerat.

Poſt Eos, ſimili modo P. Franciſcus Blancus (qui ex
ouinciâ. D. Iacobi, alumnus prouenerat, cum Diſcalcea-
S. Ioſephi Prouinciæ, in Inſulas Philippinas) in crucem
am adigitur, quam, ipſe multa ſuperfuſus lætitia, ſubiens,
duos funeſtos cuſpidis ictus, ſuſcepiſſet, animoſo ſpiritu,
tam, in verbis illis, effudit, *In Manus tuas Domine, commendo
ritum meum.*

Frater Gonzalus Garſias, (qui Commiſſarij, Interpre-
m egerat (vt ſupra meminimus) malè ſuam crucem ag-
eſſus, dum lancearum fragore palpitaret, verba Latronis,
cruce pronunciat, (*Memento mei Domine*) animam miſit in
egnum eius.

Frater Franciſcus dè Parilia, ſeu de S. Michaele (qui in
pone multis claruerat miraculis) mira ſuauitate Thronum
nctæ Crucis aſcendit, vt epulis aſſeſſum, ire videretur, Iſ-
ue qui gratijs multis vixerat, gratioſiore morte quieuit.

Vltimo loco certamen elegit (P. Petrus Baptiſta, Com-
iſſarius Catholici Regis) vt veluti, quædam B. Felicitas,
rtem ſolicitudinis gereret pro filijs, in agone certantibus,
in ſingulis animoſè morientibus, mortem prælibaret,
ecquenquam eorum perderet, quos à Domino recepiſſet;

itaque præmiſit ſecuros, non ſeptem (vt illa Felicitas) (
viginti quinque, in quibus vincentibus, triumphabat & il
Tandemque, coram Arà ſuâ, lachrimoſis ſuſpirijs, Deo gr
tias agens; qui negotium proſperaſſet, aſcendens gloriæ t
bunal, ſtetit inperterrit⁹, primâ lanceam in viſcera capien
vndè crepitante fragore, membris coſtarum tremulantib
fractiſque præcordijs: Tamen verbis Saluatoris *In ma*
tuas Domine &c. ſonorè prolatis, cum alterum lanceæ iactu
exciperet exſpirauit.

Miracula, Quæ B. P. Crucifixionem ſecuta ſunt.

CAPVT XXIV.

MANE alterius diei, cum mortuis martyribus interd
cto (quod in vrbe affixum erat, ne quis ſpectaculo i
terfuturus accederet) nemo ampliùs teneretur, ta
ta populorum turba prorupit, vt locum certaminis ampli
ſimum, quaquà verſùm ſtipati oppleuerint. Ibi ad ſangu
nem martyrum aliqui effuſi, concretum terræ colleg
runt, alij à crucib⁹ abraſère; alij veſtimenta diſſecuere. R
liquias eas magni reputantes, creuitque in tantum fe
uor, vt nudati martyres, miſericordijs aliquorum (ſto
reis & ſtramine) fuerint contegendi.

Vna erat omnium lamentatio, ſuper innocentia pi
rum Patrum, ipſe Iudex plorando, coactionem officij ſui al
legabat: Ceteri etiam Gentiles commiſerebantur. Sanè ip
ſe miſeræ nauis D. Philippi Vicarius P. F. Martinus Legio
nenſis: nec non Venerabiles è Societate Ieſu Patres P. Ioan
nes Rodriquetius, & P. Franciſcus Paſſius, ad pedes cruci
fixorum demiſſi, ſanctâ potius quâdam æmulatione (tàm iu
ſtâ cauſâ Deo dicatis) congratulabantur, quàm quod erep
tis

ſine cauſa condolendum cenſerent. Et tandem, ex eadem
dabili Societate, Dominus Petrus Martinetius Epiſcop⁹
ponię, cùm è domo, Martyrum Tragædiam conſpexiſſet;
ſperi ad locum paleſtræ cum familia pergens, reuerenti
adam humilitate, Beatos in lignis ſuis hærentes, poſitis
nibus honorauit.

Tandem Nanſachij Gubernatore, conſpiciente vene-
ionis frequentiam (deſignatâ militum manu, ſub duode-
n Ducibus, dietim accubante,) accurentium zelum in-
buit. Quod tamen, ad maiorem Dei gloriam actum eſt,
m iam ſanguinem martyrum ſemen fuiſſe Chriſtianorum
nſpiceretur; Et martyres ipſi (vtpotè ſubtractis vt dixim⁹
liquijs veſtium, & pretioſi cruoris) maiori honore com-
tati fuêre.

EPISTOLÆ DVÆ

Teſtium oculatorum huius Martyrij.

CAPVT XXV.

piſtola P. Morriggionis àd Sanctos Martyres *(ad verbum prope)*

IESVS, MARIA, *Pax Chriſti. Ah, dilecti Patres mei, & amantiſſimi Fratres, ſpiritus ſanctus ſit cum animis Reueren-tiarum veſtrarum, & iſtorum Chriſtianorum, qui de mundo, de nobis ipſis fœliciter triumphaſtis; Quanta autem cupiditate fla-, & flagraui vobis comitem me iungere? ſed ex me non ſtetit; nec mi-s à Deo tantum bonum promerui, plorans expecto fœlicem huiuſmodi m mihi contingere, quo, (non inquam) Martyr euadam (id enim cogitare non audeo, nec propter meam magnam indignitatem me-r) ſed hæc mea afflicta vita, hocque meum millies infœlix corpus, vi-e deſinat, & pro hac ſancta Japonis Eccleſia moriatur; vt poſtquam in ea,*

in ea, tàm bona principia, & indicia cernuntur, aliquem certè diem pro me, & aliquantulam mihi partem expectare poſſim. Intereà Pat mei, & Fratres amantiſſimi, per Dominum pro quo patimini, vos ro vt ingentis moleſtiæ, & malæ ædificationis quam aliquando vobis p bui, veniam mihi detis, &, vt cum per miſericordiam Dei, in eius Di no conſpectu ſe mutuò viderint, horum qui in hoc Lachrimarum vall relicti ſunt, non obliuiſcantur; ſpecialiter verò mei: qui ſuper omnes m moria veſtra indigeo. O, ſi, in cordiales amplexus erga Reuerentias v ſtras me extenderem, ſi mihi concederetur; ſed ſaltem pro diſceſſu, v exoro, vt à Domino impetretis, quatenùs quando moriar, in eo viua quandoquidem (ipſe moriens) ſuam Eccleſiam decorauit; nec in pr ſentiarum quicquam aliud intenſius deſidero. Vale Pater mi comm ſarie, Frater Petre Baptiſta: Vale Pater mi Frater Martine; Vale Pa mi Frater Franciſce, & Tu P. Blanche: Vale Frater mi, Frater Philip Vale Frater, Frater, Gonzale: Vale Frater, Frater Franciſce: fælix mo quæ debilia merita, qualia ſunt mea, excedit. Leonem, Coſimum, Pa lum, Thomam, Franciſcum, cæteroſque omnes pro me ſalutetis. Non puto opus eſſe Reuerentias veſtras hortari, vt iſtos Chriſtianos doceant mortem cum humilitate ſuſcipere, quia Iaponij interdum (vt ſæculo ſ tisfaciant) mortem oppetere ſolent. Eia Patres amantiſſimi, vſque a conſpectum Dei. &c. Moriggionus indignus.

Epiſtola Renerendiſsimi Domini, Petri Martine tij, Epiſcopi Iaponiæ, ad Patrem Prouincialem, Prouinciæ Diſcalceato- Sancti Franciſci Luz- Zonis.

Multum Reuerende in Chriſto Pater, Pax Chriſti.

NON *Poſſum non collætari Paternitatibus veſtris, & cum ſua Sancta Religione, de fælicìſſima morte ſex Religioſorum ſui or*

dinis

linis; Patris Fratris Petri Baptiſtæ Commiſſarij; & Patris fratris Martini, & Patris fratris Franciſci Blanchi, & patris fratis Philippi, & fratris Gonzali Garziæ, & fratris Franciſci, qui iſthic Nangaſacbij, ex præcepto Taicozamæ, crucifixi fuerunt; culpam obijciens illis noſtram ſanctam fidem, eos, in Iaponia prædicaſſe. Sed iſtæ culpæ, eorum mortes ſanctificant; propter quas, omnes Domino noſtro gratias infinitas agimus; & tam fœlicis mortis, atque eximij exempli (quod nobis reliquerunt) inuidia quadam ſancta afficimur. Sub vmbra autem illorum, tres fratres Societatis, fuêre: & decem ac ſeptem Christiani Iaponenſes, quos omnes ſimul cum ſanctis fratribus, viginti ſex, piè credimus, in feſto Sanctæ Agathæ, ſexto Februarij in Paradiſum introiſſe triumphantes de Tyranno, qui eos iuſſit interfici, & de morte, quam eis intulit; honorantibus ipſis pariter, beatis religioſis, ſuam religionem, nobiſq; tam præclarum, charitatis, & fortitudinis exemplum relinquentibus, vt eorum ſanguine conſpecto, animati, ad strenuè pugnandum paratiſſimus; & ad vitam ipſam pro tam ſancta, tamq; honorificata noſtræ ſanctæ fidei cauſa, offerendam parati ſimus. Luſitani ædificatiſſimi remanſerunt ex verbis quibus Patres in crucibus mortui ſunt, quibuſdam Pſalmos & Hymnos recitantibus; aliis DEO pro ſuis interfectoribus veniam petentibus, aliis dicentibus, in Manus tuas Domine, &c. aliis tandem pias cruces complectentibus, & tanto fauore indignos ſe exiſtimantibus. Pater Frater Petrus particulari virtute quadam magni ſerui DEI præditus fuit, cum enim carnifex, cruci brachium annulo vinciret; digito innuens volam manus, ait, hic frater, clauum fige. Non ſcribo Pat. V. huius martyrij particularitates, nec tyrannidis, quam Imperator in nauem S. Philippi exercuit, ne miſerabilia ſcribam; quæ ſi ſcribenti dolorem afferunt, quanto magis illis, qui ea paſſi ſunt? Iſthinc veniunt teſtes oculati. Pat. V. his bonis, de glorioſa ſuorum fratrum, morte, nunciis, pacato, ac læto animo ſit; meque in numero deuotorum inſignium ſuæ religionis habeat; ac in rebus, ad ſuorum obſequium pertinentibus, paratum experietur. ſuis deuotis orationibus, etiam atque etiam me

commendo. Data Nangaſacchij vigeſimo ſeptimo Februarij, Ann Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo.

V.ʳᵉ Pa.ᵈⁱˢ

Seruus in Chriſto

Epiſcopus Iaponum

De Miraculis, & prodigijs, mirabilibus, qu Deus, ante & poſt mortem glorioſorum Martyrum, operatus eſt.

CAPVT XXVI.

QVAMVIS cometa nauigantibus, in miſera naui Philippi; circa principium nauigationis apparens eiuſq; miraculoſa in tot procellis ſaluatio, & in por cum Iaponis (vbi ſtatim in duas partes conuulſa, & conqua ſata diſperijt) cum vno ex futuris martyribus deductio, mi rabiliter à Dei prouidentia, reſpectu illius martyrij glorio ſi comparuiſſe, non impiè credatur; cum etiam diſſecta naui, prouidente Sapientia Dei, Hiſpani illius vſi vectu ra, ex Iapone ad ſua proficiſci nequiere niſi data ſenten tia crucifixionis martyrum; imò nonniſi poſt con ſpectam proprijs oculis executionem, vt certum de eorum conſtantia, patientia, & mirabilibus ſubſecutis teſtimonium reddere poſſent: Nihilominus tamen his tanquàm nimis à longè petitis, ad propria deueniendum eſt. Euidentius autem, glorioſæ horum mortis, pro gnoſticon, ac ſignum magis prodigioſum erat, id, quod in prædicta rati nauigantes, medijs tempeſtatibus (non mo dico timore concuſſi) aſpexere: Apparuit crux vna (compa illarum, quibus poſteà beati Martyres interierunt) quæ in

cœl

œlo verſus Iaponem directa, per quadrantem horæ, albo, : ſplendido colore fulgida, ſtetit; ſed immediatè poſt, in ınguineum (per alium quadrantem) mutata erubuit; quo nito colore, crux atrâ nube tenebricata luctum exhibuit. lſque vt ipſis inſinuaretur, non à ventis, ſed à Dei prouidenia, in Iaponiã eos adduci, ac ſuorum cruces, ſpectatũ pergeere, eiuſque Tragœdiæ teſtes futuros.

In ciuitatibus Meaci, Vſaccæ, Saccaij, diluuium geerale inundauit, in quo tantus hominum numerus præfoatus eſt, vt incredibile videatur; nam in ſola ciuitate Sacaij (quæ minima eſt omnium) pluſquam triginta millia ıbmerſorum reperta ſunt. Deniquè eo in regno, tot tantæue maris inundationes exorbitarunt, vt in regno Bungi, qua Maris (ad ſex milliaria) terram irrumpens, exundât, & tria, aut quatuor oppida ſubmerſerit, ſuper quæ ſex ıbitos, altior aqua, longo ſpatio intumuit; & quarto mens Septembris, Anno milleſimo quingenteſimo nonageſiio ſexto, terra tribus horis inceſſanter, & horribiliter ıaſſata, contremuit; atque hoc terræmotu Meaci, coıoſus domorum numerus corruit, inter eas multa ıagnifica templa (ſeu Varelæ Indorum) quarum in) regno tanta eſt multitudo, vt in vno Meaco, vltra ıo millia Varelarũ computentur, & pluſquam octodecim ıillia Bonziorum, ſeù ſacrificulorum. Cecidit quoque in-r hæc magnificentiſſimum illud delubrum quod extuleıt Imperator; in quo idolum Daibuth, adorabatur; quod mili fragore in terram proſtratum, & per ventrem irruen) diruptum eſt. Quod Imperator intelligens, improperaıt Daibuth, non eſſe bonum Deum, cum neque ſe, neque ɔmum ſuam liberare potuerit. Cecidit etiam Palatium ;gium Imperatoris, (in quo benedictos Fratres, legatos, bi regnum ſubintrarunt ſuſcepit) in cuius ruina pluſquam uinquaginta, barbari Regis, concubinæ necatæ ſunt; ipſe

autem vix fugâ repertâ, nud⁹ euaſit. Sed illud inter hæc ad mirandum fuit, quod tot, ac tam validis, ac magnificis ædificijs ruentibus; pauper, tamen & humilis Conuentus, ſanctæ Mariæ de Portiunculâ, Fratrum Diſcalceatorum integer ac ſine vlla læſione perſtiterit. Eodem anno, milleſim quingenteſimo nonageſimo ſexto, menſe Iulio, inſigniſſimum prodigium Feſto S. Magdalenæ viſum eſt, Meaci quidem, & in circumiacentibus vrbibus, vbi cineres pluit; ſub indè terram rubram; velut cruorem; quod quidem Iaponi magnam admirationem attulit, ſed & nobis, nunc hæc attente conſiderantibus, materiam benedicendi Dominum eximiam offerri; Deus hoc prodigio docuit, Martyrium Patrum noſtrorum, Habituſq; eorum (qui lugubri ſqualen cinericio colore) ſanguine ſuo, pro confeſſione, & gloriâ Nominis Chriſti, rubricandos. In Feſto Pentecoſtes, poſtquam Venerabilis Pater Frater Petrus, filiam Coſmæ Ioiæ, Chriſtiani Iaponenſis; à leprâ ſanauit; eodem die rubeæ linguæ tanquam ignis ſuper capita eorũ, (qui in illa domo aderant, apparuerunt; quorum quidam exindè martyrio, cum benedictis fratribus ſublati, eorumq́ue bona proſcripta ſunt.

Poſt eorum tranſitum, ſingulis ferijs ſextis, cunctis cernentibus, ſuper locum, & cruces crucifixorum apparere viſæ ſunt columnæ, igneæ; ſingulæ ſupra ſingulos; duæ autem ſuper eorum Ducem P. Petrum (in ſignum fortè duplicatæ coronæ) medio autem Martio quadam feria ſexta, noctu apparuit quædam columna ignis prægrandis, quæ in tres partes, vel columnas diuiſa eſt; & duabus circiter horis conſpectæ, vna columnarum, quæ videbatur media, deorſum deſcendit, in domum religioſorum Patrum Societatis Ieſu, poſt ſe magnam fauillarum (inſtar ſtellarum valdè micantium) quantitatem relinquens, indeq́ue mox euanuit; noctem interim quæ obſcuriſſima erat, clarioꝛẽ ipſa die colluſtrans.

Paulò

'aulò poſt ex parte Oriẽtis,aliud ignis ſignum inſtar ſagittæ; ꝛ ex parte Occidentis, aliud eiuſdem figuræ; & paulò poſt nortem, ex parte Aquilonis ſuper eremitorium Deiparæ ;anctiſſimæ, complures ſtellæ diuerſorum colorum, (nunjuam alias viſorum) apparuerunt. Quæ viſiones, per quauor horas, & amplius, conſpectæ ſunt ab omnibus Iaponenibus, & Luſitanis, Meaci commorantibus; non ſine magno mnium terrore; exclamantium (*miſericordiam Domine, miricordiam*). Vt à vociferatione, infremuerit terra; & munli finis exiſtimaretur.

Corpus glorioſi Commiſſarij Fratris Petri, è cruce diſ-)arens, quadam die hora tertia decima (ideſt ſeptima ante neridiana) vſque ad mediam noctem non comparuit; quae Cuſtodes confuſi & trementes (dubij conſilio) neſcienesque quo pacto diſparuiſſet; ſtetère pauidi; cum ſubito ſub :repuſculum: videre ſacrum corpus B. Martyris, apparentèr n priſtinam crucem ſuam locari.

Mirum eſt & illud (quod Iaponij teſtantur) nempè pluies vidiſſe, glorioſum Fratrem Petrũ (à morte ſuâ) miſſam nagna muſica, lætitiâ, & luminarium frequentia, in templis (quibus prius inter viuos conſueuerat) celebrantem. Quocirca aſſerebant, fieri non poſſe ipſum cruce peremptum fuiſſe: ſtupentes, quod eum & in cruce pendulum, & ſimul in æde ſacra viuum conſpicerent. Corpora illa ſacra duobus menſibus à crucifixione, ſanguinem ex vulneribus adeò recentem, & calidum (ac ſi recenter in crucem agerentur) profuderunt. Item corpus B. Patris Petri, ter, ſuccedaneo motu in cruce mirabiliter contremuit, & tanta vi, vt viuus in terram, ſimul cum cruce ruere videretur; quo tempore magnam, eadem hora, ſanguinis copiam effudit. Tribus elapſis, à martyrio menſibus (cum hæc relatio in Hiſpaniam miſſa eſt)

 corpo-


corpora ſeruorum Dei, nulla corruptione, alba, pulchra, & tractabilia ſtabant in patibulis; & nonnunquam facies eorũ extraordinaria claritate, ſplendere notabantur, quod ſpeciatim omnes, de glorioſo Fratre Petro aſſeuerarunt; qui eximiam in vultu ſerenitatem, præſeferebat; & oculos in cælum intenſos (eâdem diſpoſitione) quâ fuit in extaſi, ac raptu, dum lanceis in cruce traijceretur.

Corui (qui in illa regione voraciſſimi ſunt) damnatorum eo aliquin in loco, corpora deuorare & tãta rabie laniare conſuerunt vt relictum in cruce corpus raptim euiſcerent, & diſcerpant: Tamen non modò non attigerunt illa veneranda ſanctorum membra, ſed (quod mirabilius) neque volatu cruces tranſierunt; nec in ſtadium (vbi erectæ cruces) penetrarunt. Quod quidem Iaponenſibus, qui coruorum, in hac Regione degentium voracitatem optimè norunt, pænè monſtrum immane, ſupra captum humanum, viſum fuit.

Jmago glorioſi Patris N. S. Franciſci, in Conuentu Meacenſi, ſanguinem ſudauit (quaſi præſentiens, & præſagiens ſuorum cruentam cataſtrophen, quam in illis regionibus ſubituri eſſent) cui macello ſanguinario, fælix principium ſex iſti viri, & legitimi filij S. Franciſci dedere: ac glorioſi Vexilliferi Chriſti à filijs ſuis effuſo ſudore, imperiale ſanctæ fidei vexillum in ijſdem terris erexêre.

Hic Imago. 18.

IN



Sanguineos fundunt latices; Fert ebria Tellus,
Lumina: Nam probitas teste carere nequit.

Ipsa maris pietas, Tumbas ad littora sistit,
Vt pateat Loculis, aurea Gaza suis.

(18)

Vnſchuldig blutt, Kam in die Erdt,
Drauſs wuchſen helle liechter werth.

Das meer brachts haiſthumb auch herſür,
Damit ihm gſcheh nach der gepür.

IN PRÆDICTORUM MARTYRVM

Franciſcanorum Obſeruantiæ Strictioris Recollectorum Congratulationem.

EN Machabæorum, rediuiuũ Schema, Beati,
Patre, quibus, Chriſto: Mater erat pietas.
Stat cruciata Cohors: laudes, Puer intonat infrà,
Ite domum, ſaturi ſanguine, ſat crucis eſt.

Martyrij eximiorum Minoritarum, Strictioris Obſeruantiæ, Reuerendorum P.P. Petri ab Aſcenſione, Ioannis à Sanctâ Maria, & P. Apollinaris, apud Iaponem paſſorum delineatio.

CAPVT XXVII.

MEMORABILI narratione, & fideli proditum eſt: Ternum illum vnionem Generoſorum Patrum, Spiritu ſancto, in amore fraternitatis collectũ, proprijs Europæis Prouincijs, amicis, commoditatibus à tergo neglectis, in vaſtum Iaponem (potiſſimè, cum Chriſtianorum ſanguine hinc indè miſerabilitèr tingeretur) lætantibus animis excurriſſe, & reuera, in apertum macellum cruoris fidelium, tanquam oues occiſionis (quæ iam animo tota die propter Chriſtum mortificatæ fuerant) properaſſe. Apparentibus ergo agniculis iſtis inter lupos immanes, quod præceptum habebant à Domino (vt ſcilicet quod in aure audiſ-

audiſſent prædicarent ſuper tecta) Palàm ſine terrore ba
lantes; annunciauerunt Agnum Dei, qui abſtulit peccata
mundi, vt fierent omnes filij Abrahæ (in ſemine quod e
Chriſtus) iſti qui tantis ſeculis, in præputio vitioſæ carni
& mentis, idolis inſenſatis demeruiſſent. Hæc intimabãt i
vicis, & plateis, comminantes audacter iræ diuinæ iuſtitian
verbo gratiæ obſtituris; egerunt autem potentiâ ſermoni
& ſpiritus vehementia, vt, cum Gentilitatis abominatio, ſ
pientiæ (quæ per eos loquebatur) contraire non præſum
ret, neque ſufficeret; Sacrificulorum rabie conſulta, prim
murmurare; dehinc minis in ſeruos DEI; Tandem vti vi
lenta eiectione & proſcriptione præconum eorum, ex Iap
num imperio furere cæperit. At verò, Patres, qui non viu
do triumphum adornabant, ſed pro Chriſto moriendo, q
viâ pellebantur, eadem animoſiore greſſu rediêre. Et in
properantes incredulæ genti, iniuriam Redemptori ſuo f
ctam; denuò rogare, vt gratis oblatam gratiam, filiali gr
titudine amplexarentur, inſtitere; ne in die Iudicij peiùs au
dituri, quàm Sodoma & Gomorra, (quos induratos igni
vltor abſumpſerat) crudeliùs quoque, quàm Tyrus & Sido
puniendi; æternis ignibus, meritò deputarentur. Talibu
illi laceſſebant, aures & populi, & primatum; & vno loc
repulſi, alteri nouo ingerebant ſe; Et in hoc non admiſ
alium, ipſumque priorem repetebant; Quo pacto Brutali
natio, tædio ſtomachata, in milites Chriſti pugnis ac verbe
ribus, tandem & cruentis vulneribus inſoleſcere, vincula &
pedicas adornare, in tetricas, putulentaſque cuſtodias, in
ſontes depellere, ſine fronte contendunt. Et quanti hic iu
bili candidatorum Chriſti auditi ſunt? quantæ vultuum iu
cunditates? & animorum ſerenitas? Hoc enim importun
tate ſua quærebant, quod illi inuidiæ liuore moliti ſunt.

Exactis igitur carcerum inedijs, ſqualloribus, & conti
nua populorum (qui ſpectatum velut ad amentes irru

perunt

ꝯerunt) improperatione, ſed & cuſtodum intolerabili ve-
câ, furoreque ſuperato; demùm, collectis Iudicijs ſiſtun-
ur; Agitur primùm modo precario (more Satanæ apud
omnes Chriſti martyres auito, & vſitatiſſimo) vt promiſſio-
ibus ineſcati, bolis fortunæ volubilis (vnius momenti) de-
nentarentur. Caſſis precibus, adhibentur crudelium in-
ernecionum minæ; &, illis impotentibus mouêre; ſucce-
lunt, communia vota conclamantium Iudicum, ad mor-
em, ad mortem, ad gladium.

Statuitur dieta malitiæ, locus apertus d[illegible]ernitur, Car-
ifex prodit diſſectis Heluetico more femoralibus & tho-
ace prægnante (fortè hoc ludibrium excogitante ſatana in
eſpectum gentis Europeæ) hac forma lictor, ſtricto enſe,
ninarum ſpirans, appropinquando ingreditur, primum-
que ex collectis Patrum, P. Petrum, infeſto quodam impetu,
aptans in medium, oculis velatum, manibuſque furis inſtar
nnexum; flectere iubet, & ceruicem porrigere. Cui man-
ato, ſanctus Pater, vltroneâ ſponte; & gratias agens per-
uſſori, pro beneficio; morem gerit: verùm ſpiculator, ne
eatus ille verbum plebeculæ (ſatis credulæ) ſalutis inge-
ereт; vltimoque anhelitu fidem in ſanguime conſignaret;
ræoccupat grandi truncatione, loquelam Beati, & dirum
nucronem cruore ſanctificat: illoque (cum iubilo æmulo-
um) expedito, adducuntur reſidui duo, cordibus hinnien-
es, præ lætitia; quod viderent viam planam (ſanguine
ollegæ ſui) perpolitam, quâ, tantillo momento, æternitas
omparetur. Itaq;, non inuitati, ingeſſerunt ſe, vim propè
cturi occiſori, vt occiderentur; participes futuri merito-
um primi collegæ ſui: quare & ijdem, eadem Saga feriri
nerebantur; Sed mox à morte (contra pietatem huma-
am) odibiles facti raptantur, quaqua verſùm à populo, ve-
tituque ſacro detecti, ſine rubore prophanantur. Et ne ſu-
erſtes hæreat memoria occiſorum: in altum mare, pon-

deroſis ex ferro ciſtis incluſi, demerguntur: ſed elementum aquæ ſanctimoniam reuerens innocentum, ferratas moles in terram reſtituit. Erat in eodem Martyrio, S. Auguſtini quidam prædicator Eremita, plexus ſupplicio; & vna tumba ferrata cum Petro noſtro conuolutus; ponderoſo itaque ferro ad littus eiecto; apparuit theca recluſa, & nobile par fratrum, diuerſi Ordinis (tanquam è roſeto deliciarum emitterentur), quaſi in thalamo ſponſi, decumbere; nec fretum vorax, nec limus aquæ, aut ſcopulorum, & profundi iniuria, membris inermibus, vel minima parte nocuerat; ipſe Pater Petrus ab Aſcenſione, oculis patentibus, per modum ridentis, aſpiciebatur; reliqua perinde duorum corpora, integra reperta, ſtuporem populo, maximè Chriſtianis (viſum excurrentibus) concitauere; ſed quid mirabilius? quàm quod in frequentiâ tot millium oculatorum Teſtium, ipſa tellus (quæ martyrum ſanguine, conſperſa rubuerat) velut cœlum aliquod ſtellatum, varietate luminum (magnitudine & ſplendore differentium, & gradatim vibranti quadam celeritate, prorumpentium) coruſcare cœpit? Terra alioquin imbribus humectata, gramen; ſed cruore ſeminata innocenti, candorem luminis tulit; erat enim ebria, charitate cæſorum; vt naturæ ſuæ curſum temulenta neſcierit: & hoc quidem in terris teſtimonium probitatis reliquerunt, qui cum patre luminum iam communicabant in cœlis

Hic Imago 19.

Secta-



Affer. Afrum. cum Marte, rogum, fer, et, Affrica, saxa:
Non cremat ille Rogus ; cetera punctus erunt.

Exanimare potes mortale ; Sed ille quatemus
Vnio. Nil furijs, cedet; amore, tuis.

(19)

Eija wie froh' vnd wolgemuett.
Vergeuſt dies bruderſchafft ihr bluett:

Dis feür brennt nit: die ſtein vnd
Gelten ein ſchatz vnd [illegible] wert

ſpectaculum cruentum, quatuor Zelotum Minoritarum Strict. Obſeruantiæ, Patrum F. Damiani Valentini, P. F. Alexandri Itali, P. F. Zuaze, P. F. Petri, in Affrica, Tyrannide confectorum.

CAPVT. XXVIII.

NE quid deeſſet ſpirituali Imperio Seraphici Patris; meritò, & in illa Barbarie Gentium Affricanarum, ſtigmatum rores ſtillare debuerunt; ſanguine Mi-oritico, ferendum fuit, in terrâ aridâ & inaquoſâ. m olim attraxerat ſuccum Minoritici ſanguinis, illa uculenta progenies, (cum viuente Minorum Patriar-a Franciſco) Berhardum cum ſocijs ſuis, immaniter eremiſſet; adeoque & eodem ſitis furore, in poſte-s deſæuire conati, quatuor illos Heroas & Euangeli-as de medio tollere feſtinantes; vix armorum vllo fe-ci genere, præconceptæ ſuæ petulantiæ, & in Chriſtia-os iuratæ hoſtilitati, reſpondere potuere; parantibus ijs rogum, alijs ignem aptantibus, pars eorum, ſaxis rradendis curuabatur, pars vero cuſpides, & bipen-es exacuens; pars ſicas diſtringens; pars adactis pu-ionibus inſtans; metum (qui in viros Chriſti cadere equibat) ſerio artificio, præparabant; Verum tan-m abeſt, vt diuiſionem à Chriſto ſolicitando reuice-nt; vt nec ipſum vnionem amoroſi quaternionis (vlla i, vllauè comminatione) terruerint; Inuitabant can-

didati Domini, mutuò ſeſe ad propinandum paſſionis calicem, in ſanguine proprio; vt ſolent vindemiantium conſortia, iam preſſo torculari, muſtorum gaudere libamine, inuicem prouocantes, ad miſcenda pocula in ebrietatem, miſſi ſunt ergo in ſinum æternitatis, vario genere tormentorum, vt coronam reciperent, varicolorem laborum.

Hic Imago 20.

Marty-


IHS
Sagittatus in Insula Tagolanae decollatur.
Wird erschossen und enthaupt.
Sparso uerbo baptizat V Regulos.
Durch Sein predig tauft er V Königlen.
P. Sebastianus.
F. Antonius.
IHS
Exutus cilicium fert.
Ein eysen gurtet fandt man bey ihme.
Crux apparens miracula operatur.
Erzeigt sich ein creutz mit wunderzeiche
20
Martyres à Maluco. Ref. S. Fran.
Mihi pondera luxus.
Capitur at Hollandis fit habitus Velum.
Er Wird gefangen Von den Holländeren.

Martyrium Reuerendorum Patrum Minoritarum Reformatorum P. Sebaſtiani, & F. Antonij, in Molucis Inſulis trucidatorum.

CAPVT XXIX.

PRODIGIOSAM, narrationis ſeriem, offert, præſentis ſcemmatis effiguratio, modò (quod penicillo, & ſtillo cuſoris oſtenditur) ſaltem à longinquo aſſequi poſſet, enna ſcriptoris. Hi, ſunt enim, duæ oliuæ, duo viri miſeriordiæ, quorum pietates deficere nequiere; quorum in entibus memoria, ſanguine cauſata viuit ſempiterna. Aler eorum P. Sebaſtianus ex Prouincia S. Pauli Alumnus. atus intra confinia Prouinciæ S. Ioſephi, ex villa Medinæ, de campo, Hiſpaniæ). Alter F. Antonius de Sancta Anna, ditus ex Caſtro Garobilij Diæceſis Laurienſis, qui (cum iner Franciſcanæ Religionis florem, ſelectiores ſurculi habeentur) è Prouincijs ſuis euocati, ad prægnantes Euangelij ementes, in Gentibus, ſeminandas; in Prouinciam Diui eorgij Philippinarum, deſtinati ſunt; Pater quidem Sebaianus, vt ſermonis potentia, & virginali (qua pollebat) puicitia, Nationem incredulam lucraretur. Frater autem Antonius Laicus, vt exemplari vitâ, quod literatura & loquela non proficeret, ſimplicitatis virtute ſuperaret.

Primus, igitùr obedientiæ ſuæ expeditionem decurens, P. Sebaſtianus, in Molucanis Regionibus, quinque præellentes Regulos, aqua Baptiſmali, Chriſto deuicit; & crulam alioquin Generationem illius Regionis, Chriſtianæ noralitatis elegantiâ, non paucis in locis expoliuit. Verũ; ùm, vnius Iobi turbandi cauſâ, Cacodæmon vniuerſam erambularet terram, vt contra Deum, Trophæum ali-

quod inuidiæ ſtatueret. Ita gens Pyratica Hollandorum (tanquam veternoſum Satanæ, omniumq́ue rebellionum ſeminarium) inſtinctu proculdubio infernalis perduellis Luciferi, in maribus propinquis, & longinquis, alienæ ſubſtantiæ inhians; deprehendit P. Sebaſtianum, nauigio euntem; & prædas non alieni æris, ſed animarum Chriſti ſanguine conſtantium pretia, quærentem; Quo intercepto (quaſi verò egregiam laudem extuliſſent) inermis religioſi habitum cum cucullâ, ad mali naualis cuſpidem extollentes, ludibundo velo ferebantur: Donec pertæſi præſentiæ Sancti Viri, eum in deſertam maris inſulam morti certiſſimæ expoſitum, eiecere. Ille verò præſenti auxilio Dei, promotus in inſulam Tagolandæ, cum ſocio delat[9] gentem Machometicæ veſaniæ cultricem, longis ſermonibus confundens, & euincens, ad extremum Iuſtitiæ illi[9] terræ ſiſtitur; Et cum vtrique Prophetam Machomet publicè conturpaſſent; quaſi Maieſtatis Rei, non in carceres, (vt reorum more audirentur) ſed omni inſtantia & appellatione remota, ad ſententiam mortis audiendam producuntur. Sacerdos ergò Minorita, abſq́ue miſericordia feritur gladio, ſed poſteàquàm velut ſignum ad ſagittam expoſitus, (nauali populorum ludo) ſpiculis, toto corpore, confixus eſſet; Quibus peractis, truncum corpus, in aquas demergitur: Sed ipſis aquis ſuperenatans, oſtendit, cilicium lumbis affixum, rigidè acuminatum, quod vir Dei ad extremum agonem Martyrij (quaſi pœnitentia egeret, qui aureolâ priuilegiandus erat) retinuit. Flagellum quoq́ue Diſciplinæ illius, à Barbaris ludibrio habitum, & in mare, toties, quoties reiectum, ad littus, eminentèr elatum eſt. Interim cruce miraculoſâ ad locum martyrij, diuinitùs oſtenſâ, multi prodigio moti, ad Chriſtum properarunt. Socius eius laic[9], lubriciori Satanæ techna pellectus, in ſtadio confligebat. Nam eccè, cùm tota Gens iam noſſet, iuuenem eum Laicum,

Patris

ıtris ſui morte, & cruore (nec hilo) à propoſito ſuo dimo-
:ri; naturali compaſſione ducti, filiæ Regis, principi iu-
:nculæ, negotium detulere; illa (muliebri curioſitate)
ilitem Chriſti contuita, inducias exorare, & ne in mortis
ntentiâ, properaretur obtinere meruit; Tandem inſtigan-
antiquo ſerpente, ad ſolicitandam mentem, candidiſſimi
atris; nuptiæ, cum eadem filia Regis (& ſeriò quidem) ex
ırte illius, ac voto parentis (ſi fidem abiuraſſet) oblatæ ſunt,
t ille Cerberum cum Acheronte, omneſque infernales inſi.
as, animoſè repudians, aiebat, ſe iàm, deſpondiſſe vni vi-
), virginem caſtam exhibere Chriſto, nec vllius penſi du-
:re, potentatum mortalium hijmeneos, momento durabi-
s, & cum diſpendio æternitatis: faceſſant, inquit, illece-
æ: vbi decretum eſt mori pro Chriſto; nolo nubere; nolo
:rire. Raptum eſt illicò, verbum, ex ore illius, & delatum
l Reginam principem; quæ præter ſpem contemni ſe cõſi-
:rans, accenſa fæmineo furore, hominis contemptoris ex-
emam ſententiam, in beneplacitum ſuũ relatum à paren-
, ſuſcepit. Adornat ergò totam muliercularum aulam;
machæris, ſagis, cultellis, pugionibus accinctæ, in Religio-
ım nudum (quem ſpoliari veſtibus iuſſerat) irruentes cor-
ıs eius membratim, ſed lentis ictibus diffinderent. Itaque
ynæceum, ſaltibus, & choreis, appropians, circumgyrã-
o ligatum martyrem, ad metrum ſui tripudij, imbellibus
ıanibus diſſecuerunt. Quæ mors Caſſiani martyrio (qui
uerorum manibus lentè confectus eſt) non abſimilis, inæ-
imabilem, cum pudore, dolorem, Fratri pudiciſſimo con-
ılit. Hoc modo confectus, animam cælis applicuit, ad nu-
tias properans Agni, qui terrenas contempſerat. Sed cum
ıorienti caput præſcinditur; duobus diebus moueri in ſtipi.
e animaduerſum eſt; Et ipſe populis (à morte) conciones
roponere viſus, imò à pluribns auditus eſt. Corpus in a-
uas depreſſum, mergi non potuit. Quàm pulchra eſt
Caſta

caſta generatio cum claritate! Vt Rex non eſſet, mortu
eſt: & vt eſſet Rex, iam viuit in æternum. *Ex Fratre Ang
Auogadro de verſelli, Reform. Mediol.*

Minoritarum Recollectorum in Sinis, vel Ch nenſium Regionibus, euangelizatio, & de Zelote Religionis, Fratre Mariano in Chinis extincto.

CAPVT XXX.

NON fruſtrà B. Martinus de Valentia (vt ſuprà libro pri mo notatum eſt.) ſpiritu diuinante, prior omnium reuelationem de Chinis accepit, & viam quaſi ma demonſtratam, poſteris ſuis aperuit. (niſi iſti aliqua terg uerſatione, alios præuertentes Franciſcanum laborem, a miſiſſent) Tametſi enim is ipſe Beatus, diuina prohiben diſpoſitione, (vtcunque voluerit) ad nouas & deſignatas ſe gentes non excurrerit; tamen iure merito, viſionis illiu prærogatiuam in familiâ Seraphica Recollectorum, reſid re debuiſſe; eorum (quorum ſubmittimus) patrum dem ſtrauit effectus.

Siquidem (vt ex chronicis F. Angeli Badaioz, aliqu locis accepimus) complures eò penetrarunt, inter quos, i ſignis Euangeliſta Chriſti, P. Fr. Petrus de Alpharo emicui & diuinus Laicus Fr. Franciſcus Marianus: qui tamen p ſteà, fraterno charitatis amore, in aliquod nauigium morb dorum hominum collectus, & ipſe demum peſte correptu non deſtitit ad extremum agonem, inſiſtere verbo, docer gentiles, animare laborantes, donec (deſiderio quiden martyrii, ſed maiori dolore conſumptus) exſpirauit in D mino. Deniq; P. Ioannes Baptiſta Italus, celeberrimus pr

dicato

licator, qui, omnes diſcalceati filij Prouinciæ S. Ioſephi. Primumque in Philippinas Inſulas illati; inde conducta nauicula, ſine nautis, & Nauclero, (& ipſi, nauigandi penitus ignari) flante Deo, & bonâ cauſâ ſulcante, remigibus orationum, in Chinas deuenêre: & per vagos ac periculoſiſſimos maris anfractus, diuina directione tranſmiſſi; prætereuntes etiam mira inaduertentia omnes cuſtodias, & excubias militarium copiarum ad portus, & freti anguſtias, decubantium: in ciuitatem (Canton dictam) appulêre; vbi inquiſitione in eos facta, cum inermes, & quidem mendicantes comperirentur; omnium commiſeratione prouiſi fuere, oblatis (ſi voluiſſent) theſaurorum auri & argenti talentis; quæ nolentes; populo maiorem amoris, & admirationis anſam præbuêre. Hoc principio fundato, vberrimos fructus intuliſſent Deo ſuo; niſi, falſario interprete Chinenſi deluſi, à Præfecto Regionis in terras ſuas (quaſi ignorantes) remiſſi fuiſſent. Tamen vbi ludibrium aduertêre, nihil minus quàm animos deſpondere, ſed reuerſi ſunt priori conamine, & inuecti in vrbem (Macchian appellatam;) vnâ dietâ diſtantem à Cantone, iam certiùs repromiſêre ſibi, ſcopum intentionis ſuæ prioris: vndè humanitèr accepti, ab Epiſcopo Macchiano D. Domino Melchiore Carnero, viro ſancto è ſocietate Iesv; cæteriſque de clero & vulgo, Chriſtianis; paulatìm communibus votis ad ædiculam Minoriticam erigendam, animos addidêre; & breui completo cœnobio, in ijs quæ Patris ſui erant impenſi, cepere cathecheſes puerorũ; leproſorum curas aſſumere; inſudare verbo ſalutis; cum ingenti Nationis emolumento; Generalis autem totius Ordinis (cui ſcripſerant ſupplicantes, pro fratrum communicando ſubſidio) facto repromiſſo, non defuturos coadiutores, qui communem Prouinciam viritìm ſuſtinerent; alacritèr in vinea Domini perrexerunt. Mirabilia & miracula, quæ periodis noſtris claudi non poſſunt,

dictis Chronicis R.P. Angeli Badaioz commiſimus: & cu
ris, aliorum, iam ſub incude feruentibus.

Quatuordecim Martyrum Strictioris Obſer ſeruantiæ Seraphicæ, Anno M.DC. XI. menſe Februario, Pragæ immaniſſimè Necatorum, fidelis adumbratio, & Hiſtorica narratio.

CAPVT XXXI.

QVATVORDECIM Auxiliatores in ſubſidio opor
tuno, vniuerſalis hactenus coluit Eccleſia; & qu
minor eſt Eccleſia, familia Minorum; pari mod
Quatuordecim per Imperium Romanum, Interceſſores
candidatos Innocentiæ, ſine comparatione ſtupendos; i
Bohemorum Regiâ Pragâ, promeruit; noſtra quidem me
moria, lachrimoſa, & commiſeratione plena. Horum
non dubitamus candorem, ſimplicitatem, Seraphicam vi
tam, & laudatam in Imperio conuerſationem, ſtilo noſtr
non egere.

Nihilominus, quia (in ſæculo) macelli illius truculen
ti, prophani aliquando ſpectatores fuimus, (licet non vt
Saulus ad cuſtodiam veſtium Stephani ſederimus, nec (v
reliqui) conſentientium infandiſſimæ neci; ſed commiſe
ratores effecti, ſine ſpe, & ope, furias Inſecutorum deponen
di, non procul & eminus Tragœdiam, liquidis oculis, con
templati, tenereſcere viſceribus coacti ſumus.

Erat, quandò Hæreſeon factio, Patriæ illius Bohe
miæ, Rudolpho II. Cæſari pacatiſſimo, pientiſſimo, pru
dentiſſimo, ſectarum omnium in Bohemia graſſantium
confirmationem, ſub vno ſpecioſo Titulo confeſſionis Bo
hemiæ, mordicùs obtruderet: &, cum, importunitate ne
goti

otij, Cæſarem (aliàs maturi conſilij deliberationem poſ-
entem) properare compellerent; (putantes rebus Impe-
ij turbulentis, & maximè ipſius cæſaris particularibus ma-
è habentibus, alacritèr piſcandum eſſe, & Anguillam cal-
inoſanguineam capeſſendam.)

Demùm, à Cæſare manibus ligato, quod mordicùs in-
enderant, extorſere: datæ ſunt illis patentes literæ, Maie-
atis (quas vocant) Imperatoriæ, firmantes, roborantes,
mpliantes, & ſubſignantes obtruſam nequiſſimam confeſ-
ionem, ſtylo & more ſuo (id eſt Hæretico) fucatam, colo-
atam, aſtuque Caluiniani ſerpentis adumbratam: quâ qui-
em, omnes in vniuerſum hæreſes, ſaluo conductu Imperia-
gaudentes (quamuis mutuò iugulum petituræ) ſub vm-
ra Nominalis Confeſſionis Pragenſis, pulchellulè palliatæ,
tectiſque centonibus pugnantiæ ſuæ) ijſdem legibus, mo-
ibus, commercijs, ac priuilegijs ſi poſſibile foret vteren-
ur. Quo in negotio, Sectarij, (in ſpeciem) allegabant imi-
ationem Confeſſionis Auguſtanæ, quæ quidem duas Reli-
iones ſatis ieiunè (ſub Interim) conciliaret.

Ipſa verò confeſſio ſua, tanquam largioris miſericordię
nater, non duas tantum, ſed omnes Religiones in Vnum
olligeret, etiam ipſas, quæ fortè noluiſſent.

Et hoc (non ad Interim) ſed Deo volente ad perpe-
uas æternitates; donec omnes diſſecti, diuiſi, pugnan-
es, variantes, affirmantes, negantes, occurrerent, in
nitatem fidei, menſuræ, ætatis, & plenitudinis Antichriſti.

Sic ratum erat, quia datum erat, ſub titulo Maieſta-
is: ibat igitur Maieſtatiua Confeſſio, & turgentibus
Rebellionibus (Imperatore ligato) inſaniebat in ho-
nines vnius Speciei (per contemptum Catholicos hâc no-
a deſignabãt) creſcebant inuidiæ, rixæ, logomachiæ, duella
priuata, publicæ deierationes, & prouocationes, inſpiciente
mperatore, patre pluſquã optatiſſimo, & Pragę, & Bohemię

(quippè qui ambas iſtas per triginta, & longiores annos, L
gatorum, è partibus vniuerſi orbis, honore nobilitaſſet; r
gijs Palatijs ampliaſſet; diuitijs cumulaſſet; Imperij proc
rum acceſſu impinguaſſet, & incraſſatos extuliſſet; Merc
monijs & artificijs omnium gentium adauxiſſet; Annon
prouiſionibus laudatiſſimè ſecuraſſet.

Vt maiorem Coronæ, & Throni reſpectum, atque reu
rentiam (cœlo & terra iudicibus,) promeritus, ab ingrat
obtinere debuerit.

Tandem nulla fronte recalcitrantes, ſceptrum quaſi
manibus benè meriti Cæſaris. (cogendo eum ad ea, quæ
buiſſet) propè excuſſerunt. Cæſar Catholicus in anguſti
conſtitutus; verendo, nè machinationibus iſtis, non ipſi ta
tùm Maieſtati ſuæ, verùm & Sereniſſimæ domui Auſtriac
ad Coronas illas Bohemiæ & Vngariæ, ex Auito Iure Ferd
nandi primi Cæſaris, & Succeſſorum eius, acquiſitum n
men titulumque habentibus, præiudicium iniquiſſimun
texeretur. Ipſe, militem Patauicum, ſeptem ferè millium
collectum non procul à partibus illis, ſaltèm ad defenſion
& cautelam perſonæ ſuæ Imperatoriæ, euocabat. Et ape
to paterni animi ſui conſilio, à ſubditis, trium vrbium Pr
gæ, ſtationem pro gente militari expetebat, (quamuis Iu
ſuperioritatis in tantilla Copia collocanda vti, merito p
tuerit) appropinquabant vocati milites ad Cæſaream r
ſidentiam. Anno milleſimo ſexcenteſimo vndecim
menſe Februario: ibi tumultuaria plebs trium vrbium
collecta, primùm muſſitare, hunc militem (licet aliquot cer
tenis ſuis millibus imparem) ad internecionem fidelium ſu
vtraque (ſic enim ſuos honorant) & ad euertendas liter
Maieſtatis (iam dictas) citatum eſſe. Mox inde furiali mor
ad ædes ſacras, & turres conuolantes, campanarum lugu
bri ſigno, arma ciuium ſuſcitare, contenderunt, dein præo
cupare montes, & pontem lapide ſtratum, opponere ſe ger
ti Ca

Cæſareæ,& tumultuario furore obuios mactare;vt in con-
ictu & innocentis ſanguinis effuſione (durabat enim qui-
is, & amplioribus horis)ferè ſeptingenti homines crudeliſ-
me necati, præ foribus platearum, in ipſa minori Vrbe, &
eſidentia Cæſaris conſpicerentur.

Ab hoc furore, in alias vrbes per pontem reduces, &
unc firmantes vallo; proximum è regione laudabilis So-
ietatis Ieſu collegium,ad compendium inſpiciendi pontis,
iuſque aſſecurandi, occupauêre.

Jnterim creſcebat audacia, creſcebat & numerus ar
natorum, qui (prout arma furor miniſtrauerat) ſtipitibus,
ombardis, ſclopetis, pugionibus, ſicis, enſibus, clauis fer-
atis, bipennibus, aſcijs, igne, & alijs inſtrumentis, huic gen.
i communib⁹, Et innumeris onuſti, ſanguinem hominum
(*Vnius ſpeciei*) ſitientes, volabant ad ſacra loca; ac cædem in-
xorabilem vultu, geſtu, & ore ſpirantes, proruêre: Iamque
ptimorum Patrum Societatis ſanguine, man⁹ auidè diluiſ-
ent, niſi mirabili prouidentia Dei, cordati vnius Capitanei,
quamuis Lutherani,) ex nomine ſuorum accurrentis, mi-
itaris copia, collegium (vt diximus) præoccupaſſet; miſſiſ-
que foras (ſub ruricolarum habitu) benè meritis patribus:
Res domeſtica, cum paramentis Eccleſiæ, iſtorum fidei de-
relicta eſt.

Fruſtrati itaque in hoc loco, fundendi cruoris appeti-
tū, crudeliſſimi Leones, aliam prædam venantes, & templa
hinc inde, ac cænobia irruentes, vnâ turmatim rabioſa furia,
multorum milliū conglomerata, egregij facinoris laudem,
in ædem Sanctæ Mariæ ad Niues (vbi Minoritæ Strictioris
Obſeruantiæ, ſanctiſſimo vitæ exemplo vulgò clarebant)
deſtinarunt: Erant inter eos, qui truculentas iras in Patres
noſtros, incenderent, aſſerendo, hoc mendicum genus ho-
minum, perrumpere domos regias, & ciuium caſas, defer-
re proditorias literas, ſuccendere Magnatum animos, ad ar-

ma, & leuigandam publicæ fidei datæ promiſſionem, inſu
dare Euangelicæ confeſſionis demolitioni, corradere vir
nummorum (ſpeciè quidem fabricæ ſuæ prouehendæ) ſe
reuera noui militis conſcribendi intentione.

His alijſque, nimis credulæ & armatæ Feci propoſitis
excandeſcebant in vindictam animi omnium, cruorem
& mortem vna voce conclamantium.

Reuerendus Præſes autem Cænobij, coniurationis ini
quæ certior factus, Amabiles Patres ac Fratres ſuos, ad mar
tyrij palmam, ardentiſſimè compellauit, vndè ſingulis com
plexis ſe mutuò, fluentibus lachrimarum imbribus, & pæni
tentiæ ritu, cum pabulo Vitæ, præmiſſis, adhortantes, & inui
tantes inuicem ad caulas boni Paſtoris, in alterum ſeculum
(vbi mors violenta non habet Imperium,) paſcendos ab v
beribus conſolationum Agni, & ſecundum multitudinem
dolorum, in momento durantium, æternum gloriæ pondus
ſolatio perenni habituros in cælis, lætantèr, & fiducialitè
animauêre. Stabant hac Fraternâ pietate reſoluti, milite
Chriſti; At turbo terribilis homicidarum iſtorum irruens
in locum Deo ſacrum, primò diffregêre portas Conuentus,
(tanquam prædonum latebras diſrupturi, quæ tamen nullo
labore pandi potuerunt) irrumpentes itaque immani perti-
nacia, & vtenſilium Sacrarij libidine, ſed prius ſanguinis
fundendi cupidine ducti, Fratres (quorum aliqui metu hu-
mano Turriculam Ædis Diuæ Virginis ad Niues conſcende-
rant) directis ſclopetis, è ſummo cacumine in terras horribi-
li caſu depoſuere.

Tùm belluinâ rabie, ad corpora, ſpiritum halantia,
concurrentes, diffindere moribundos per medium, aures
nareſque præſcindere, & os cum mento mutilare, ſacraſq;
ſtatuas in ventres diſruptos & hiulcos adigere; manus & pe-
des truncare, non reueriti, ſpecimen Pragicæ confeſſionis
(ſupra petulantiam Turcarum Alcorani) poſteris reliquere.

Qua-

Quatuordecim Fratres (vno qui decimus quintus erat, fortuitò, ſaluato) trucidârunt.

Abſoluto macello, properatum eſt ad ædem, & ſacraium, vbi quidquid calicum erat; ſed & ipſa tremendi corporis Chriſti cuſtodia argentoaurata (pane cæleſti proiecto) Tartarico more ſpoliata, & ferramenta trabalium, ac murorum, vſque ad clauos tignorum ſacrilego furto, prædæ barlorum hominum ſubiacuere.

Tandem polluti ſanguine Innocentum, & onuſti ſacrilego ſpolio, adhuc ſtragulas veſtes, & habitus viliſſimos fratrum, in crepundijs ſuis vænum expoſituri, diripuere: Quib⁹ graſſatorum more) peractis; impunè tamē, publicoq; triũpho apud ſuos, petulăter ouantes, & tolerati & laudati ſunt.

Quamuis caluiniana Factio, nequiſſimâ ſimulatione lauare manus inter innocentes voluerit. Sed DEVS, qui non irridetur; ſubitò Martyrum amicorum ſuorum merita, gloriofis prodigijs palàm apperuit, nec lento pede in ſacrilegorum pænam proceſſit.

Primò, effuſum ſanguinem Martyum, in Area, & ſub dio, terræ concretum, quaſi indeletum aſſeruauit; vt contuentium oculis memoriale fieret commiſerationis, & atteſtationis fuſi ſauguinis innocentis: Et poſt aliquot dies à cruenta cæde, auditus eſt martyrum chorus, dulciſonâ cæleſtique melodiâ, nocturnum, in locis ijs, penſum peragere; id quod non Catholici, duntaxat, ſed de corruptæ plebeculæ fece, homines inſomnes, audire compulſi fuere.

Rurſum, in obſcuræ noctis caligine, non ſemel, Turricula Diuæ Virginis ad Niues, coruſcãte lumine, & quaquauerſùm in oculos, vigilũ vibrante, flamea tota conſpecta fuit.

Scilicet Beatum Luminare minus, æthereum, (Deipara ad Niues) promicabat defenſionis radijs pro Inſontibus ſuis, quos ipſi maledictionis filij, contracta cute & mente conſcia timeſcebant. *Gaude felix Innocentia, quia Vbique ſecura es, vbique illæſa,*

illæſa, & qui te oderunt, metuunt, & nunquam non potes Victrix eſſ etſiamſi in terris Iudex defuerit; Sunt, qui te iudicant, æmulantes int ſidera, vbi ſertis & corona ludis, non vltimi inter purpuras Laure torum martyrum; quorum candidata palma, inter ſenatum Beatoru rutilat; in terris ſeminans incontaminatæ puritatis lilia.

Ad Extremum, cum foro Vænali, à mulierculis inſtit cibus, exponerentur Veſtes ſacræ Deo, & Teſtimonio fid cruento ſignatæ; Deus, qui patienter tulerat Nefandam Necem; ſceleratum hunc Religionis deſpectum tolerare non potuit (iam enim Sectarij vrbis Pragæ olim à centen annis & amplius, perſecutionibus eiuſmodi, licet non ade truculentis in Minoritarum ordinē, aliquoties deſæuieran Itaque eos, completâ malitiâ; teterrimæ peſtilentiæ, (mox commercijs iſtarum veſtium) paſſim addictos, inuoluit Et multis millibus impœnitenti morte ſublatis, vindictar tulit; ſecuta eſt fames inſupèr, & armorum aſſidua conflict tio, quam etiamnum meritiſſimè patiuntur, &, ſi voci com muni fidendum eſt, illi ipſi, qui votiuos habitus compara runt, contagionis luem primi (loco ſupererogatæ merce dis, & honorarij vice detuliſſe feruntur. Ah Praga! Plaga Imperij flagrum!

AD INNOCENTISSIMVM MARTYRIVM.

Inſpiciunt: Cæſar. Deus: Alma Maria: Triumphum.
Candor obit: Surgunt lilia, tincta, Polo.
Plaudere Praga ſolens: mox, fuſo ſanguine, plaga, es;
Plange necem ſanctam: quæ, tulit, vlta, tuam,

Sancti quatuordecim martyres auxiliatores, orate pro nobis.

Hic (doloris memoria) cæteras ſtrages,
Bylſenæ factas, obmuteſcendo ſilemus.

DEVS IVDEX, VINDEX, VLTOR.

CON

CONVERSIO, IAPONIÆ.

SIVE

POTENTISSIMI INTER IAPONES, REGNI VOXVANI, CVIVS LEGATIO, PER FRATREM PATREM LVDOVICVM

Sotelo, Strictioris Obſeruantiæ Minoritam feliciſsimè à Rege Idate Maſſamune, illius regni moderatore, Anno 1613. nonis Octobris obtenta; & ad Sedem Apoſtolicam directa: porrò Anno 1615. tertio Nouembris, Romæ Paulo Quinto P. Max. (Regis nomine, obedientiâ præſtitâ) vulgata fuit.

Generalia quo ad conuerſionem Voxuani Regni; & de Apoſtolo prædicatore Reuerendo Patre Sotelo Minorita, Strictioris Obſeruantiæ.

CAPVT XXXII.

PATER LVDOVICVS Sotelus, ex Regio ſanguine Seuiliæ natus; prouectiori ætate ſua ad Strictioris Obſeruantiæ Reformatos accedens, continuo ardebat amore ſalutis animarum. Tandemq́; opportunitate reperta; cum aliquot Franciſcanæ ſuæ familiæ fratribus ſub Anno 1599, nauigio ſe dedit, & traijciens per inſulas Philippinas, à Vice Rege Nouæ Hiſpaniæ, Comite (Monte Re) dicto hoſpitari coactus; aliquanto ab eo tempore detinendum ſe, timens, (quod & accidit) porrò feruore deſiderij ſui ſtimulante dimiſſionem obtinuit; ſoluenſque ex eo loco, in Philippinas expoſitus eſt, vbi Vice Rex Dominus Franciſcus Tello, (cognito propoſito zelantis viri) à Nauigatione Iaponenſi, omni modo eum abſtinuit; tùm quod Iaponia inteſtino motu turbari diceretur, tùm quod excurſionum pyraticarum inſidiæ timerentur. Intereà Vicerex copiã fecit Sotelo ædis diuinæ pro libitu fabricandæ; inſuper addens illi poteſtatem & Authoritatem omnia Nauigia exterorum etiam Iaponum, quæ incurriſſent; ſuo nomine viſitandi, diſpiciendi, examinandi; quæ res, cum ingenito gratioſoque, & dulci ſuo more, tractaretur, tandem & conciliauit beneuolentiam apud Iapones, vt vbiuis nondùm viſus, nominatiſſimus euaderet, & certè non erat, niſi à Deo præludium illud æſtimationis ſuæ, apud Iaponiã; Nam ſuccedente Vice Regi (quem diximus) alio Gubernatore; Sotelus in Iaponem dimiſſus, quatuor menſium ſpatio linguam eam apprehendit egregiè;

perrexit anterius in vaſtiſſimum Regnum Voxu, non ſine præſentium diſcriminum toleratione. Vbi ad Regem ad miſſus fuit, adeò vernaculâ patriæ linguâ diſertus elo quebatur, vt ſtupenti Regi, & primoribus ſuis, lon giores ſermones texeret de fide Chriſtina, Mund principio, Animæ immortalitate: alijſque (quæ in fra ſubijcientur) & quia Natio iſthæc ſcire deſiderat gaudetque ſcientijs, facilem præbuit aditum, eloquij Patris Soteli, qui animos in tantùm euicit, & Regis plebis, vt modico interuallo temporis, ædes conſtruen di licentiam tulerit. & quatuor Conuentus: Primum Meaci; Alterum Fuximi; Tertium Voſanæ; Quartum Saccai, exquiſitè, ſed tamen Franciſcano more, con ſtruxerit; ibi Fratres tametſi pauciores, docebant pr concione plebem, Iuuentutem continua Cathecheſi ex ercitabant. Et gens naturâ docilis, vſque eò, myſteria noſtra cappeſſebat; vt etiam vulgò mulierculæ, legem Chriſti proclamarent: Creſcente interim numero con uerſorum: Hoſpitalia fabricata ſunt, in quibus deſuda tum à noſtris ad curandos infirmos, mirabili cùm plebi ædificatione, ipſe induſtrius Pater, confundebat Idolo rum cultores, ſuperſtitiones horrendas è medio tollens inter alias crudeliſſimam conſuetudinem euertit, quâ Vo ſana Regum proſapia gloriabatur; cùm nempè dormien te per mortem Rege, Proximi ſanguinum (cum Rege, mo rituri) proprio ſeſe mucrone conficerent. Hunc morem Rex Quinacuni Aſſanodaibut (nomine) mordicùs con tra Sotelum tuebatur, ſed valentioribus argumentis, Spiritu ſancto, per os eius, intellectis, victus, liberrim ceſſit; nec ſolùm; ſed & truculentam barbariam tota ſua ditione, publico edicto proiecit. Secutus eſt p entiſſimam abrogationem, ipſe Iaponum Imperator per vniuerſum Imperium. Vicit & Bonzios, Pater noſter

&qu

& quidem Doctores Bonziorum, à Cathechumenis ſuiſ' ſuperati, diſcipulorum Soteli numero cenſeri, lætati ſunt.

Et quamuis huic lætiſſimæ ſegeti, Bonziorum aliqui ſubornati Incendiarij, interitum machinarentur; cum tamen ædibus', & Conuentibus Fratrum ignem ſuppoſituri ſubreperent, omnes', (more Sodomiticorum hominum, qui ianuam iuſti Loth vallauerant) repentinâ cæcitate contenebrati, per longas noctes domicilia ſignata comperire nequierunt; mane facto videntes ſe quæſitis ædibus approximatos, nec inuenire potuiſſe, verſo ſcelere in pietatem, fidem receperunt; *Et quidem de fide Narrationis huius Iaponicæ conuerſionis, inferiùs lectorem certiorem reddituri ſumus.*

Amplitudo Regni Voxu, & fœcunditas eius.

CAPVT XXXIII.

REGNVM hoc, de ſexaginta ſex Iaponicis vnum eſt, maximum tamen: inter alia, concludens quartam inſularum partem, Niuoro, nuncupatarum: finitima eſt inſula ad Orientales extremas & Septentrionales plagas: Principio ſuo vergit de 37. gradu, ad 38. pergens ab Oriente ad Occidentem 43. gradibus.

Latitudine 400. milliarium, longitudine 700. patens; gaudet aere temperato, ſimili ceteris Caſtiliæ regnis, brumâ verò aſpera in Tranſmarinis oris riget; abundat orizo, hordeo, frumento, & fructibus, non imparibus Italici ſoli, ſed ſanioribus. Scatet armentis, bobus, ceruis, apris, optimo equorum fætu, & id genus alijs.

Mercatus dictarum Regionum, qui & in alijs Nationib
exercentur, fidem faciunt relationibus noſtris: Ipſi mont
& ſyluæ, & nemoroſa loca, delicijs omnis generis non v
cant; Et volatilibus varijs etiam aucupio ſeruientibus abu
dant. Flumina, omnium piſcium genere ſpermentantur,
implentur.

Non deſunt perindè fodinæ auri, & argenti; quoru
arenulæ multæ in fluuiolis paſſim colliguntur; alicubi qu
que ad magnitudinem grani ſinapis, aurei argenteique gl
buli, comperiuntur abſque numero. Cetera metalla vilio
ad vſum adſunt & ſuperſunt. In cupris & ferro opera mi
fica cælant, Iapones iſti; quæ Regibus hinc indè, multum,
rem communem Vectigalium, proſunt, eo quod vehant
& emantur.

Ligna ad fabricam, & quotidianos Vſus, in copia rep
riuntur, & Vænum exportantur in alias terras. Salnitru
Oleum, Charta, Linum, Vina, Ibidem exuberant & Chr
ſtallus montana admodùm ingens conſpicitur, vt in colun
nas dolari poſſit.

Natio populoſa eſt, ſuprà quam credi poteſt, refert
vicis, oppidis, vrbibus, & arcibus. Pratis & aruis cultiu
apprimè Nobilis, vſque ad vaſtos illius Imperij montes dil
tatur, & quamuis gens illa fidelis ſit, & humana, Ingenioq
pollens, tamen pluſculum armis deſudat, quàm literis; il
reperies tormenta bellica, globos, ſulphur, & eiuſmodi a
mamenta, Europæis potiora.

Regnum Voxu, olim ſedes Imperatorum erat, (quo
Dairos) Iaponij appellant; donec expulſo Dairo magn
Vice Rex quidam, Findefira, in Voxu perrumpens, armat
manu, Regnum ſibi proprium vſurparet; qui cum eſſet ori
undus è Cungis (affinibus Dairi) & è familia Imperatoria
vulgò Conoijendona; non contentus amplitudine ſort
ſuæ ceteros Regulos poſſeſſionibus ſuis exuens depulit, eo
qu

quà terra, quà Mari, in exilium; Anno circiter Milleſimo ſexageſimo quinto. Tranſactis ergo, in violento dominio annis viginti duobus. Alter (ex Rebellatoribus contra ſupradictum Dairum elatis) Yoritomo, nomine, omnes rurſum vice Reges edomans ſubſidio fortunæ compulit Findeſyram ad querendum auxilium à Dairo nuper eiecto, & exauctorato propemodum; is vero animaduerſa potentia yoritomi, ceſſit Imperij Iuriſdictioni, & finibus eius; reſeruato ſolo ſupereminèntiæ & maieſtatis Dairicæ, Nomine, Titulo, & honore, & homagio obedientiæ ſibi hæredibuſque ſuis, ab ipſo Yoritomo, alijſque conſpirantibus, Vaſallorum more, deponendo. adiecerat aliam conditionem, vt quantocius perduelles reliquos terra Marique conficere teneretur. Sub hæc Yoritomus, Fratrem ſuum minimum natu, Vxuiacandono dictum, (quem Findefira Rex in filium adoptarat) inter aulæ ſuæ Dijnaſtas ſeruabat, & filij quoque loco tenerè complectebatur: Intereà iam canus Findefira, duplici maſcula prole donatus, mandauit iſti vtrique filio, vt fœdere amicitiæ, cum Vxiuacandono adoptiuo ſuo ſedulò conquieſcerent. Moritur ergò Findefira, filij vero illius ſimulatâ pace, collectis ſubdolè armatorum copijs, Vxiuacandonum, de medio tollunt. Imperator Yoritomo Fratris ſui necem dolens, ſed diſſimulans, porrectâ conſimili proditionis anſa, vtroſque peremit; poſtquæ & illo in fata concedente, Meaci Gubernator (ex familia Conoijendona) ne ſtirps Regni Voxuenſium deficeret; Obtinuit à Dairo omniũ iſtius Regni prouentuum ſpiritualium diuitias; quibus arreptis, adiecit & animum ad dominationem vniuerſi regni; Eoque felicitèr potitus, præoccupatis iam animis procerum Regni, imperabat omni terræ; donec familia iſta, iam trecentis annis Regum titulo fulgens, tandem inertia vnius Regis diffluerit, ſecta in ſe, & diuiſa. Cuius ſocordiam immodicè ferens filius Regis, nec dignatus quidem patrem

aliquo

aliquo reſpectu; arma & titulum & familiam, & Nomen nouum aſſumpſit: Idatem ſe (ideſt Nobilem & magnanimum) compellando Cuius proſapia, per omnes ætates in Vaſto Iapone Culta, & honore, ac tremore præcipuis exaltata fuit. Indè igitur Modernus Rex Idates Maſſamunes originem trahit. Quem, ætas, modò ſupra quinquagenariam ſpectabilem reddit, & virtus cum ſolerti ingenio, inter potentatus Iaponiæ facilè Principem locauit. Accedit magnificentiæ pompa incomparabilis, & ſumptuum, deliciarum Regalis profuſio. Meacum, huius Regis præſentia mirifice ditatur, trahit enim eò veniens ingentem aulam ſecum, Maieſtatis eximiæ conductu, viuit protectus fortunæ clypeo vel potius ſucceſſu felicitatis diuinæ; nunquàm armis ſuccubuit; Vbicunque manus conſeruit, victor euaſit: Reſidentiam Regiam, palatijs ornatam, præ cæteris Iaponum Regulis, ampliſſimam habitat; præſidiariorũ militum octuaginta milia in cõtinuis ſtipendijs alit; Aperto Marte centũ millia militũ, nullo negotio, collectare poteſt; Iaponiæ Cæſaris amicitiâ intimâ fruitur, affinitate filiorum filiarumque, mutuo coniugio copulatorum; vndè non modica ſpes eſt, de ſucceſſione in dignitatẽ Imperatoriam aliquando futura; ſiquidem & Rex Idates, Ternis generalibus conflictibus hoſtes Imperij fuderit, & ſubegerit.

Hic Imago. 21.

P. Sote-



Extremos Japonas, Natis penetrantibus, infert.
Xtum Franciscus. quid nequit Ignis Amor?

Weÿtt hin, da nieh'. Kain Christ hinkahm.
In Japon gieng Francisci, nahm.

21

Regis Amica, iacens, sine Spe; rediuiua per
Dion reualet, populo, fit duplicata Salu

Die Kranckeÿt ward vom leib gew
Dadurch ward christi lehr bek

P. Sotelus ſeptem annis ſupplex diuinæ bonitati, pro conuerſione Regis Voxu; voti compos efficitur.

CAPVT XXXIV.

SEPTEM integros annos ſuperbum glorioſumq́; Regem iſtum conuenire ſategerat Sotelus, ſed fruſtrà, quod, is pauperum & vilium perſonarum congreſſum ab alto deſpiceret. Tandem, Deo ſic ordinante, Idates Rex cõmoratus Meaci, in palatio filij Imperatoris, fratris generi ſui; animi cauſâ, in ciuitatem Iendo (quô Chriſtianorum omnium primi Franciſcani penetrarunt) perrexit, vbi concubina Regis ad mortem decumbens, à mediciſque deſperata; cum eſſet dilectiſſima Regi, omnem illi ſollicitudinem mouit, conquirendi media vndecunque. Itaque Conuentus noſtrorũ de licentiâ Imperatoris Iaponij in Iendo erectus, multa frequentia Neophitorum, & candidatorum Chriſti, in dies excolebatur: maxime cum fama percrebuit, in hoſpitali contiguo Eccleſiæ, fieri mirabiles medicinas & facillimas paratu, à fratribus noſtris, ibidem adinuentas; & cuiuis deſideranti gratis expoſitas, valentes quoque contra omnia genera morborum: ſtatim rumore animatus Rex: Patrem Sotelum Commiſſarium conueniri iubet; poſcitque Fratrẽ illũ, præ ceteris (in re medicâ vulgatum) adeſſe concubinæ morienti. Frater (qui erat Petrꝰ de Burquillos) laudatiſſimæ cõuerſationis, cõparet in Regia; exhibet medelã fæminæ; quæ ſubitò, non ſine miraculo & ſtupore, reualuit. Quare Idates Rex firmans oculos, & animi affectꝰ, in medicũ iſtũ, & Patrẽ Cõmiſſariũ; donarijs ex auro, & byſſino præcipuè, gratitudinẽ regiã adornat; patribꝰ autẽ iſtis munera reſpuentibus, incenſus maiori amore, in generoſos illos temporaliũ rerũ contẽptores; in conſpectũ ſuũ ambos deferri, ſolẽniter more

patrio, iubet: conſuetudo autem habet, non comparer
vacuũ, coram Rege; proinde ante faciem fratrum baiulat
rum, proceſſerunt honoraria, 50. videlicet panes: canta
ex cerâ candidâ, triginta: pondo piperis tria; totidemq
pondo gariophilorum, quæ dignatione Maieſtatis eximi
ſuſcepta ſunt à Rege: & inter regia dona collata. Jnteri
Rex gaudebat præſentia Patris callentis idioma ſuum exa
tiſſimè, conuocabat eos ad menſam regiã; præferebat ſi
na fauoris ſupremi; propinabat, (quod clementiæ apud e
magnæ ſpecimen eſt) religioſis hoſpitibus: conferebat de r
bus cæleſtibus, hauriebat reſponſa tota mente & corpor
mirabundus. Et quia rurſùm expediebatur ad regnum ſ
Voxuenſe: plenariam copiam fecit Commiſſario Sotelo (
oranti) vtì pro libitu, & Regnum ſuum & Regem conuen
re.

Ad Regem pergens P. Commiſſarius, Animas Chr ſto lucratur, & in Regiam admiſſus, ſocius menſæ inuitatur.

CAPVT XXXV.

ERgò in Regiam ſuam reuerſo Rege, accinxit ſe itine
Commiſſarius, & quàquà tranſibat (peditans ad Rege
relinquebat odorẽ Chriſti; nunc Cathechiſatis Iaponi
innumeris: nunc aqua ſalutari delibutis. Aliàs quoque co
cionum vigore, gentium multitudinem, animo ſuſpenſa
reddens, & accenſam, ad inquirendum ſuper doctrinâ nou
cæleſti, prolexit. Vbi ventum eſt ad confinia Regis; ſtatim
ille, aliquot delubra Bonziorum (id eſt ſacrificulorum Sat
næ) quò diuerteret cum ſuis, Patri Sotelo Commiſſario ord
nauit; nec deerant alia ſeruitia regia famulorũ, ad omne
neceſſitatem Patrum diſtributa. Sed & Pater à Rege denu
ad dapes regias acceſſitus, & delatus; loco muneris

Tre

res phialas affabrè de vitro conflatas, treſque panes odora-
nentis ſuauioribus confectos, in Regiam intulit. Quibus re-
reatus Rex, maximè verò præſentia tanti viri, gratulaba-
ur aduentui, gratum habens quod tantis itinerum pericu-
is, ſui cauſâ, ſubiacere, eum, non piguiſſet. Porrigebantur
Commiſſario edulia lautiſſima, cuiſuis ferinæ, & domeſticæ
carnis, ille verò neglectis oblatis, piſculentis exiguis vteba-
ur; ad quem, miratus Rex, cur inquit, delicias illas ſuas ne-
gligeret? Cui Pater, arrepta occaſione, à ieiunio Saluatoris
noſtri, de quadrageſima ſermonem intexuit; quod Chriſtus
abſtinentiæ legem ſuis, exemplo proprio, reliquiſſet, cui o-
mnes Chriſtiani ſuis diebus, (potiſſimum religioſi, & Patres
Franciſcani) iam tot à ſeculis morem gererent; intentione
quidem vitioſi corporis mortificandi, ſed præcipuè Dei ſui
& hominis, veſtigia conſequendi; qui miſericordia indici-
bili motus humanam carnem induiſſet, & vetitum eſum pri-
morum parentum (vnde mors ſecuta eſt) ieiunio ſuo repa-
raſſet. Hic commotus Rex; quaſi inſtinctu ſpiritus ſancti;
& quænam eſſent illa myſteria? requirebat. Ad hæc pater;
non poſſe illa cognoſci, niſi multa ſollicitaque attentione,
& ſermonum frequentia; tum Rex, inaudiſſe ſe aliquandò
in Europâ, Deum coli, cuius lex naturæ lumini valdè re-
ſponderet, optaſſe itaque iam ab antiquo cognoſcere ali-
quam ſeriem narrationis prolixioris, quam à nullo hactenus
habere potuerit; licet indagaſſet; velle itaque ſe, vtì pater
affectui ſuo & deſiderio Regio ſatisfaceret: nihil enim
æq; in votis habere ſe, quàm vt intellectu peruideat,
quæ tanto rumore laudarentur.

P. Sotelo, regijs delitijs paruipenſis; finitis ij occaſionem nanciſcitur de fidei noſtræ negotio conferendi.

CAPVT XXXVI.

COMPLETIS autem menſalibus; Rex vlteriori collatio
diem dixit, (qui erat apud nos, Baſilica Sanctorun
Petri & Pauli) quibus, prouidiſſimus Deus noſter ta
quàm petrâ fidei, & doctore gentium; in peregrinis regni
fundamenta nouellæ Eccleſiæ locare diſpoſuerat. Vt Iap
nij, ijſdem authoribus ad vitam inaugurarentur, quibus a
ma Roma rectoribus, initiata, protectoribus quoque fidel
bus ſemper vſa fuiſſet. Die ſtatâ, iam appropinquante,
Sotelo, in nomine virtutis Dei, exorſus Cathecheſin ſuam
primò deduxit Regi, mundum non potuiſſe ab æterno fuiſ
Multa immiſcens, de animæ immortalitate, prouidentiâ
prædeſtinatione, & charitate diuinâ, verſus genus human
Mox conuerſus in veſaniam Idolomaniæ, oſtendit auido R
gi, abſurditatem falſorum Deorum; quos (vt homines) mo
tuos, ipſi Iapones noſſent; tamen vt Deos coluiſſent: Inde
tranſitum eſt, ad ruinam Angelorum, ad demonſtratione
vitæ æternæ: ad explanationem pænarum gehennæ. Tùn
de præuaricatione primorum parentum, inſtitutus ſermo
deque pæna mortis, ex traducis vitio, vel originali peccato
in poſteros omnes continuato.

De petulanti affectatione Diaboli, circa diuinos hono
res; quos etiamnùm, in regnis illis appeteret. De inuidiâ illi
& inſidijs in hominem. De figuris effictis, ad dementando
homines, vt in illis coleretur. De penatibus proprijs Iapo
num, nempè Camis, Fotoques, Iacâ, & Amidâ, quos, (mor
ſuo, apud alias olim gentes vſurpato) in deſpectum vniùs

bon

boni Dei, inuexiſſet. Similiter de ſole, & luna, & ſtellis, quæ inimicus Dei, Satan (cum eſſent creaturæ) adorari curaſſet. Tandem de ratione, & turpitudine peccati, cuius author, & origo eſſet, idem perduellis Diabolus: Vndè inter mortales omne maledictum, cum vindicta diuina, pænis, & miſerijs ſeminatum, eſſet. Hac occaſione, ventum eſt, ad diluuium: Sodomæ & Gomorræ excidium. Item ad ſigna circumciſionis in fidelibus Dei viuentis. Ad figuras & præludia Chriſti Saluatoris. Et quia nulla creatura ſat erat ſoluendo contractum illud malum; anſa porrecta eſt ad diuinitatem Ieſu Chriſti redemptoris, hominum mediatoris. Hinc ad intactæ Virginis conceptionem; integritatem, dignitatem. Ad virtutem & efficaciam paſſionis, meritorum ſanguinis Chriſti. Ad miracula illius, & ſponſæ eius indiſputabilia.

Jndè ad liberum arbitrium: ad reſurrectionem: ad demerita & merita actionum noſtrarum; ad præmia & vindictam, vtrimque futura; ad iudicium extremum, finem mundi, gloriam cœleſtem.

Tandem finijt, in authoritate Eccleſiæ Romanæ, Sediſque Apoſtolicæ ſupra Petram (primo quidem capite eius, Petro) ſolidatæ. Concludens obſeruantiam mandatorum neceſſariam, quorum reſpectu ſolo, Chriſtus factus eſſet omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ.

Rex colloquio peracto, Chriſtianæ fidei teſtimonium palam effatur & ſacrificulos confundit.

CAPVT XXXVII.

HIs peractis (etiam coram Bonzijs) Rex publicè conclamabat, hodie, inquit, notitiam hominis imbui; dignitatem eius accepi; homo factus ſum; maledicens in

ſuper omnibus diebus, quibus coluiſſet Deos, factus iumēti
ſimilis, & peior. Quare Edicto Regio, vbiq; terrarum emul
gato, cauit, curauitq;, vtì vera hæc Religio añunciari poſſe
Baptiſmata, ceteraque acciperentur. Intereà Chriſtiano
omni fauore, & ſubſidio, confouendo, dabat anſam incol
properandi ad fidem; veruntamèn Pater Sotelus, Regem
admonuit; vt populi voluntarij ad Sacramenta reciperen
tur: cogendos enim non eſſe; docuitque confeſſionis fid
modum: quo recipiendi admitterentur.

Rex in fide, motu diuino, ſuccreſcens, delubra Deo rum diruit, cum ingenti populariũ applauſu.

CAPVT XXXVIII.

REx Idates, ſuper hæc omnia, indutus fortitudine & Ze
lo ab Altiſſimo; ſpecie quidem vnius in ſignis piſca
turæ faciendæ, apud ciuitatem Xandai, ſed reuera, la
xaturus retia Chriſti, in capturam hominum, pergebat, cō
ſideratione plen⁹, quâvia vni Deo gratũ præſtaret obſequiu
& ecce tibi, in itinere, vaſtum delubrũ, Maitzcuxima, quod
erat ædium ſeptem Satanæ, præcipuum (non abſimile mon
ti Serrato in Catalonia, aut Loreto in Marcha Anchonitana
Hoc, vt ſatis æquè intuitus erat Rex, tactus dolore cordis, o
amorem Dei viuentis, ingemuit, moxque inuocato diuin
auxilio; quantociùs ſub pœna criminis læſæ maieſtatis, mã
dauit collecto militi, inuaderent molem delubri; diruerent
Idola diminuerent, vaſtarent omnia; factum eſt extemplo v
imperauerat Rex, deiectaque ſunt (plùs minùs) octingen
ta, Deorum ſimulachra, primaria verò, inter illa; Camis, &
Iaca, & Amida, & Fotoques; quorum deluſione tota Iapon
gens, ſupra mille, & octingentos annos peruerſa fuerat, &
infatuata; à minimo ergo ad maximum vſq;, omnes ſtatu
illas comminutas tàm mari, quàm terris demergentes, ſu
fode

oderunt, interque laborem illum ſanctum, Deoq́; placen-
em, vnus omniū iubilus reſonabat; viuat, viuat Deus Chri-
ianorū, potentior enim, Deus ille, eſt Dijs noſtris: inquie-
ant prætereà demirantes, vbi igitur, nunc vindicta illa cō-
ninata Deorum eſt? vt quid, nō vlciſcuntur ſe modò, de ini-
nicis ſi poſſunt? talibus illi tripudiabant, illudentes. At ve-
ò magnanimus Rex ad victoriam contra Diabolos obtentā,
'atri Sotelo euocato, oſtendit facinus Regiū, in ruinis illis,
Nec mora, procedens ad aliū delubri locū, iubet Bonzijs Sa-
rificulis, vt eâdē machinatione ſtatuas ſuas demoliātur: re-
uſantibus illis, rogus adiudicat⁹ eſt, in quo, vnâ cū Dijs ſuis
remarentur. Hæc animoſa regis audacia, procerib⁹ multis,
ongèq́; ampli⁹ inferiori plebi, omnes aditus aperuit ad ſanā
octrinā āplexādā: ruebāt ergò ad lauacrū regenerationis,
urmis quaſi cōglomeratis. Quo viſo diuinus Rex; adiecit
nimū ad fabricā Chriſtianarū ædiū, Xenodochiorū, cōuen-
uūque, quib⁹ Chriſtus Rex gloriæ deprædicaretur; verū cū
b defectū operariorū, P. Sotelus lamētaretur; Rex ab incæ-
to coact⁹ eſt deſiſtere; tamē Chriſtiana plebs accelerauerat
egotium, & duas inſignes ædes Chriſto iā erexerat. Inſtanti
orrò Regi apud Sotelū, quo modo, quouè ingenio, & arte,
ultus Chriſti Dei, hic propalari poſſet? reſpondit, Chriſtia-
is eſſe vnū caput viſibile, in terris locū Chriſti tenēs, Roma-
ıū nempè Pontificē, quē, omnes Nationes deuotè reueren-
ur; huius nutu, & approbatione, inchoatum negotium om-
inò finiri poſſe, maximè vbi Maieſtas ſua, per Legatos ſuo
omine, ad pedes Romani illi⁹ præſulis, cū obedientiæ pro-
niſſo, deuolueretur. Subiunxit Rex, placere ſibi legationem
x animo; non cōſiderandis itinerū incōmodis, & impenſis;
ed vt res tā ardua ſuccederet: velle, vti is ipſe (Pater Sotel⁹)
ua authoritate, legatione Chriſti fungeretur. Et ſubitò offi-
ialibus omnib⁹, ad expeditionē illā maturandā, regijs ſuis
iteris, adiuratis, initium ſanctæ reſolutioni dedit.

P. Sotelus

P. Sotelus, expeditus à Rege Voxuano, ad A[...] lam Iaponum Imperatoris pergit; ibi, Legatos Hollandicæ factionis confundit,

CAPVT XXXIX.

PATER autem Sotelus profectus, Deo duce, & grati[...] Regis, ad Cæſaris Iaponici aulam pergebat; ſed ecc[...] nouos obices, & inſolitas remoras contra iuſtiſſimar[...] cauſam oboriri. Cacodæmon enim, futuræ meſſis Ch[...] ſtianæ inuidentior æmulus; Hollandos perduelles,&Deo[...] naturali ſuo Regi rebelles, in Iaponis Imperatoris Regia[...] ventis ſecundis intulit; qui ſolita fraude ſua, & dæmonu[...] vafritiâ ſubornati; Cæſarem illum adibant fæderis ineũn[...] cauſâ; vt is terrà mariq́ue magnum hoſtem & tyrannur[...] (Hiſpanum ſignabant) imperijs ſuis, & regnis Indiæ, Pe[...] Mexico, alijſq́ue exutum depelleret; addentes, quod n[...] Domini ſui, Hollandiæ proceres, in eodem genere offic[...] vllatenus feriari ſtatuiſſent; verùm legationis Hollando[...] ſiniſtra fuit alea; fortè quod putentes haleces ſubolfece[...] Cæſar. Nam vt primum recognouit, (aſſerente Patre So[...] lo) illud hominum genus à genuino ſuo Rege defeciſſe: ſpolijs viuere; ex tapto conquirere; inuadere aliena: null[...] domitoris ſuperioritatem agnoſcere, libertate gaudere, quod inuito iure, Chriſti religionem noua ſecta fædaſſe[...] excanduit Cæſar & niſi iure gentium peperciſſet ſuborn[...] tæ legationi, aut potius ipſi Legati lubrico anguillaru[...] more ſubduxiſſent ſeſe: in audaces illos exemplum ſtatue[...] dum fuerit: quo legitimè eruditi, nec de reſumendo re-ditũ, præſumere, neq́ue Iaponij de ſecunda im-poſtura timere potuiſſent.

P. Sote[...]

P. Sotelus perſecutionis Hollandicæ turbine liberatus, ab ipſo Imperatore Iaponum, Legationis honore ad Catholicum Regem expeditur.

CAPVT XL.

E CONTRARIO placuit Imperatori manus ſocias Hiſpano Regi, tanquam finitimo porrigere, ideoque nauigium Patri Sotelo prouideri curans, cum mandato, & legatione ſua ad Regem Catholicum miſit; interim fama ad Regem Voxu percrebuit. Ille, vt erat iam ſollicitus, de Legato adiuncto, Patre Sotelo ſociando; denunciarat, legatũ, quem optaſſet, in præſens emitti non poſſe; pergeret nihilominùs Sotelus cum duobus ſuis fidiſſimis ſatellitibus (quos adiungebat Rex) vel ſuo quoque Regio nomine, ad Hiſpanum Regem; iam conſummata erat profectionis intentio: Pater itaque Sotelus, pridie Seraphici Patris noſtri, anno 1612. nauem conſcendit duplici legatione ſecurus: media verò nocte, vbi velitare cæpiſſet, nauis tempeſtuoſo mari in ſirtes impingens, diſrupta & compagibus ſoluta, planè diſpertita fuit; inuocato autem in ſubſidium ſancto Franciſco, præter vnum hominem nullus ceterorum in tanto fragore deperijt; at non latuit diu infortunium Voxu Regem ſollicitum: qui gaudens miraculo facto, & ſaluo Sotelo; miſit, qui illi, Regio loco congratularētur: & in propoſito conſolidarent. Pater verò non ferians, tres induſtrios Seraphici Ordinis Patres, gnaros linguæ, & apprimè doctos, in varias partes Iaponum deſtinauit; qui quantum profecerint literæ Laicorum plurium ad Sotelum datæ, poſtmodum aſtruebant: referebant enim (illi conuerſi) patri optimo ſuo, quæ qualiaque in fide Chriſti rudimenta poſuiſſent, alij erant, qui impreſſerant Catecheſin idiomate ſuo, alij qui inſinuabant

bant deſiderium, Apoſtolum ſuum nouum coràm intuend
Alij mirum conuerſorum Zelum aſſerebant; inter cetera
narrabatur: nobile par coniugum, (nomine Petrum Cata
& Luiſam) audito ſermone, quod Deus excelſus pro hom
ne homo factus, tandem in crucem ſubactus eſſet; ipſi d
ſtractis opulentijs ſuis, in vſum pauperum, crucibus du
bus onuſti, pergebāt euntes per vicos & pagos, inclamante
pœnitendum eſſe, ſiquidem Deus homo factus, hoc gener
crucis, viam patefecerit ad cæleſtia. Et illi quidem dieta
ſuorum clamorum peractâ, in crucem ſeſe compingi cura
ſent, viuos, & valentes, niſi aliorſum à noſtris inſtructi, re
ſipuiſſent.

Hæc autem ad æternum decus, nouellæ iſtius planta
tionis in Chriſto ſileri non debent, (quamuis cederet in Eu
ropæorum, proh dolor! ignominiam) incolas illos Voxu
enſes, alioſque conuerſos, tanto odio vnius lethalis delict
contra mandata Euangelizati Chriſti Dei noſtri, teneri, i
demque horreſcere, vt millia martyria ſubituri ſint potiùs
quàm delinquant in tam benignum, tamque benè de ſe me
ritum Deum. Hæc eſt verè gens illa, quam magnus Domi
nus creauit in laudem & gloriam ſuam.

Præteritam eam lætitiam, noua Chriſtianorum perſecutio, excepit.

CAPVT XLI.

LÆTITIAM autem illam vniuerſæ terræ, luctuoſa con
ſecuta eſt tragœdia.

Quoniam inuidiâ Diaboli nouum morticinium in
trauit in orbem illum, ex quo plurimi perierunt. Accidit
enim, duos inter ſe Chriſtianos mortali contentione inuic
diſcerpere; quorum alter, dum eſſet loco ſecretarij, Impe
ratori

atoris Iaponiæ (dictus Paulus Daijfati) alter, intimus Re-
gis Arimæ, Ioannes nomine: neuterque cederet alteri, ca-
uillis & iniurijs, quin factiones ſuas antiquas omnes, mu-
tuo ſibi traducerent ac proderent. Imperator audiens diſſi-
dium; qui prius inclinabat, in partem Chriſtianam, totus
animo, & ſtomacho alteratus, ſpirare minas, adornare mi-
litiam, iurare omnium Chriſticolarum necem, cœpit: Con-
iectis ergò in carcerem duobus iſtis, reliquis verò Chriſtia-
nis, ab aula reiectis, inque loca reorum læſæ maieſtatis, &
in exilium actis, nec propriæ concubinæ ſuæ (quæ Chriſtum
colebat) vlla miſerationis gratia data, furebat æſtro perci-
tus: inſuper apprehendens quatuordecim nobiliſſimos au-
læ ſuæ, fideles: cuſtodiæque inſerens, interdicebat aqua
& igni, domo, & hoſpitio, omnique humano auxilio, quot-
quot in Iapone Chriſtiani comperirentur, ipſos ſancti Fran-
ciſci Fratres è domibus ſuis (vno dempto Sotelo, quod cum
eo legatio Hiſpana, iam concluſa eſſet) profligabat. Illic
luſtrare fuit, lachrimoſam peregrinationem, coniugum,
parentum, ac infantium lactentium, quibus certa mors
ob oculos, & miſerationum vbique viſcera (mandato re-
gis) concluſa, obuerſabantur. Quique niſi eleemoſinis diſ-
cedentium fratrum noſtrorum ſuppetitias ſubſidiaque re-
cepiſſent; mortem in ipſo limine patriæ, & ædibus ſuis cor-
ripuiſſent.

Rex Voxuanus induſtria ſua P. Sotelum multis periculis erutum, Romam ablegat.

CAPVT XLII.

ET quia nulla calamitas ſola: hanc intolerandam mi-
ſeriam, cruenta martyrij cauſa ſuſcepit; iam creſcente
furore Imperatoris, martyres quos mox dicemus Dño

ſuo purpuratas animas, crudeliſſimo quidem actu reddid-
runt. Interea iunior Imperator Regem Voxu in confini-
ſua venatum inuitans, nihilque pro fauore Chriſti conſid-
rans; anſam dedit iſti Regi, conueniendi ſuum deſideratu
Sotelum, cui, præſens in gaudio factus, nouam claſſem, r
gio ſumptu apparauit. Huic adlaborabant per quadragin
quinque dies octingenti Carpentarij, ſeptingenti ſerrari
triaque millia ceterorum, ad rem naucleram deputari ſol
torum. Ceterùm parabat munera Rex magnificentiâ reg
digna; ſociumque legatum aſſignabat, nobiliſſimum D
cem Regni ſui, Faxecuram Rocoyemonem, ſic vocatum
ex antiqua proſopia Meaci oriundum, & conductus Reg
ſupremum Chiliarcham; quodque mirandum, ordinar
Rex domi ſuæ, vti coniux ſua, cum Regia prole, non proc
à deſignando loco Patri Sotelo (ſi redijſſet, expeditâ L
gatione) habitationem figeret, tùm conſilij, tum inſtr
ctionis Chriſtianæ cauſâ; tùm etiam vt inimicis Soteli tim
rem incuteret.

Noua Tyrannis crudeliter à Bonzijs, in paup rem Chriſti Sotelum, excitatur.

CAPVT. XLIII.

HIs peractis, Pater Sotelus iam à Iaponio Cæſare, eiuſ
filio, expedit⁹: per Voxuenſe Regnum viam paraba
cum ſubitò noua, crudelior perſecutio, (quam ind
ce ſupra notauimus) exorta, innocentium Chriſtianoru
ſanguine multo ſtetit; nam Anno 1613. vigeſimo primo I
Iij, Princeps Imperatoris filius (præoccupatus à Bonzijs inu
dentibus incremento nominis Chriſtiani, quod nempe
Eccleſias & cemiteria, ad ſolamen mortuorum, ac viue
cium, noſtri poſſiderent) coniecit arma in miſeros fideles,
captiuans mille ſexcentos; alijs, hoc iuuenili ſuo conſili
tantu

antum incuſſit terrorem, vt ementito habitu plurimi; alij
per loca ſecretoria hinc inde diſperſi; alij à proprijs infanti-
bus, coniugibus, & amicis dolentèr auulſi; incertæ necis ex-
pectatione, tamen omnes vna famis anguſtiâ periclitaren-
tur. In horrendum illud męroris ſpectaculũ ſeſe audacter in-
geſſit, P. Sotelus; & ſingulis, ſecundum ordinem, clanculùm
viſitatis, ac confortatis, & quantum poterat, ſua quotidiana
paupere ſtipe, & collecta eleemoſynâ, refocillatis; monita
ſalutis & patientiæ dabat; pœnitentijs ſeruiebat, ſacra mini-
ſtrabat; nec maiorem ab ijs grati animi viciſſitudinem opta-
re potuit; quàm quod omnes in vnum afflicti; Patri optimo
ſuo palàm & aſſeueranter edicerent, paratos ſe mori, priuſ-
quàm aduerſus agnitam veritatem Chriſtianæ fidei, vel in
minimo venire deſiderent. Hæc erat vna vox, vnum cor,
mens vna multitudinis; quæ res indicibili patrem affecit ex-
ultatione, quod videret filios ſuos, non ſolùm ambulantes in
veritate, ſed & in ipſâ, & pro eâ, vitam prodigere volentes;
Creſcente igitur illorum zelo, creuit & cura miſericordiæ
viſcerum, in bono parente; ipſe namque authoritate ſua
(qua pollebat, vt ex ſuperioribus conſtat) à mercatorum in-
ſtitoribus, auro, & argento, vaſiſque pretioſis mutuo acce-
ptis; multitudinem captiuorum & egentium ſubleuabat.

Princeps Imperatoris Iaponum filius, mortem molitur P. Sotelo, & Chriſtianis Imperatori ſubiectis.

CAPVT XLIV.

PRÆTERITVM opus miſericordiæ tàm multiplex, exer-
citum à P. Sotelo, ad Principẽ illũ furibundũ delatũ eſt.
Qui extẽporè, mãdatũ irreuocabile Sotelo inſinuat, vti
raptim Claſſis adornatę paratęq; domicilia petat, & nauiga-
re pro-

re properet; cui Pater obſiſtēs negabat, pietatis eſſe, vt fili
ſuos Chriſtianos, in anguſtijs deſereret; nō fictā, ſed verā g
rere ſe charitatē, quæ non deſerit in neceſſitate. Rurſum i
le inſtantius primo, præcipiebat acerrimè, diſcederet ab a
la, & nauem peteret. Sotelus vero idem reſponſum repl
cabat. Hic iunior ille, ſupra modum ira exæſtuans, mitte
manus in benignum Patrem, & pronunciare eum reum cr
minis læſæ maieſtatis, ex triplici cauſa conatur. Primò quo
legationem iniunctam à Cæſare, & Rege, diſtuliſſet. S
cundò quod ad nutum, imperantis, morem non geſſiſſet, i
nauigium ſuum properando. Tertiò quod ſubditos ſuos i
pertinacia roboraſſet; atque ita rebellionis anſam porrexi
ſet. Quibus in ſe commentis & falſo depoſitis, Sotelus, a
gutiſſime obuiabat; ad primum quidem replicando, par
tum ſe eſſe promptumque, pro legationis functione, at mo
dò, poſtquàm vidiſſet illius intempeſtæ calamitatis lamē
tum; non vacare, vt diſcederet; donec alia facies rerum o
feratur. Ad ſecundum inferebat, non teneri ſe princip
mandato iam dato, quod ſuprà & contra naturæ, humana
que Iura, cogeret eum, vale nunciare in ſumma neceſſita
te, ijs, quos in Chriſto Ieſu genuiſſet; ac ſuſcepiſſet eoſdem
omninò ſub paternæ charitatis officio; ſine quo procul du
bio, conſcientiâ ſuâ remordente, & inuito Deo, peritu
ſint; & omni rabidæ perſecutioni deſerendi.

Ad tertium opponebat, iuniorem Cæſarem, manda
tis ſuis, neophitos Chriſtianos, ad priſtinas Idolorum abo
minationes, redire compuliſſe; id quod nullo Iure, aut ratio
ne, tanquàm in deſpectum vnius altiſſimi Dei, moderatori
omnium, ab homine principe præſumendum, multominu
attentandum erat; Non enim hoc caſu, principem haber
dominium in ſubiectos; ſed mittere eum falcem in alienan
meſſem, vindice futuro Deo; quo conſulente, & Imperan
te, ſatiùs eſſet, non obedire hominibus, quàm parēre im-

perijs

erijs iniquitatis, cum præiudicio tam aperto, diuinæ maie-
atis. Hic delirus & amens quaſi, iunior Cæſar, actutùm im-
erat, omnes iuuenes, qui in fide Chriſtiana comperiren-
ır, capite plecti. Patri verò Sotelo cum prædicatoribus
is Iaponijs, rogum, quo viui concremarentur parari. Por-
decimo ſexto Auguſti tyrannidis initium fuit; quo, pri-
ùm, octo præfecti, ſiue congregationum directores capite
uncati ſunt. Decimo ſeptimo verò eiuſdem, quatuorde-
m ſtipendiarij milites ceruicem pro Chriſto ſecuri ſub
iſère. Jam vocabat ordo Sotelum ad ſupplicium; ſtrues
gnorum aptabatur, & pyra ad conceptum ignis benè diſ-
oſita, ſtabat. Properabat nouus orbis ad inſolitum tantæ
i ſpectaculum; & ſola expectabatur exſecutio. Cùm eccè,
ec opinatò, accurrunt celeres equi à Voxuano Rege, qui li-
ris ad dimiſſionem Patris Soteli, apud Iuniorem principem
quod eſſet Frater generi illius Regis) ardentiſſimè inſta-
ıt, monendo eundem ne quo facto legatio nupera ad Hiſ-
ınum concluſa, & tanto conſilio maturata, præpediretur:
minere dies, & occaſiones, ſecundo cœlo, vela carpendi;
itteret itaque patrem ad aulam ſuam vt ablegaretur: tum
iam rogando, quatenùs præconceptum odium in gentem
hriſtianam, vitâ exemplarem, ſanctam & innocentem,
eponeret. Princeps intellectis literis, libertatem quidem
hriſtianis decreuit; verùm prædicatores, ſocios Soteli,
ladio feriri viſſit. Nec aberat furoris periculum, ab ipſo
atre Sotelo; niſi temperante Deo, ex nouo tumultu, rela-
atio illius maturuiſſet. Siquidem inter Bonzios ipſos exor-
contentione, in delubris ſuis, tres ſacrificuli mortui reper-
ſunt: alijque grauiter ſauciati: adhæc raptim è viuis ſub-
lata eſt, filia præſidis totius conſilij ac Regiminis Impera-
toris; vt neceſſitate miraculoſâ, Patris executio pro-
telari mereretur, donec in factiones inteſtinas
inquiſitum eſſet.

Libera-

Liberatur P. Sotelus, & hoſpes ad Regem Vo gratulabundum reuertitur.

CAPVT. XLV.

SExto inſequenti die, Sotelus in libertatem aſſertus:
pediendæ legationis copiam, & mandatum recepit; p
gens iubente principe ad Voxuanum Regem : Rex
tem dùm inter ſpem, & metum hæreret, circa ſoſpitate
ſui Soteli ; tandem venit in Regiam, eius, nouus Chr
miles, filiꝰ Seraphici Franciſci Pater Didacus Ibagnes co
pellatus. Qui euicto fauore Regis (nè legatio ſæpe dić
euaneſceret) conſenſu illius nauim conſcendere feſtinal
Hiſpaniam verſus; cui inter cetera beneuolentiæ ſuæ ſig
Rex, affirmabat, quantis præcordijs Franciſcanos Pat
amplexaretur; velleque non obſtante iunioris Impera
ris tyrannide; vti per vaſtiſſimum regnum ſuum, pe
iam cæpto, & modo feliciſſimè continuato, Rex Regur
Chriſtus Ieſus, inuectus coleretur: eâque de cauſâ legati
ſe præſentem ad Hiſpaniam expedire, eumque creden
ſuis exorare, quatenus legatos ſuos, vlteriùs Romam ad
dis Apoſtolicæ pedes promouere dignetur. Dùm hæc ag
tur, inter Patrem Didacum, ac Regem, ſignificatur ade
qui deferat nuncium, Soteli valentis & priſtino loco reſt
ti; imò propediem ad Regis præſentiam comparituri. I
quaſi è graui ſomno euigilans; iucundus & alacer, ſub
mandat haberi dies lætitiæ, epulari regalibus impenſis,
tibus, more patriæ, tripudiari; amicum enim ſuum è f
cibus infortuniorum ereptum, redire, ad Regiam ſuam;
batur inſuper inſtructio Regis pro futuro conductu Pat
vt magnificentia regia adornaretur: parabantur diuerti
la famulo Dei, iuxta ſtatum ſuum, exquiſitiſſimè. Reue
porrò Sotelum Patrem ſuum, Rex ſereniſſimo hilarit

vul

vultu, ad Regiam menſam deduci curat. Inter refectionem, ſpiria Regis vergebant ad legationem promiſſæ obedien-iæ ſuæ, Sedi Romanæ nunciandæ; fatigari ſe inquiebat do-nèc animi ſui deſiderium expleatur, maturandam eſſe pro-fectionem: altera die citato Rocueymone Faxicura (de quo ſuperius) & communicato cum Secretiori ſuo conſilio, toto negotio, (quamuis conſiliarij nutarent, dubitantes concre-dere, tantam expeditionem, Regijſque diuitijs onuſtam na-uem, & literarum ſecreta, vni Patri forenſi) tamen Rex le-gationem ſcriptis requiſitis inſtruxit, & animos fluctuantes conciliians, dulci modo aſſerebat, perſuaſum ſe habere, nul-lam fraudem ſubeſſe poſſe moribus, & doctrinæ, tam eximij, imò Angelici Patris, qui terrena deſpiciens, tantâ maieſtatis diuinæ reuerentiâ teneretur. hoc modo ſedato murmure; Rex ipſe, prætexta cauſâ venandi, ad maris littora propera-bat, conſcenſâque legatorum naue, officialibus Hiſpanis, & nautis, ac Nauclero, cæteriſq; conductis, exponebat palàm hanc eſſe (nec aliam) huius ſuæ Commiſſionis intentionem, vti quantocyùs præconum multitudo, ad emulgandam le-gem Chriſti Dei viuentis, in ditiones Regni ſui euocetur: quibus apparentibus; ipſe fide Regia, per omnem ſolertiam prouiſurus eſſet. Huius rei teſtimoniales literas ſecum fe-rens: dabat Patri Sotelo, cui omnes obedire teneri, ſeueriſ-simè præcipiebat. Et dicto, vale, ſic vos, inquit, bonis auibus, & ventis deducat Omnipotẽs, pro deſiderio noſtro, & fideli-tate veſtra, tandẽq; gaudioſo diſceſſu vtrimq; perrectũ eſt.

Magno Chriſtianorum luctu, P. Sotelus Iaponem linquit, legatione ad Regem Catholicum, & ad Papam D. N. defuncturus.

CAPVT XLVI.

INTEREA tamen priuſquam ad maritimam profectionem ventũ eſſet, P. Sotelus, miſericordiæ viſcerũ memor, ante

diſceſſum filios chariſſimos, in Chriſto genitos, & conſola
voluit, & roborare in fide; & ſanè nec interdiu noctúue, vll
dabatur requies abiturienti, per viginti integros dies. Ali
baptiſmũ requirentibus, aliiſque Catecheſin, pœnitentia
alijs, nonnullis deſiderantibus vel aſpectum ſolum, pienti
ſimi Viri, pro valedictione quidem extrema; multis conſ
lia illius operientibus; omnibus plorantibus, & eiulantib
abſentiam patris patriæ, & Apoſtoli ſui Conuerſoris; ipſ
nihilominus ſecundum gratiam datam (cuius ſermo ſemp
ſale conditus erat) ſingulis ſatagebat; omnibus omnia fac
vt omnes Chriſto lucifaceret; maximè in vrbe Regia Xa
dai, & vicinis locis; vbi mirabilia opera eius, loquuntur m
dò infantes, & adulti, cum ſingulari confuſione Idolom
niæ; & acquiſitione continua nouæ prolis in Chriſto. Accu
rebatur ad valedictionem famoſiſſimi Patris, ab omnibu
Regni Voxu Prouincijs, quarum pleræque dietis duabus, t
bus, quatuor, ſex & octo ab ipſius patris loco, quo morab
tur, diſtare compertæ ſunt. Earum itaque populis confirm
tis, velut nouæ ſurgentis Eccleſiæ Doctor, omnibus viam
lucis planam, tritamque reliquit.

Patruelis, Voxuani Regis, opera Patris Sotel
conuertitur, alioſq; ſecum trahit.

CAPVT XLVII.

AD cumulum gloriæ Patris huius memoratu digniſſim
eſt. Qua ratione illius fideli ſermone, & induſtria,
Catecheſi, patruelis Voxuani Regis, impubes quide
adoleſcẽs ſed virtute maturus, & magnæ ſpei, Chriſtianæ r
ligioni nomẽ dare perſeuerãter inſtiterit: erãt tùm fortè p
tris eius famulitia tincta ſalutaribus vndis; quorũ conuerſ
tione, & pietate, cõmotus puellus Princeps, ſitiebat ad fon
aquæ viuæ Chriſtũ noſtrum accedere, ceu geſtiunt ad aqu
iuuenculæ ceruæ, hinnulique ceruorum; erat quietis i
potens, & impatiens moræ, donec apprehẽſis articulis fid
& d

& doctrinâ ſalutis, guſtaret quàm ſuauis ſit Dominus; ipſe deinꝰ ſua ſponte, ieiuniorũ frequentia delicatũ corpuſculum domãs, ſæpè etiã diſciplinas adhibebat. Res illa noua, ad aures Auiæ, Idolis impenſè fauentis, delata eſt; accerſitũ ergò iuuenculum, vno largo regiſtro, atque indice difficultatum Chriſtianorum terrere conatur; Chriſtianos quippè ſupramodum humanũ (inquiens) deſæuire in corporis ſui mẽbra. Ieiunare frequentius; modeſtiſſimè viuere, abſtinere à mũdi delitijs: id quod Regio ſtem̃ate natis, exantlare, & indignum, & difficillimum ſit: quinimò ab ijs non poſſit. Dixerat hoc illi; ſed plantatio iſta nouella Chriſti, animari ampliùs, & quæ difficilia, vt pulchra, magis adamare perrexit; iã lõgo trimeſtri, de ſe experimentum faciens, duplicabat ieiunia, diſciplinas augebat, pernoctabat in oratione, vitam propè iurati Religioſi degebat, quoque ampliùs creſcebat deuotio, & auſteritas; hoc magis & ſpiritu, & genenerofo corpore, palàm proficiebat. Tandẽque attento miraculo dexteræ Excelſi, non auiã illã demulctricẽ, ſolùm, verũ & patrẽ, & matrẽ, & Sereniſſimã familiã, collaudatores inſtituti ſui audire meruit, & pios admiratores. Hæc plantula Franciſcano labori ſupernè debebatur; quam & Sotelus, velut coronidẽ operum ſuorũ, ſacro flumine tinctã, fructificaturã reliquit in vinea Domini. Porrò rebus ex voto compoſitis (vt præmiſimus) vehemẽtiſſima ſuorũ omnium cõmiſeratione, fletu, & planctu, inſtar alterius Pauli, ad nauim deducitur, ipſe interim prouidiſſima ſolertia quinq; Ordinis ſui patres à tergo reliquerat, formatos, & moribus & eruditione viros; quorũ Prælato in mandatis dederat, inſpectionẽ gregis cõmiſſi, & aliorum ex conuerſis præsbyterorum ſubrogationem: quatenus vniuerſo Voxuenſium cætui, ſuis neceſſarijs in ſpiritu & literâ, prouideretur: agebatur tùm vigeſimꝰ octauus dies Octobris, cùm, bona pace Sotelꝰ & deſideratiſſimo Eccleſiæ fructu, commiſit ſe mari; cuius intempeſtas furias fermè per annum emenſus ac perpeſſus; tandem in Acapulco

nouarum Hiſpaniarum appulit vigeſimo quinto Ianuarij Anno 1614. Vbi regijs Legatorum iſtorũ inſignijs recogni tis, apparatu quoque Regio, cum ſuis (habebat enim in co mitatu R. P. Ignatium, R. Patrem Didacum de Bagnes, & Legatum primarium Regis, Faxecuram, cum centum quin quaginta ſelectiſſimis Iaponibus) ſuſceptus eſt.

Sequuntur Argumenta, publicâ quidem Autho ritate conuincentia, Legationem illã, fide dig niſſimã, cum ſua Hiſtoria, recipiendam.

CAPVT XLVIII.

IAM qui inficias ire conantur, & conabuntur (certè non nulli conati ſunt) legationem illam, ſplendidam, Regian diuinitus inſtructam, vſpiam terrarum extitiſſe, næ profe ctò iſti audacter ſolis lucem cum ſuis radijs conſopiunt; & Monarchas, principes, ipſumque Eccleſiæ caput, ſummũ Pontificem extremæ redarguunt amentiæ, quod, volitante ex abrupto, gentes & exteros homines, nullo die & conſul probatos, nulloue vſos teſtimonio, aut fide dignis credẽtijs Regiarum, aularumque ſuarum contubernio ſuſceptos, & infinitis aureorum miridiadibus ſumptuoſè conductos, ali toſque, cõmercio ſuo, & tractatione dignati ſint.

Placuit igitur ad confuſionẽ iſtorũ, allegare probatiſſim illi⁹ legationis, & apertiſſimæ veritatis, teſtimonia ſequẽtia

PRIMVM teſtimonium, deſumimus à ſtatu & Dominio Apulci, Hiſpaniarum Regi in Indijs ſubiecto: vbi Legatio il la noua Voxuana, nõ Regio ſolum more admiſſa, ſed per ar cus Triumphales inuecta, ipſoque ſub pedibus ſolo, aulæis aureis, & tapetibus trabeatis ornato, introducta fuit, taceantur impenſæ reliquæ, equitũ turmæ, tormentorum ludibundæ fiſtulationes, epulæ, donaria, eiuſq; generis alia. Quæ profectò non niſi ab inſanis, ad incertorum hominum aduentũ, prodigi debuiſſent; vel maximè ab ijs, qui ceteris

natio-

ationibus noſtris viciniores Iaponiæ adiacebant.

Secvndvm Teſtimonium; deprompſimus è Mexici
ice Regis proceſſu, in acceptanda Legatione prædicta, qui
lero & plebe, à minimo vſque ad maximum ad ſuſcipien-
os legatos, inuitatis, apud ædem D. Seraphici Patris, muni-
centiſſimo faſtu eos excepit, & quidẽ hoc maiori ſolatio,
trinq;, & ædificatione, quo feruidiùs in hebdomadâ ſanctâ
opulus ad ſepulchra Domini, luminaribus frequentiorib⁹,
uaſi rutilantib⁹ aſtris, irradiabatur: Certè frequentia comi-
it⁹, militiæ, ceterorumq; apparatuũ, nouũ libellum deſide-
et. Nos remittim⁹ incredulos, ad Mexicenſe Regiſtrũ, & Ar-
hiua publica Anni milleſimi ſexcenteſimi decimi quarti
ib decimo quarto Iulij.

Tertivm Teſtimonium exhibem⁹, ex Seuiglia Hiſpa-
iæ ditionis; vbi non paucioribus adgratulationib⁹, & iubi-
s, obuiã itum eſt, Legatis, Catechumeni Regis. Nam Pha-
rati equi iubis volantib⁹ & criſpatis ibant, ſine numero, in-
edentes ad obſequiũ venientis legationis, nec vno id tantũ,
d ſenis miliarib⁹ itinerum; magno concrepante tubarum
audio, & Aulicorũ maieſtantium decoroſo conſpectu. E-
uliorũ, victuumq; conquiſitæ raritates & deliciæ, vixdum
numerari poterant. Sed naſutiores, ad eundem Seuigliam,
iuſdemq; acta publica de anno milleſimo ſexcenteſimo de-
imo quarto, vigeſimo tertio Octobris & ſequentium die-
um, remiſimus.

Qvartvm Teſtimonium dam⁹ ex publicis literis Voxu-
ni Regis, cõmendatorijs quidem illis, ſuæ legationis cauſâ
d Ciuitatem ſupra nominatã Seuigliam, ſub dato, ex Regiâ
Xandaij, Anno noſtrati Milleſimo ſexcenteſimo decimo
ertio, vigeſimo ſexto Octobris. Quibus nomina Patris So-
eli, & collateralis Legati ſeu Collegæ, Royecomonis Faxi-
curæ, omniumq; conductuum, cõmeatuum, &c. ſpecialem
facit mentionem; Nos, ſciolos dubitantes ad Patrem Hend-

ſchelium Ordinis noſtri, in Hiſtoria de Iapone fol. 93. & 9
remittimus.

Qvintvm argumentum teſtimonij patet ex actis e
uſdem Ciuitatis, cuius proceres certo certius intelligente
Commiſſionē potentiſſimi Iaponum Regis, duplicarunt in
penſas, & conductus, & conuict⁹, in omnib⁹. Jpſum Capit
lum Franciſcanum eo in loco congregatũ, dictumq; (Cap
tulum Andaluziæ, cui⁹ Prouincialis eligebatur, Pater Frat
Ernandus Nauarrus) ſpiritu ſancto collectum, & cōmuni f
mâ ſecuri⁹; Fratrem ſuum Patrem Sotelum recognitũ, cu
Legato Regio, ſolenniſſima reuerentia ſuſcepit. Quod
& illi, dementati ſunt? quinàm alij lynceis ſuis oculis pe
uidebunt mendacia? Et configent cornicum oculos? menſ
rantes oculos formicarũ? & deprehendētes nodũ in ſcirpo

Sextvm teſtimonium deferunt, inclytæ Hiſpaniaru
vrbes, Corduba, & Toletum, quæ non min⁹ reliquis prior
bus, feſtorum gaudiorũ, ſumptuumq; ſub introitum inſo
tæ legationis hui⁹, admiſerunt: haud dubiè quin (pruden
more) omnem conditionem, circuſtantiam, & certitudi
eorum, qui veniebant, prælibarint, ne cum pueris, pro nu
bus, aurum, profunderent; Et quid in illis moramur? cun
Rex Catholicus, ſimul cum Regia ſua Madrilienſi, audie
tiâ clementer exhibitâ, Legatos amplex⁹ fuerit, eoſque ta
quam indubitatos, & credentijs ſuis (omni Iure gentium)
gimatos, honorauerit?

Jpſe Legat⁹ Faxecura maioris de ſe fidei præſumend
cauſa; in præſentiâ Regis Catholici, Sacramentum vndæ ſ
lutaris exorans, obtinuit, & veteri Iaponio nomine miſſ
Franciſc⁹ nuncupat⁹ eſt, apud Franciſcanos Diſcalceatos v
Recollectos ibidèm. Sed & ipſemet Pater Generalis Cōmi
ſarius Indiarum, in præſentia Regis documentis & argumē
tis ſuis Legationē authenticā reddidit. Poſt hæc Legat⁹, P
ter noſter Sotelus, expoſuit & peculiarem ſuā commiſſion
nomine Iaponiæ Imperatoris, ad confœderationis Iura, cū

maie

aieſtate Catholica, ineunda,& firmanda perpetuò. Quo-
um relationibus, Rex cum ſtatuum conſilio fidem habens,
petitionib⁹ annuit, & ſocietatem promiſit. Quæ omnia
eracta ſunt partim per decembrē, exſpirantis anni Milleſi-
i ſexcenteſimi decimi quarti; partim in Ianuario Annî
illeſimi ſexcenteſimi decimi quinti ſequentis.

Reliqva Teſtimonia, ſi adducantur, confundent
ultitudine potiùs, quàm delectabunt. Quis enim enume-
et Aulas Ducum potentiſſimorū, & ſagaciſſimorum Princi-
um, Hiſpaniæ, Germaniæ, Italiæ? quorū conductu, comi-
atu, honorarijs, & ditiſſimis impenſis, tractati, honorati,
romoti; & omni dignatione culti fuere?

De Romanæ Sedis, Teſtimonio publico, nunc tandem
ota nouit Europa, quibus videlicet ſolennijs, Commiſſarij
lli Voxuani Regis in Vrbem introducti; qua pietate, & cle-
entiâ, à Vicario Chriſti, Paulo Quinto ſuſcepti; quib⁹ mag-
alibus, regio more decorati; quib⁹ lætitiarum actibus, à fo-
o & choro conducti; quib⁹ impenſis, & ſumptib⁹ alijſq́; ap-
aratibus ſuſtentati fuerint. Quàm curioſa induſtria inqui-
itum ſit in conditiones perſonarum, & authoritatē Legan-
is: expedito pedum oſculo, literæ patentes Voxu Regis, ex
aponiâ linguâ, in latinam conuerſæ publicè lectæ ſunt. Qui-
us allegabat Rex, luminis accepti à Deo beneuolentiā; pro-
enſionem ſuam in Chriſti fidem: ſubiectionem demiſſam
oronæ ſuæ ſubtùs Apoſtolicæ ſedis ſubſellia, & altitudinem
eius; adiurabat Pontificis commiſerationem, mitteret no-
uos, eoſque complures Apoſtolos in vineam illam terræ ſuæ
vberrimam, & voluntaria prole pleniſſimā. Se iam aperuiſ-
ſe portus, & portas vaſtiſſimi Regni, & ditionū ſuarum Re-
gi gloriæ Chriſto; & quare inquit mora nectetur? cum ſinus
amoris expanderimus omnes? & paruuli petant panē cæle-
ſtem? Veniant qui frangant, & miſereantur inopi; periculū
in morâ eſſe, quia damnatio procurante diabolo, multos ab-
ſumeret; Et quare aliena tardatio cederet in præiudiciū tot
milli-

millium errantiũ ? & viam vitæ ignorantium? ſimilib⁹ inſta
bat Rex; & in caſum quo, aliquid fatale, & humanitùs cōtin
geret itineranti Legato ſuo P. Sotelo, volebat quāprimùm
alium ſubſtitui de viciniâ eiuſdem Ordinis, vt tandem Lega
tionis effectu potiretur. Dederat literas illas Rex, ex Regi
ſua Fendaij, appenſo ſigillo Regio, & manuſcripto Regi
maieſtatis inferius exarato. Nonis Octobris, Año Milleſim
ſexcenteſſimo decimo tertio Chriſti noſtri, qui annus (pr
more Iaponum) ſonabat Anno 18. æui in Quarto Queche
nona die Lunæ.

Infra, nomen erat dignitatis Regiæ, nempè ad latus vnum.

Mateundaijra, Mutzonocami.

Ad latus alterum, ſcriptum erat, nomen, & agnomen Regis nempè.

Idate Maſamune, Rex Voxu, Iaponiæ &c.

Qvibvs Regijs patentib⁹ auditis, vniuerſa Roma cum
Paulo ſuo Pontifice incomparabili, & integro purpurator
Patrum Collegio, refloruit, quaſi nouis dilatata Orbibus
Regnis. Poſtq; innumeros gratulatorios act⁹, ipſe Faxicur
Legati Secretari⁹, baptiſmi, & Chriſmatis Sacramētis tinct
& inunct⁹ eſt. Perfundebātur dulciſſima lætarum lachrimar
profluuie, qui ſpectatū aduenerant, ſtabat enim in albis cā
didat⁹ Ieſu Chriſti, Holoſerico cādido, à ſum̄o vertice, ad cal
cem vſq; comptiſſimè nitens. Omniumq; animos ad pieta
ſam teneritudinē iam inflexerat. Poſt actum, ſinguli ampli
ſimi Cardinales, & Regum Legati Romæ reſidentes: Lega
tionem, quà conuerſatione, quà donarijs, & conuiuijs hono
ratiſſimis excipiebant. Tandem bona venia, & ſpe, ac
promiſſo paterni animi Pontificis, ſedem Apo-
ſtolicam relinquentes, ad Regem ſuum
perrexerunt.

LIBER

LIBER QVINTVS,

QVI EST

DE SELECTIO-
RIBVS, FRANCISCA-
NÆ STRICTIORIS FA-
MILIÆ RECOLLECTÆ, RE-
FORMATÆVE BEATIS, ET PRODI-
GIOSIS IN ECCLESIA DEI VIRIS EVANGE-

licis; quorum alij pluribus (quàm per annum horarum minuta numerentur) miraculis à DEO donati; Alij ſacris ſtigmatibus (peculiari modo) ſacrati; Alij melliflua ſcriptorum lucubratione, etiam noſtra memoriâ, illuſtrati, ſequentibus & comitantibus ſignis, excelluêre.

HIS IMMISCEN-
TVR REFORMATIO-
NVM QVARVNDAM PRIMORDIA,
QVIBVS BEATI AC SERAPHICI PATRIS

Spiritus, Teſtibus & Fundatoribus, præordinatis à DEO reuiuiſcere cœpit.

Hic Imago 22.


Suffocatum Puerum Suscitat.
Macht ain Verdrunckenen lebendig.
Claret deuotione populorum et Summis miraculis.
Leüchtet mit vilen wonder zeichen weit berüomt.
Varys morbis afflictos
Haÿlet mancherlaÿ Kran
Concep tio.
et immaculata
Multos cæcos Signo crucis illuminat.
Erleüchtet die blinde mit dem ✠.
Defuncta trimestris
Erwecket ein todte von 3
Miraculosus cultor Vener: Sacramti
Wunder zaichen bei verehrung des Sacrament
B. Paschalis Baylon discalcea: Prou.
S. Joan. Bapt. Minor: obs. reformatæ.
22
Pueris fame morientib.
Den hungers sterbenden
Puerum natum mortuum viuificat.
Macht ain todtgebornen lebendig.
B. Pascalis Pastor mirabilis et miraculosus.
Er ware ain wunderthatiger hirt.
Adolescentem amortuis
Er weckt ein todten

ACTA.

Et Vita inſignis, B. F. Paſchalis Baylon, Minor: Obſeru: Reformati; Ex Prouincia S. Ioannis Baptiſtæ, Diſcalceatorum Regni Valentiæ, è chron. Italicis Ioannis Ximenez deſumpta.

De B. Paſchalis ortu, & moribus adhuc in ſæculo verſantis.

CAPVT. PRIMVM.

PASCHALIS Baylon, diuinus laycus, ex pago Turris-formoſæ, Diœceſis, Sequentiæ, in regno Arragonum natus; anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo, Pontifice Paulo tertio, et Carolo Quinto, Imperatore; Parentibus Martino Baylon, & Iſabella Jubera, pauperibus quidèm, ſed honoratis, pijs, ac humilibus. Qui cum in Dominica Paſchatis die, generaretur; Paſchalis nomen, & omen accepit, quod per regenerationis ſingularem iuſtitiam, in manſuetudinem Agni Dei, multos ab Ægypto malitiæ, per rubrum pœnitentiæ mare educturus eſſet. Cui poſteà, cum piâ educatione parentum, propria ad virtutem affectio, quotidiè pietatis incrementum adiecit: vt breui, omnium teſtimonio, pudicitiæ & modeſtiæ daretur incomperabile exemplum

Documenta de oratione & contemplatione, ab eo ſcriptis mandata.

CAPVT V.

MEDITATIO. *eſt diligens operatio intellectus, qui diligent inueſtigat notitiam occultæ veritatis; Oratio eſt deuota atten tio, & ſuſpenſio mentis in Deum, ad expellendum malum, conſequendum bonum, quod deſideratur.*

Contemplatio, eſt ſuſpenſa eleuatio intellectus in Deum, qui mor tuus iam mundanis, fruitionem pacis, & interioris dulcedinis degu ſtat; vel ſecundum purum ſignificatum ſuum; eſt eleuare animam i Domini Dei ſui amorem, purè & abſolutè, ſine miſtione nebularum, obſcuritatum, notitiæ rei cuiuſpiam creatæ; præſertim eius, quæ eſt an ma rationali inferior; eſt etiam altior perfectio, quam in hac vita co ſequamur: Otium, & quies ſancta, eſt effectus, contemplationis, que potiſſimum vita contemplatiua prætendit.

Lectio eſt diligens quidam ſcripturæ, aſpectus, cum intellectus atten tione (ex S. Bonauentura.) Dico, inquit, noſtrum ſermonem, & noſtr orationem eſſe alicuius rei deſiderium, aut petitionem formatam, ſecu dum noſtrum affectum.

Sanctus Ioannes Chryſoſtomus demonſtrans orationem ment lem eſſe principium, & cauſam maximorũ bonorum, ſic ait: Quid iuſtiu eſſe poteſt? aut pulchrius? aut ſanctius? aut maiori ſapientia plenum quam commercium, & familiaritatem cum Deo habere? Quoniam bi qui loqui ſolent cum ſapientibus, modico tempore ſapientes fiunt, qu de bis qui ſemper cum Domino loquuntur, & tractant, dicemus? O quanta eſt ſapientia, quanta virtus, quanta prudentia, & bonita quãta etiam temperantia, & morum conſenſio & æqualitas, quam a fert ſecum ſanctæ orationis ſtudium?

Quamobrem nullus errabit qui dicet, orationem eſſe omnium vi tutum, omnisque iuſtitiæ cauſam; & nihil ex bis, quæ ad pietatem n ceſſaria ſunt, in animam oratione carentem, ac eâ deficientem, intra poſſe. Quinimmo, ſicut in ciuitatem ſine muris & propugnaculis, f cill

illime ingredi poteſt hoſtis; ſic anima, quæ oratione non eſt munita,
ullo negotio, à Dæmonio ſuperatur, & vtiijs repletur. Nec à via aber-
abit, qui dicet, orationem neruum eſſe principalem animæ ſpiritualis;
uemadmodum enim corpus neruis compaginatur, & per eorum vali-
am connexionem quaqua versùs mouetur; eorumque tanta eſt ad vi-
endum, neceſſitaas, vt ſi omnes nerui aufferrentur, ſubitò corrum pa-
ur illa harmonia, & cõſonantia, qua pollebat: Ita anima, mediantibus
rationis neruis, ſolida ac firma, & tractabilis in vita ſpirituali per-
nanet, & in virtutum exercitio perfectè exercetur.

Ea eſt ratio, cur Dei bonitas, tam pauperes, & indigos virtutum
ios crearit; vt nimirum in oratione exerceremur, & ipſa mediante ad
um perueniremus, continuè ab ipſo virtutes poſtularemus. Tanta eſt
eceſſitas, quam patimur orationis, vt ſine hac Deo viuere nequeamus;
& hæc virtus, eſt veluti pignus, quod ex nobis exquirit, vt quaſi apud ſe
ios habeat, quia peroptimè notum eſt quãtum bonum, ex ſua præſentia,
& conuerſatione promanet; & ſinè ipſo quantum mali nobis cõtingat.
t ſicut Deus ſumõperè cupit, nobis fauores, & gratias concedere: ſic nos,
ro quibuscùmque petimus, firma fide credere debemus, Deum nobis
uod petimus largiturum. Nihil autem petamus, quin prius volunta-
em Dei inquiramus, quoniam ipſe magis optat nobis, quod poſtulamus
oncedere, quâm noſmet optemus, poſtulare quod amamus, cum ipſe con-
inuò ſtet exſpectans, vt ab eo petamus, priùs itaque voluntatem eius;
eneplacitum, & fauorem quem impertiri vult, inquirere debemus; cu-
nulum neceſſitatis, in qua ſumus, ei reuelando. Animam igitur tuam
lecet perpetuis, & vehementibus exercitijs in poſtulando, quicquid De-
us vult exercere, à tua voluntate bonum proprium, & commoda; quæ ex
tui quæſitione poſſunt venire, remouendo: & cogitationes alienas ſepa-
rando. Excellentia enim voluntatis diuinæ digna eſt, quæ antè omnia
deſiderabilia, exquiratur. Quia diuina maieſtas vult, nos id quod
petimus, obtinere; ac vt per orationem ſerui illius magni efficiamur, ac
maiori intenſione perfectius ipſum diligamus. Vndè omnes tuæ oratio-
nes, & petitiones, fiant ſemper, cum prædicta intentione: Et quod iam,
cum amore poſtulas, & per amorem, & inſtanter, & importunè. Se-

para

para cor tuum rebus à ſæculi, & arbitrare, te nihil in hoc mundo præt
animam tuam, & Deum habere. In nullo quantumuis breui tempor
ſpatio, ſepares vnquàm à Deo cor tuum. Sit iudiciũ cœcum, ſimplex, &
humile, & memoria vigilans ſuper te. Amor autem diuinus ſic
oleum ſuper omnia. Quatuor perfectionis greſſus tibi ſunt, nimirum
anima cunctis creatis, etiam ſuometipſo corpore ſpoliata: Anima vni
Deo, in ſpiritu & veritate. Anima diuinæ maieſtati familiaris. Anim
quæ omnia tibi contingentia, tanquam à diuina manu recipit, de omn
bus ei gratias agens.

Duæ contemplãdæ rationes tibi ſuppetunt, altera fit mediantibus cr
aturis,, per rationem intellectus. Hæc autem eſt valde laborioſa, &
difficilis, quia potentijs exercetur, & intellectu, ac longitudine temp
ris: Et quamuis acquiſitio huius ſit multa, nunquâm tamen, qui ha
exercet, perfectionem conſequetur, purè & abſolutè, nec veré fiet ſpirit
alis homo. Secunda ratio eſt ſine multo labore, quia modici tempor
ſpatio, & maximo merito, ad perfectionẽ peruenit, ſed hic eſt modus a
ſconditus, & pauciſſimi illũ reperiunt. Hæ contẽplandi rationes diuer
modè appellantur: Interdùm ſcientia infuſa, aliquando ſapientia a
ſcondita, & nonnunquam miſtica Theologiâ, ſeu exercitium aſpirand
Via per quam inuenitur, eſt illa via aſpirandi, quæ eſt ignis valdè acce
ſus, qui ardet intùs in corde viuus, & ardentibus amoris deſiderijs nu
tritus, qui animam deuotam continuò nutrit, & ſuſtentat nouis volu
tatis affectibus. Hunc diuinum amoris ignem pro ſua infinità cl
mentiâ, accendit diuina bonitas in uiſceribus animæ, illum amanti
Qui per quietam, & perfectam contemplationem perpetuus eſt, in qu
nec ſine ipſa, continuari poteſt incendium huius charitatiui ignis, &
idemmet ad animam vitam parat, ipſaque per eundem deducitur, a
centrũ ſempiternum, in eoque collocatur. à quo procedit amoris diui
ſchola & caminus iſtius ignis, quieta contemplatio: & finis, in que
amor ille terminatur, eſt charitas ſempiterna: & cùm in hac vita inc
piat accendi, nunquàm quieſcit, nec ardere ceſſat, donèc intret
in vitam eternam, hæc contemplatio eſt, in ſua propria ſi-
gnificatione, (vt ſupra) Talia quis ſperet à
Laico?

D

De exercitijs Spiritualibus, B. Paſchalis.

CAPVT. VI.

TRANSACTA via purgatiuâ, poſtquam per aliquantum temporis, in ea verſatus fueris, in cognitione tuæ prigitiæ, miſeriæ, & vilitatis, poſtquam etiam aliquo annos, in paſſionis Domini ...ſtri IESV Chriſti, & eius ſanctiſſimæ vitæ meditatione conſumpſeris; ...gnito pariter Deo in ſuis creaturis; & in virtutibus, te ipſum profun...a tuimet cognitione exercens: multâ humilitate incipias vacare, & ...cupari in via, quæ dicitur Illuminatiua, & in eâ, quæ Vnitiua appel...tur, quæ eſt cognitio beneficiorum, & gratiarum actio, & in ſuaui ex...citio charitatis Dei conſiſtit.

Exercitium viæ Illuminatiuæ. Conſidera & meditare per hebdomadæ ferias.

CAPVT VII.

FERIA ſecundâ multa, diligentia, conſiderãdum tibi eſt beneficiũ creationis; dicendo, gratias tibi ago Deus meus, & rex meus ſuperne, quod ab æterno me prædeſtinaſti, & in perpertua charitate me ...ilexiſti. O ardentiſſime mi amator, Pater mi gloria mea, ſpes mea, ...uonam fideli amore te diligam? Quandò te ex intimo cordis comple...tar?

Feriâ Tertiâ, Beneficium diuinæ gratificationis, dicendo. Altiſſime ...omine mi, gratias ago tibi cui complacuit, gratificari me in tuo dile...to filio, non parcendo ei; gratias tibi ago Domine, quod mihi dederis ...piritum ſanctum, in ſignum acceptationis, in priuilegium amoris, & ...n annulum deſponſationis, cuius dona, fructus, & inſpirationes ſan...ctas participo. Hic tuam meditationem proſequens, poteris gratias a...gere de omnibus ſacramentis.

Feria quarta, Beneficium vocationis: dicendo, ob ſuperne Domine mi

mi, gratiis tibi ago, quod toties errantem me reuocaſti, & reſtitui[ſti] ſemel per inſpirationem internam, atque iterum per vocationem exte[r]nam.

Feria quinta beneficium iuſtificationis, dicendo gratias tibi ago ô D[e]us, & Domine mi, quod mihi concedas facultatem, & gratiam muta[n]di taliter voluntatem, vt dulcia mihi fiant pœnitentiæ difficilia oper[a] quæ antea mihi amariſſima erant.

Feria Sexta, beneficium dotationis dicendo, gratias tibi reddo, d[ul]ciſſime Domine Deus, quod mihi largitus ſis, vt in donis naturæ, ſen[su] viuaci & memoria tenaci polleam; in donis contingentibus, fortitud[i]nem, & pulchritudinem; in donis gratiæ, purè credere, & ardenter [a]mitari &c. Conceſſeris.

Sabbatbo, beneficium gubernationis, dicendo, gratias tibi ago ben[i]gniſſime Domine, Deus ſupreme, quod in huiusmodi eſſe me conſeuau[e]ris; augmentum quotidianum: ſanitatem, & gaudium mihi, qui nih[il] ſum, conferens.

Dominica, beneficium glorificationis, dicendo, Domine mi, & De[us] clementiſſime, gratias tibi reddo, quia mihi Paradiſi gaudia præpara[ſ]ſti, & ineffabiliter promiſiſti, in me diffundendo fruitionem diuinit[a]tis, & viſionem mei redemptoris, & glorioſæ matris eius: Oh Domin[e] quanta mihi erit lætitia, Regem cœleſtem in ſuo diuino decore intuer[i] & ſimul vnicam Dominam meam virginem Mariam? totam Dei[fi]catam, & glorificatam?

Hoc modo ſimiliter: vti debes, quibuſdam punctis eleuatiuis, vt aff[e]ctum prouoces in ſingulis iſtis bennficijs animam tuam eleuando, ac d[i]cendo, O ſuperna bonitas. O altiſſima æternitas. O incomprehenſibil[is] Maieſtas. O amator ardentiſſime. O hoſpes ſuauiſſime. O ſapor ſancti[ſ]ſime. O Rex præclariſſime. O Magiſter prudentiſſime. Quandò ô De[us], & Domine mi, tibi potero dignas reddere gratias, de tot beneficijs? [ac de] tantis donis? ac de tantis miſericordijs? Et non ſolum in his exercitij[s] vitæ Illuminatiuæ, adhibenda ſunt tibi puncta huiusmodi, ſed etia[m] in alijs deuotiſſimis ererci tijs;

In his item beficiorum recognitionibus vtendum eſt aliquibus ſcrip[tu]

tur

ræ ſacræ auctoritatibus, eleuando animam tuam, & verbi gratia di-ndo, benedictio, claritas, & ſapientia & gratiarum actio, honor, vir-s & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum Amen.

Quoniam oratio, vt ſit perfecta, tribus partibus conſtare debet, ni-irum, culpæ recognitione, miſericordiæ imploratione. Gratiarum a-ione. Gratias autem agere Deo nihil aliud eſt, niſi actus quidā animæ iterior, quo Deum recognoſcimus, pro Domino infinito, & vniuerſali, quo omne bonum eſt; eodem modo, de tota gloria DEI, illum qui ali-uod cœleſte beneficium recipit lætari decet, quia videt ſe habituatum ad antam gratiam, vt intentius datori omnium bonorum ſeruire poſit,

De alijs exercitijs eius Beati.

CAPVT VIII.

E*XERCITIA vitæ vnitiuæ ſic obibis, Frater veniens ad orationis lo-cum, te ipſum ſigno crucis muniens, & ſpiritu in te ipſo collectus; perſonam Filij & ſponſæ Dei aſſumens, affectu amoris formato; meditationem perfectionum, & laudum Dei inſtitues, incipiens in ip-ſis deguſtare, quam ſuauis ſit Dominus: Meditaberis igitur amorosè, ſingulis hebdomadæ diebus hoc modo.*

Feria ſecunda, qualiter ipſe eſt factor, & principium, & finis omnium rerum, ex cuius arbitrio pendet omnis creatura.

Feria teria, quando iſte tuus amator eſt vniuerſi pulchritudo, nonnê amabis? & ipſe omnia creata fecit pulchra, & iſte eſt, cuius pulchritu-dinem ſol & luna mirantur, ipſe eſt in quem deſiderant Angeli conſpi-cere.

Feria quarta, cogita quomodò hic, quem amando quæris, eſt mundi gloria, quem Angeli adorant, tremunt poteſtates, & cui omnes ſerui-unt.

Feria quinta, conſidera qualiter iſte quem tu amas, totus eſt chari-tas, & qui in ipſo manet in charitate manet, & Deus in illo, & quod ſi-cut natura ignis eſt ardere, accendere comburere, ſic eius charitatis proprietas eſt nutrire, & longè, lateq; ſuas gratias diffundere, in flam-ma-

mare, accendere, ſaluare, redimere, defendere, liberare, & illuminar[e]. Qualiter iſte tuus amor eſt, & regula ordinans, dirigens, & rectifi[-]cans omnia.

Feria ſexta, reſpice quia hic quem tu diligis quietiſſimus eſt, & per[-]petuò abſq; vlla Sabbatho, & ſui mutatione, totum mundum regit, & gubernat, pulcherrimo ordine, quippe qui formator eſt cœli, & terræ.

Dominica conſiderabis, quod iſte quem tu tantum amas, eſt ſuffici[-]entiſſimus, & quod is qui eo potitur, & fruitur, nullius indiget, qui fruitur, & poſſidet omnia in omnibus.

Forma adorationis. Adorationem in hæc verba facere debemus eamq; magis mentalem quàm vocalem. O ſuperne mi Domine A[-]nima mea adorat te, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ, quam prop[-]ter noſtram redemptionem in tuo dilecto, & beneplacent[e] filio perfeciſti.

Forma gratias agendi. O Summe Deus, anima mea offer[t] tibi gratias, & laudes pro ardentiſſima charitate, qua no[s] dilexiſti ante mundi conſtitutionem, in cuius virtute me prædeſtinaſti, & chriſtianum effeciſti, conuertiſti, & à ſæ[-]culo eripuiſti me.

Et hoc modò cuilibet beneficio applicare poterimus hæc eadem ver[-]ba adhoc, vt fiat gratiarum actio.

In oratione, petendum eſt per merita myſteriorum, vitæ Domini no[-]ſtri Ieſu Chriſti. dicendo. O Domine per tuam ſanctam Incar[-]nationem miſerere mei peccatoris.

Ad hoc, vt iſtud exercitium, & iter ſequamur, valdè expediens cen[-]ſeo, & arbitror eſſe, vigilare de nocte ſurgentes, & corpori multa negan[-]tes, tantummodò neceſſaria illi concedentes, in victu, & cubitu dormi[-]tionis, Vt poſſis per viam amoris ſancti pergere: Anima enim con[-]templatiua non habet rationem ſui corporis, niſi quatenus obligatur, & hoc propter charitatem Dei, & vt ipſi Deo complaceat, & quia ſic vult diuina Maieſtas.

Anima iuſta, quæ per viam purgatiuam, & illuminatiuam per[-]tranſijt, quæq; viriliter in cuſtodia. Quietis internæ vigilat, ſapientiã-

ab-

ſconditam impetrabit, & ex ſuauitatibus, guſtabit, quas DEVS his uotis amatoribus largitur. Auffer à te amorem proprium, & ex ſinro corde, ac fideli, te ipſum abhorrens percupias, à quolibet contemni, fligi, & tribulari, & vilem ac nihili creaturam æſtimari. Ne putes, uè magnifacias contemptus iſtos, neque amplifices has iniurias, quia ſeſcias te iuſtè hæc & maiora, propter maximorum tuorum, & graum peccatorum enormitatem promereri.

Hæc omnia ex pluribus fragmentis libri, huius ſancti eſumpta ſunt: ex quibus facilè dignoſcitur, altitudo conmplationis, amoris, claritatis, & cognitionis quam de ſe eus illi impertitus eſt, velut ſimplici, qeum à pueritia in aris, inter feras enutriuit, & ſequentem greges, non autem holas, nec frequentantem litteratos, nec aliam doctam erſonam, præterquam Dominum Deum ſuum, & oratioem, conſulentem.

De obedientia ſingulari huius Beati.

CAPVT. IX.

QVO tempore, Chriſtophorus de capite Fontium, Seraphici ordinis Generalis Miniſter, Lutetiæ Pariſiorum degeret, graſſantibus Caluiniſtarum ſiue Huonotorum peſtilentibus furijs, tùm in Religionis negoio, tum etiam publico viarum commercio; tentata eſt B. aſchalis obedientia à Prælato, ſi quà (non attento manifeſtiſſimo vitæ periculo) obedire non renueret, ſed vir obedins, patribus ordinis ſubmurmurantibus aduerſus obedieniam, & diſſuadentibus, tamen & illud iter, & aliud, vbi ab hæreticis, pugnis contuſus, & lapidibus impetitus fuit, hilari facie, & gloriando conſumpſit. Quis detrectabit obedientiã? ſi morigeranti etiam Lapides dulces fuere?

De paupertatis affectu, & de charitate B. Paſchalis.

CAPVT. X.

ACTIOMA illius commune, fuit inter fratres; eum qui viri Religioſii, imò chriſtiani nomine cenſeri ve lit, tribus illis ſequentibus margaritis ornatum cõpa rere, debere, altiſſimo Deo. Primo, animum & cor filij, ge rendo, verſus Deum. Secundo viſcera Martis habendo a proximum. Tertiò, ſpiritum & rigorem Iudicis in ſeipſun inſtimulando.

Hæc eſt inquit norma ſanctæ charitatis, & incentiuun perfectionis imò vinculum perfectionis. (quam magiſter e gregius ipſe Beatus factis edocuit:) Quidquid enim ager foris videbatur, ordinatum erat ad charitatem, inuitaba pudoroſos fratres ad peñaria, vt neceſſitati corporis abund ſatagerent. Ipſe verò (cum portitor eſſet) ſanctâ ſimulatio ne diſcedens, hoſpites inuitatos in pennario ſolos reliquit.

Herbas & frutices terræ, vt ſubueniret egentibus, exco luit, quibus non rarò medicinandi gratia, ſupernè cõunica ta fuit. In menſis portionibus ſuis proprijs in vſum aliorun conceſſis: fruſtulis ipſe minutiarum fruebatur; hinc tant paupertate concaluit, vt quiſquilias rerum & reſegmin panniculorum, humi colligeret, & in vſum conſuendæ ſu lacernæ, deſumeret; ipſos adeò diruptas acus, & aciculas d terrâ colligẽs alicui deputabat vtilitati. Rarò interulas veſte aqua diluit; ſed vbi neceſſitas coegit, abſque nitro, & ſum ptu, ea quæ geſſerat eluens, priùſquám ſiccarentur, ita ma dida corpori appegit, vt acriùs mortificaretur.

Femorale, tantâ fruſtulorum multitudine cohæreba ſutum, reſutum, infertum, refertumque vt mendicorun cento egregiè dici poſſet; illudque quia non laua retur, cilicium & lorica potius erat.

Mira

Mirabilia paucula ſcriptorum huius Laici ex quibus ſpiritus reliquorum operum maximè feruoris fidei defendendæ contra Hæreticos, cognoſcitur.

CAPVT II.

CONTRA Hæreticos ſic inuehitur: Hæretici (inquit) in ſacra ſcriptura inſenſati vocantur; ait Salomon: accipiet armaturam zelus illius, ſcilicet Deus armabitur, & zelus eius arma præbebit illi & armabit creaturam ad vltionem inimico-um, formabit exercitum ſuarum creaturarum, vt vindictam ſumat de inimicis ſuis: induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum, ſumet ſcutum inexpugnabile æquitatem &c.

Quia tamen vindicta non erit contra iuſtitiam, ait thoracem, quo ſe induet, fore iuſtitiæ thoracem, & pro galea in capite vſurum iudicio certo, & vero, & pro ſcuto inexpugnabili æquitatem affuturam illi; non acceptando perſonas in iudicio. Quod item âcuet iram ſuam, & tanquam in manu lanceam accipiet, & ſimul cum ipſo, totus mundus, tanquam exercitus pugnabit contra inſenſatos; quod eſt proprium nomen Hæreticorum, & infidelium: non enim tantummodò intellectum habent obſcuratum, ſed in ſenſu etiam, ſunt ſtulti, nullum opus bonum curantes, ex quo ſequitur eſſe verum id quod ſancta fides affirmat.

Quod pariter, ſicut Deus eſt naturæ author, ita natura ipſe eſt manus ſecreta Dei, cum ſit idem Deus auctor naturalis rationis, & ſimiliter fidei author; non debebat efficere fidem contrariam naturæ, nec minus veritatem naturæ contrariam veritati fidei. Ex hac enim contrarietate, ſequitur illa Dei offenſa, quæ eſt principale peccatum infidelitatis, & hæreſeos, (quod peccatum ſtultorum inſenſatorum, & obſtinatorum, perfidorum, & ſummoperè ignorantium.

Vndè ſanctus Petrus, vocat Hæreticos indoctos, ſine doctrina, & ignaros ſine vlla ſcientia; &c. Paulus vltra ſtultitiam ait, plenum eſſe iniquitate cor illorum, quod, propter eorum malam, ac deprauatam vitam obſcuratur, & errorum tenebris repletur.

De articulu autem Sanctiſſimæ Trinitatis hæc ſcripta reliquit.

*In æternitate, & continuatione infinita ſine principio, ac ſine mu-
tatione, vel quacunq; re ſimili mutabili, erat Deus vnus in eſſentia,
Trinus in perſonis, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus; omneſque tr
perſonæ perfectiſſima & infinita beatitudine, iubilo, & ineffabili qu
dam commucatione perfruuntur; cum ſemper verbum æternum vnicu
(vnigenitus Dei Filius) procedat ab æterno ſuo Patre, per ſpiritualem
& intellectualem generationem; ſimulq; procedat ſpiritus ſanctus per a
moroſam proceſſionem & inſpirationem Patris, & Filij, cum omnes tr
perſonæ habeant eandem ſubſtantiam; ſic enim tres veraces, & real
perſonæ exiſtentes ſine principio, & ſine fine, dum ſeſe intuentur, com
municant, & amant omnes tres perſonæ, iubilo infinito iubilant, qu
maior eſſe non poteſt, & nequit augeri vllo modo; etiamſi illa infinit
Maieſtas mille mundos, (qui ſemper in ea amanda occuparentur) cre
aret.*

*Æternus Pater, non procedit ab vlla perſona. Filius à ſolo Pat
procedit: Spiritus ſanctus à Patre, & Filio procedit. Nec prior, nec ma
ior eſt vna perſona quam altera: Omnes tres ſunt æternæ, eadem æte
nitate: Omnes tres ſunt æquales in omnibus perfectionibus, in vna ea
dem ſapientia, bonitate & potentia, in vno, & eodem dominio, & im
perio. Hæc deinde eſt noſtræ fidei reſolutio, vt vnum Deum in Trinita
te, & vnam Ttinitatem, in vnitate confiteamur.*

Equidem nemo qui prædicta attentè conſideret, nega
re poterit, hominem illum dotatum fuiſſe fide illuſtrata pe
infuſionem & reuelationem diuinam peculiarem, qua De
us eum ex rudi paſtore Theologum intelligentem, & doct
effecit.

Fœliciſſimum profectò paſtorem, qui tam viua fide cre
didit, & amauit. Sicut beatior fuit, inquit ſanctus Auguſt
nus, ſacratiſſima virgo concipiendo mente Fidem Chriſt
quâm concipiendo corpore Filium Dei.

F

Et ex fide Virginis (teſte Eliſabeht Spiritu ſancto afflatâ,) nquam ex fonte, ortæ ſunt omnes Mariæ dignitates, & doa; ex qua perinde mirabilis B. Paſchalis Theodactus euat.

De profundiſſima doctrina Illiterati huius Beati deq́ Dæmonum tentatioonibus.

CAPVT XII.

SANCTVS, Laicus iſte, licet non noſſet literaturam (Scholaſticam) introiuit tamen in potentias Domini, tantâ profunditate, vt aſſerentibus Doctoribus ex foro, ɛ Ordine noſtro, non paucis: quod de articulis Sanctiſſiæ Trinitatis profundiús egerit, longèque ijs ſolidius; cum amen ſolius paginæ ſacræ lectionibus immoraretur; in uctus nempè in cellam vinariam â Dilecto, muſti ſacraı crapulam eructauit; duob⁹ quidem compoſitis libris proinans animæ ſitienti, de calice Domini, & vberibus conolationum eius, ſpiritum ſuper mel ſuauem, & hunc quidē erbis ſimplicioribus, ſed nucleo mero paradyſi emiſſioes halante. Nihilominus tantæ humilitatis erat, vt codiem vtrumque cremandum mandarit; ſed Guardiano proibente, plurimorum ſaluti reſeruati fuère. Ipſe propè fiem ſuum, cum tranſitus horam cognoſceret.

Sequentia de libris ſuis verba reliquit.

JN nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, trium perſonarum, & vnius ſolius, & veri Dei, qui omnia creauit, àm viſibilia, quàm inuiſibilia, ipſi gloria, & imperium per omnia ſaula ſæculorum, Amen. JESVS MARIA. Ego Frater Paſchalis Baÿlon natus ex Pago Turris formoſæ, ſanctæ Mariæ, ab Horta, hoc chartarum

tarum volumen, pro mea conſolatione ſpirituali ſcripſi, quod collegi & *excerpſi omni fidelitate ex multis ſanctorũ libris.* Alter verò ex h libris Patri Ioanni Angelorum Commiſſario obtigit; alter Ximenio eiuſdem inſtituti,

Quantis autem terribilium apparitionnm, & tentation dœmoniacarum illuſionibns, & violentijs, concuſſus fuer beatus ille, vix calamo promi queat; tamen in omnibus, d uinâ virtute, glorioſæ victoriæ laureâ triumphãs, (quaſi n uis viribus continuò renouatus) ſuperfuit. Sæpè eum d mon, crucifixi formâ, dementare conatus, per feneſtras cellulam illapſus, & per oſtium denuò, orationis arma co ripiẽte viro Dei, penetrando diſparuit. Verum iſtarum im portunitatum perplexæ contentiones, potiſſimum illi feri ſextis, & Sabbatho (quod paſſionis & glorioſæ virginis am tor eſſet ardentior.) occurrerunt, quibus diebus (vt confe ſario aperire ſolebat.) tremenda ſuſtinebat vexarum terr culamenta, quæ tandem dietis illis expirantibus, conſolati num leuigatione, terminabantnr.

Deſiderium ſalutis animarum in B. Paſchalis.

CAPVT XIII.

BEATVS ille quam ardenter cuperet & promoueret ſ lutem animarum, animaduerſum eſt in illo, quod to es Deiparam, pro animabus ignitis aſpirijs ſollicit rit: & quidem concionatoribus inſiſtebat monitionib ſuis, vt pro cõcione loquentes, primo cum Deo ſuo affecti ſè peragerent, ſicque non ſine fructu ad plebem dicturo Alijs dabat formam agendi, inter quos P. Ioannem Xim nium tanta dulcedine procedere docuit, vt populo nihil ſ lutariùs, & gratiùs ſermonibus eius impertiretur. Super

debimu

ebimus hic de prophetiæ dono, Beati Viri huius, ſcripturã
ōtexere, cum tanto præuentus fuerit diuinarum rerum
ræſagio, vt & occulta cordium rimaretur, & receſſus ani-
iorum, perſonis aliquibus, apparentèr ediceret. Guardi-
ıo ſuo, Didaco Caſtellioni, Anno milleſimo quingenteſi-
ıo nonageſimo primo, ad Capitulum Prouinciale celebrã-
ũm Valentiæ, itineranti, ſuccincto ſermone, valedicens,
erge inquit, definitor redibis, & Nouitiorum Magiſter Pa-
er verò ſocius tuus, Ioannes Ximenius Prouincialis hono-
e ſignabitur; & vtrumque tulit euentus; ſimilibus abſque
umero prædictionibus, & mala malis præcauit, & bona
onis fructuoſè prouidit, & conſilia, dubijs, maturare præ-
ciuit.

Aliquot miracula ſigno crucis ab eo edita.

CAPVT XIV.

DE miraculis B. Viri, ſigno ſanctæ crucis effectis, vna decas foliorum non ſuppeditabit indicem mirabiliũ, ideòque potioribus acquieſcendo, quædam ſummo calamo tentanda ſunt. Fratres intra ædes conuentus varijs, mirisque malis diuexati, Medicum aſſiduè, ſuum Paſchalem, poſt Deum requirentes, à dentium dolore; oculis lippis; ma-nijs; difficultatibus reſpirandi; ceterisque humani corporis miſerijs; ſigno crucis ſuper ijs, ab eo, impreſſo; & nonnunquã loco, malè habente, contacto, valetudini reſtituti ſunt. Aiquot coniuges cæcutientes oculis, & familiam morbo correptam, ſigno crucis, in nomine S. Triadis, inuocatoq; IESV & MARIÆ nomine ſoſpites, reduxit; idem compertũ eſt repentinis caſibus, in hominum iam propè exſpirantiũ: & puerorum difficultatibus; alijsque innumeris mortalita-

 tis

tis ærumnis; quibus amicus Chriſti, aut cruce, aut prece, me delam certã appoſuit. Miracula quoque ab eo, deuotis quibuſdam fœminis impetrata, quoniam euidentia ſunt, obliterari non decet. Teſtimonijs indubitatis, animaduerſum eſt; B. hunc Laicum, manuum impoſitione, à mulierculi non vnis, è veſtigio febres expuliſſe: quod idem ad humores peſtiferos, & oculorum lippitudines vis diuina per eum exercuit. Quæ quoniam longis teſtimonijs Chronicorum vulgatorum Baretij; & aliorum publicorum luce donata ſunt; nos præciſiores ſumus, quandoquidem faſciculũ myrhæ, amicorum dilecti IESV, qui manu capi poſſit, & pon inter vbera meditantis animæ, colligere tantum ſategimus ſaltem pro viribus conando. De morte ſancti viri, ſiquidem non hæſitandum eſt viſionibus fideli comprobatis elogio credimus beatum Paſchalem, ſicut ſtellam, ceteros intere lectos irradiare, in perpetuas æternitates. Mira è ſcripturis ſanctis intelleximus, de Moyſis, Eliæ, Eliſæi, aliorumq; ſanctorum apparitionibus; & reuerà ſi Paſchalem inter eos ingeſſerimus, non minori præfulgebit honore, quàm Paſcha inter anni ſolemnia. Js cum animam, multis deliquijs abi turientem in manus conditoris, effundere pararet, ſacraru omnium prouiſione munitus, miris alloquijs, (quanquam morbo interruptis) fratres animauit.

Jnter quos vni, familiarius inſtanti, pro felici inſtructione monaſticæ conuerſationis; reſpondit Beatus; vita mulieres: & ſerua regulam ad literam, ſic ſaluaberis. Quæ cum tanti hominis verba ſint, & probata in extremis, ſurda aure transeunda non videntur. Obijt anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, decimo ſeptimo Maij, à conuerſione ſua, anno vigeſimo octauo, dùm ſacerdos hoſtiam eleuaſſet, (cui tantoperè in viuis ille deuotus erat) inter miracula edita, triduo poſt deceſſum: ad contactum nempè venerandi corporis beati Paſchali viginti ſex enumerantur, inſolitis equidem prodigijs viciniora quàm vſitatis

tis miraculis; curabantur enim cæci, claudi, paralyſi de-
litati, porrò omnes morbi, ad tactum & præſentiam ſacri
gnoris huius; cuius ſpiritus iam viuens in æthereis, pulue-
m ſanctum ſui corporis virtutum efficacitate donauerat,
d non abs re faciemus, ſi (licet ordine parum obſeruato)
lius mirabilem tranſitum exponamus.

Quomodo obierit, illumq́; ſepelierint Fratres.

CAPVT XV.

IAM Dominica, dies tam inſignis, & Paſcha, adeò fauſtũ,
pro fratre Paſchali inſtabat præſens vt decederet: petijt
ergò ab aſſiſtentibus religioſis, habitum ſuperindui, ſed
uia nolebant (timentes ne inter manus induentium more-
etur) exierunt; at vbi, ſolum ſe vidit, vnica hora ante mor-
em, ſurrexit è ſtrato, accepit habitum, quo veſtitus ſuper-
enientis ſocij adiutorio, in lectum recollegit ſe. Ibi ſæpius
nulta ſollicitudine ſciſcitabatur, an datum eſſet ſignum Miſ-
æ maioris, ſeu (Conuentualis) cantandæ; illis affirmãtibus,
nagnam præſetulit lætitiam, quippe, qui ſciret certum ſui
glorioſi tranſitus ſignum inſtare. Totus autem intentus o-
culisque defixis in imaginem IESV Chriſti, ac per figuram
eam, mentalem cordis intuitum, in ſuum Dominum figens,
eximia deuotione, & inſtantia poſcebat, vt humi declinare-
tur, quo ſimilis ſuo Seraphico Patri fieret moriens, qui ſi-
millimus ei fuerat viuendo, quod tamen illi negatum
eſt. Tenens itaque digitis inuolutum roſarium, repen-
tè eleuatâ voce, inclamauit aliquoties, nomen IESV;
ſtatimque conſignans ſe cruce, rogauit fratrem aſtantem,
vt pauimentum aqua luſtrali, ſimul & cellam aſpergeret;
oſtendens ſe terribile quid intueri, denique proximante
meridie, & in medio ſacrificij meridiani, dùm ſacerdos e-

 leua-

leuaret ſacramentum, quietiſſimè, manibus ſui creatori ſpiritum exhibuit, 17 Maij anno 1592. poſtquam in reli gione, viginti octo annos egiſſet. Lamentabantur fratre copioſis querimonijs dulciſſimum fratrem, chariſſimum a micum, prouidum patrem, imò benigniſſimam matren vnicum conſolatorem, & viuum exemplar heroicarum vi tutum, ac Saraphici Patris Franciſci ornamentum, (ſi nc amiſſum, ſaltèm votis ſuis maturiùs ereptum) præmiſiſſ Quamuis eorum lachrimæ, & dolores multiplici mater gaudij mitigarentur. Recreabat enim eos quædam mor lis fiduciæ certitudo, quâ confiderent amatum, in cœleſ curia glorioſum, & in charitatem diuinam transformatun ſuorum deuotorum bonâ fidelique memoriâ, & interue tionis vice teneri, ſuorumque fraterno reſpectu, iam pr mum (depoſita mortali ſarcinâ) accuratius, ſolidiusque mo ueri; vt innumeris ſuis difficultatibus, & varijs neceſſitatibu iam quaſi Anchoram ſpei fidam ac tutam introeuntem in interiora velaminis (vbi ad Ieſum penetrauerat Paſchalis locaſſe viderentur, lætitiam ſpei, confirmabat triplex viſio de eius glorificatione, & ſigna in corpore illius; & in alijs a ipſius contactum præmiſſis ſanititatibus. Nam Patri D daco Caſtellioni in confeſſione quidam manifeſtarat, ſibi Domino animã ſancti Fratri Paſchalis oſtenſam, quæ velu alter Elias, in curru igneo triumphans aſcendiſſet in cœlum idque vidiſſe, in campo aperto, dum iter ageret, interroga tus, autem vidiſſet ne illum oculis corporalibus? Reſpondi neſcire, qualiter; tamen eo tempore realiter oculis corpor eis, eum conſpexiſſe, ijſque mox clauſis, aſpectu anima quoque ipſum intuitum eſſe, ſic Deo ordinante, vt de veri tate iſtius viſionis ſecuritas haberetur Alter rurſum aſſeru it eidem confeſſario, vidiſſe Beatum eodem modo, in cur ru igneo. Magnum profectò veri argumentum, quod, v

ter

erque eundem viderint ſub eadem viſionis ratione, in eadem prouincia, in diuerſis tamen locis conſtituti, & neuter alterutrius viſionem, præſcientes, eidem confeſſori reuelarint. Imò alter illorum (qui nunquam viderat Beatum Virum) referens apparitionem, vera, & propria ſigna aſpectus, & corporis eius, teſtante eodem Patre Didaco, delineauit. Alij demùm apparuit Beatus Paſchalis, ipſumque familiari ſuauique ſermone demulſit. Alijs porrò conſolatorium fuit, corpus Beati Patris aſpicere, quod facie colorata, roſeâ, & pulchrâ, ſimile dormienti potius, quàm defuncto, per omnia videretur. Dùm itaque in populo, tranſitus Beati increbuit, omnes ad conuentum confluxêre, auidâ deuotione, aliquid deprædandi ex paupere cella defuncti, vbi tamen aliud nihil reperêre, quàm aliquot particulas pannoſas inueteratas; & ſoleas, ſeu ſandalia frequentiſſimè reſuta, & vnam chartaceam imaginem Beatæ Mariæ; quæ adeò gratioſâ vilitate, pretium ſanitatum obtinuerunt apud Dominum Maieſtatis, vt per eorum contactum, prodigia operaretur, donans mirabiliter his qui ea venerabantur optatã ſoſpitatem, quod certè non ſerica, nec aurea diuitum indumenta, & vaſa ſuperba cuiquam vſpiã contulêrũt: alij vittas ſanguine tinctas, emplaſtra relicta, & huiuſmodi, in ſe vilia, tanquàm precioſſima, ſancta contentione quadã inter ſe diuiſere. Fratres verò illũ habitu quo erat indutus, ſpoliauêre, eundem velut rem ſacram, bona cuſtodia ſeruãtes; ſed ipſum corpus altero tali veſtiêrunt, vnus autẽ ex his, qui defuncto induendo operam impendebant, videns corpus, nec eſſe deforme, non durum nec rigidũ (cęterorum iſtar) ſed tractabile, carnem ipſam tenellam, manus, digitos, & brachia, in omnem partem ad libitum mouentis flexilia, tanquam viueret, affectu quodam amoroſo, & reuerenti, manum oſculatus, in terram corruit pronus

nus, & genu flexus, magna animi commotione & vocifera-
tione. *Non exſpectabam aliud (inquit) à te, ſancte, & ô Benedicte,*
quàm quod oculis modò comperio. Ora Deum pro me. Alij autem
ſpectatum irruebant, vt ſanctum venerari liceret. Vt igitur
cuncti optato eius aſpectu frui poſſent, delatum eſt in eccle-
ſiam. vbi tribus Paſchæ diebus publicè manſit expoſitum
deuotioni accurrentium. Notabile autem in eo erat, ho
modo ac ſitu, illud ſanctum corpus habere ſe, vt non defue-
rint, qui viuum, non autem mortuum, crederent, quià ne
lurido, nec pallido, ſed naturali viuentis colore conſpicu-
um eſſet. Frons, collum, & caput adeò deſudabant, vt capi-
li humectarentur ſudore. Quo ab aſſiſtentibus exterſo, mo
nouus liquor copioſe repullulabat. Oculos intẽtos, directo
& viuidos ſic gerebat, quaſi palpebras leuando, recludendo-
que, in rem defixus reſpiceret. Admiratione dignum & il-
lud fuit, quod populorum turba (quæ magna lætitia, & de-
uotione concurrit) & tanto numero conferta multitud
(quam non caperet eccleſia, & conuentus, ſed circum cir-
ca conuentum, quaſi militum copia demiſſa in planiti
hoſpitaretur) facillimum tamen acceſſum, receſſumqu
in eãdem, & ab eâ, ſpectandique ſanctum corpus libertatem
nanciſceretur. Et quod cõdenſata illa plebecula aſpectu, Be-
ati, nunquã ſatiaretur. Neq; tædio aut laſſitudine grauareu
Nam pars innumera reuertendo in oppidum nunciato ſan-
cti ſtatu, è veſtigio redire compulſa fuit, occultâ quadam
dulcedinis vi, ad Beati præſentiam retrahente. Fuerunt
qui aliud non poſſe videbantur, quam ire & redire, totie
quoties, memoria illius occurriſſet. Erat igitur videre lon-
giſſimas vias plenas hominibus (formicarum more, ob
errantium) conglomeratis, variato curſu, ſemitas ea-
dem repetentibus: Nec erat, qui deficeret, quoniam
omnium animi, viſendo corpus Beati, conſolatione ſem-

pe

per noua, laborem curſumque itineris emolliebant. Mirabantur omnes, & venerabantur; oſculabantur manus; pro reliquiis habitum, vſque ad genua, proſciderunt, nudantes tibias eius, & brachia, quin immò dentibus aurem illi ſiniſtram præmandentes, digitum quoque vnum ex manu exſciderunt. Roſaria, & coronas ſuas caſtiſſimis eius carnibus affricantes, ſolatium cum gaudio detulerunt.

Miracula edita poſt tumulationem Beati Paſchalis, quæ Anno M. D. XCIV. de mandato, Reuerendiſſimi Domini, Caſparis Epiſcopi Dertoſenſis, in ſua Diœceſi, per ſuos Commiſſarios, & poſtmodùm ex iuſſu Archiepiſcopi, in totâ Prouinciâ, ſimul cum præcedentibus ſignis, vitâ, & moribus, diligenter, & legitimè inquiſita, & examinata fuêre.

CAPVT XVI.

QVANDOQVIDEM Notariorum Teſtiumque ſeries, ac numerus, ad innumera B. Paſchalis miribilia adhibitus, & authoritas plublica indiſputabilem apud omnes fidem promereantur, ipſaque multitudo prodigiorum, copioſum indicis libellum exigeret, nos verò compendioſæ narrationis ordini deſeruiamus, lectorem quo ad mirabilia & perſonas, & loca, ad Chronica Baretij de Baretijs, remiſimus; illud generatim aſſerentes bona fide; vix aliquot humanæ miſeriæ malum notabile prodijſſe, quod medelam

apud Beatum iſtum non repererit: ibi hernioſi, claudi, cæci, rupti, aduſti, fiſtulis cancriſque laborantes, contracti paralitici, tuberoſi, febricitātes, eaque morborum alia genera ferentes meritis eius reualuêre. Inter quos nominatiores, de capitis periculo difficultantes, ſed præſeruati, nonaginta quinque computati ſunt; præter eos, quos è mortis faucibus eripuit. Ex mortuis ſanè, duos vitæ reductos, ſoſpitauit; alterum puerum, dudùm ſubmerſum; alteram fæmellam febri peſtilenti ſublatam. Quæ quidem innumerabilium ſuorum meritorum, non dubia teſtimonia ſun *Quamobrem fœlicis memoriæ, Paulus Quintus, his copioſius in mult. congregationibus perpenſis atq; diſcuſſis, Anno milleſimo ſexcenteſim decimo octauo, fratrem Paſchalem tanquam verum ſeruum, & amicu Dei ſolenniter, & ritè declarauit, nominauitq; Beatum: & conceſſi vt officium eius ſub ritu duplicis de communi: Confeſſ. non Pont. à fratribus Franciſcanis eiuſdem Prouinciæ, regni Valentiæ, celebraretur, i hanc ſententiam vnanimiter venientibus Cardinalibus congregation. Sacrorum rituum, atque decernentibus, ità poſſe legitimè fieri. Sanctiſſimus autem Dominus Noſter, Gregorius decimus quintus, Anno milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo primo, ſub ſui Pontificatus ingreſſu, conceſſit, vt eiuſdem Beati Officium, ſub eodem ritu in tota religione Sancti Franciſci celebraretur.*

De

De Situ, Corporis Beati; & illius cultu memorabili.

CAPVT XVII.

DE præſenti iacet venerabile corpus, in ſancto prædicto nouo ornatu, & per totum in gyro circumdato donarijs, imaginibus, & votis, cereis, mortuorum linteaninibus, alijſque miraculorum à B. Patre patratorum, inſignib⁹, ibidem ad parietes appenſis. Sepulchrum verò ex candido, Ianuenſi marmore, condi curauit Illuſtriſſimus Dominus Carolus de Borgia, Gandiæ Dux, quemadmodum illi deuouerat, pro impetrato, vnico ſui ſtatus hærede (quo arebat) quem in baptiſmo Franciſcum Didacum Paſchaem, (grati in benefactorem animi ergò) nominauit. Quin. tiam, huius infantis partum, ex ipſius orationibus pependiſſe, Duciſſa non dubitârat, dùm pareret, prolixis cruciaa doloribus, & puerulus magno vtriuſque periculo, tranſerſum in vtero, ſitum occupaſſet; conuerſa illa ad afflitum maritum ingemuit; Domine inquit, Si Deus me dignaretur hac hora, felici partu, nonnè ad viſitandum B. Paſchalis corpus, meritò accingeremur? Marito libenter anuente, illa in cœlum eleuans oculos, affectu medullitus æſtuante ſupplicabat, Patri beato; appoſitiſque prægnanti corpori ſuo quibuſdam eius reliquijs, quas à fratribus Conventus Gandiæ receperat; in momento, ac ſi proles, Beati ſolius præceptum exſpectaſſet, ſalua parente viuens valenſque in lucem cunctis lætantibus effuſa eſt.

Hic Imago 23.

ELENCHVS

Miraculoſi prodigiorum Operatoris Fr. Saluatoris ab Horta, Laici Minoritæ, Strictioris Obſeuuantiæ Recollectorum, ſeu Reformatorum Prouinciæ Cataloniæ.

Partim ex Reuerendiſſimo noſtro Gonzaga, partim ex Memoriali porrecto Paulo V. Pontif. opt. Maximo, vnaque congregationi Ampliſſimorũ Cardinalium, dictæ (Sacrorum Rituum) Anno 1604. deſumpta.

De Beati Saluatoris natalibus, & Religionis ingreſſu.

CAPVT XVIII.

SALVATOR ab Hortâ, in vico S. Columbæ Ianuenſiũ, territorio principatus Catoloniæ, Diœceſi Epiſcopatus Gerundinenſis, Anno 1520. parentibus humili loco quidẽ, ſed virtute præſtantibus, editus, in ſimplicitate, porrò & timore Domini, educatus; vbi vigeſimum ætatis annũ ingreſſus eſſet, ſed mũdi fallacijs, ſanctior eius indoles nõ reſpõderet; nauſeabundus inſtituit ſimplicium Franciſcanæ Militiæ cætui iungi; petijt Barcinone admiſſionẽ, & receptus; annum probationis, ſpeciali influxu diuinorum Chariſmatum egit: adeò, vt dùm diuinis contemplationum feruoribus indies, vſque ad refectiones communes (cocus enim erat) immoraretur: non ſolum fratrum communitati, moroſis precibus eius nil deceſſerit, ſed in abundantia, debito modo, & ordine (ipſo tardius in culinã redeunte) omnia miniſtrata fuerint: habuerat enim Angelos cocos, qui Deo adhæſerat, quibus


Eleuatur in oratione, Super Terram.
Wirdt erhaben in dem Gebett.
Suffocatum, et alterum ſuſcitat.
Er wecket zwen todten auff.
Merchionem à morte liberat.
Errett am fürſten vom todt.
B. Saluator ab Horta ord: S. Fran: Reform: prouin. Catalonia.
23
Pugione vulneratum Saucium Sanat.
Er haillt einen todt verwundten.
Sepulchrum eius glorioſū et miraculoſum.
Sein grab iſt herlich vnd voller wunder.
Educit fontem è Petra duriſsima.
Er bringt waſser auſsm felsen.

ꝗibus cooperantibus vtebatur in abſentiâ,ne præſentiâ,di-
ılſus ab optimâ parte, ſummo bono priuaretur.

Profeſſione demùm emiſſa, à Prouinciali, in Conuen-
ım Dertoſæ dimittitur, indeque ad D. Virginem Mariam
Hortâ, (vtraque loca PP. Reformatorum Strict. Obſeru.)
ɔi ſtadium ferè peregrinationis exſoluit, indeque à. S. Vir-
inis domo, nomen Saluatoris ab Horta (ob diutinam com-
ıorationem) obtinuit. Hoc igitur ſtatu Reformationis ac-
ꝑto, ſequentem fermè viuendi periodum, mirabilē ſanè,
ꝛtinuit. Nam per noctes ſingulas, Dominicæ paſſionis me-
ıoriam frequentans, flagris eximijs corpus ſuum ad proflu-
ium ſanguinis diſſecabat. Tùm, antequam culinæ, ſiue
orti, alteriuſuè iniuncti operis miniſterium domi, foriſuè
biret, confeſſionem Sacramentalem præmittens, in Sacro,
ommunione ſpiritali reficiebat ſe, ſicque expeditus & ala-
ꝛr manum labori applicabat.

De Humilitate B. Saluatoris, eiuſque ſimplicitate.

CAPVT XIX.

NVNQVAM viſus eſt Beatus ille, vel arrogare ſibi cellu-
lam, vel ſaccum, vel habitaculum, vtcunque viliſſi-
mum, vbi (licito alioquin permiſſoque more) colli-
ꝗeretur. Sed in montibus orans, pernoctando latebat; aut
ertè in dumetis, propè Conuentum, meditabundus erra-
ɔat: aut in æde ſacra demorabatur: & cum alicubi ſoporis
quieti ſeruiendum eſſet; in monte, & dumetis, ſtratum,
ꝛrat humus, & hoc per modum raptus, & tranſitus repenti-
ni; à qua conſuetudine, neque indumentum tenue, neque
nudorum pedum rigor, nec vllius anni intemperies vllo
eum modo deterruit. Tota Beati cōuerſatio, erat oratio; vbi
gebat, non erat, qui conuerſatione iàm cælum incolebat.

Et quamuis obedientiæ vi, foras ad ſtipem ſæpè mitteretu
tamen animus feriari à prece non potuit; vnde continuis ſ
ſpirijs erupit cor plenum amore, in verba, IESV, Maria, n
aliud propè fluebat ab ore eius.

Tantæ ſimplicitatis erat, & virginalis pudoris, vt n
mundi elementa noſſe putaretur; totus abſorptus ab intr
vt foris omninò deſiperet. Rumor eſt multo comprobat
teſtimonio, eum perpetua virginitate floruiſſe, quod (etia
teſtibus humanis abſentibus) ipſa ipſius corporis incorru
tio (in præſentem diem) ſatis amplo documento veritat
atteſtabitur.

Jn mortificationibus per cilicia, diſciplinas, & abſt
nentias corporis, ſenſum diriſſimè comprimebat; & paupe
tatis ęmulus ſummus, ignito in proximum ferebatur amor
maxime ſi qui infirmarentur, omni genere beneuolent
ſuccurrebat. Neque tamen, pro laboribus, aliâ mercede
quàm iniurijs, ſcommatis, perſecutionibus, improperi
(omnium more ſanctorum) compenſabatur; intereà n
ille benefactorum pænitens, nec animo dolens; ſed iucu
dus & gratias habens, ad beneficia noua ſuccingebatur, v
pluribus ingratitudinum proximi meritis, ipſe pluris apu
Deum reputaretur. Dùm etiam à confratrum conſortio, v
ſuperiorum obiectis, malè audiret; nunquam vultu muta
(etiam innocens) cernebatur, ſed velut agnus manſuetu
maiora promereri cauſabatur, idque frontis & oculorum
cæleſti quadam ſerenitate.

Virginis matris cultor eximius, priuilegijs ſingul- ribus donatur.

CAPVT XX.

VIRGINIS Matris non modo cultor tenerrimus, ſed v
re adoptiua proles erat; quidquid enim humanorun

actuum

ctuum, interius, exteriuſuè committeret; ipſa vota quæ
acraret, preces quas effunderet, conſilia & propoſita quæ
eſumeret, opera ſancta quæ perageret, ſingula ſub ratihabi-
one, ferula & correctura, dulciſſimæ Virginis adimplebat,
pſam teſtem, Inſpectricem, Ductricem, Iudicem, Tutricem
xoptans, cui omnia & ſingula in honorem cedere volens,
er manus illius, ad thronum gratiæ filij ſui, deuenire
enitiſſimè ſupplicabat.

Cæterùm quia tanta fuit Beati noſtri in obediendo
mplicitas, vt ad mandata ſuperiorum, membris & animo
olitaret; neceſſariò quoque ſecutum eſt, vt non ſolum ſen-
us in eo ſpiritui morigeraretur, ſed & irrationales creaturæ
iro Dei ſubmitterentur (vt mox patefiet) nec mirum, cum
t ipſe Nouitiatus illi⁹ (patrum teſtimonio) obedientiæ ſpe-
ulum, & ſanctimoniæ verum prothotypon, apparuerit.
laruit quoq; Spiritu Prophetiæ, multorum euentuum præ-
ognitore. Et animorum interiora rimando, ſecreta pande-
at, cum multorum ſalute.

Sed quis raptus ectaticos eius orantis computabit?
um ad ſuauia nomina, IESV, Mariæ, aliquantis ſæpè moris,
uas vlnas eleuatus in aera, fixus ſteterit; quod illi in cæte-
is precibus, & conuerſatione cum Deo ſuo, & virgine Ma-
re, communiſſimum erat.

*Patrat miracula, numero, multitudine, & mag-
nitudine, inaudita,*

CAPVT XXI.

AD MOREM Seraphici Patris, mira familiaritate cum
Deo, B. Virgine, Angelo Cuſtode, & B. Paulo Patrono
ſuo, verſatus, ſæpe verba iſtorum reſponſoria, & ſo-
nora publice audire, & reſumere meruit.

Fuit,

Fuit, quando tria millia perſonarum collecta, ſign
crucis benedicere(hoc modo quotidiè ſanabat occurrente
ſatageret; comparuêre in cælis tres faculæ ardentes; illæ
durantes donec benedictionis opus abſolueretur, forte in
ſignum, eum ipſum, qui in SS. Trinitatis nomine ſignaret
ſignorum gratia & efficacia iam è cælo donatum eſſe.

Aliquandò cum in vertice montis orans, vt deſcend
ret ad infirmos, quos ſanaret, à populo, magnis vocibus in
clamaretur, expeditus à Deo ſuo, & properans lucidiſſim
nube ad inferiora delatus eſt, & ſanauit omnes. Et quem
morbum nominabimus, quem ſanctus ille, crucis ſigno no
abegerit? ſed cum eſſet charitate donorum profluens, no
tamen abſque conditione, ſanitatum diſpenſationem im
pertiebatur; verùm vbi miſeris radicem mali, in conſcienti
detexiſſet, mittebat, vt ſe oſtenderent Sacerdoti, ſicque
ſpiritali lepra mundati, in corpore quoque ſanandi reuer
terentur.

Jnter has miraculorum miriades, nullo vnquam tem
pore auditum eſt à Sancto, quemquam ab eo ſanatum eſſe
ſed & cum in aures talia ingererentur, omni oppoſitus co
natu, Beata, inquit, virgo, cum prole benigna, per vermen
indignum (dicebat ſe) operatæ ſunt. Iſtis gloria, quibus ſani
tas, quibus mirabilia. Hoc modo cordiali demiſſione, ex
tremè vilebat in oculis ſuis.

Cùm olim data opera (ex conductu Nobilis cuiuſdam
Matronæ) Guardiano ſuo adſociaretur, ingreſſi domum
mulieris, à curioſa fæmina multis interrogantur; & demum
nato ſermone de miraculis, cæpit ad partem mulier ſubſuſ
rare aſtanti Guardiano, de ſanctimonia Saluatoris ab Ho
ra, vt ſpecimen aliquod geſtuum in Sancto viro comprehen
deret. Ille ſubitò apud rogum accenſum (erat enim bruma
veſtibus ſupra talum pedis, leuatis, corã ijs inſilijt in ignem
& ſtans immobili, fixoque pede inter prunas; *nec ille inquit*

ne

nec veſter ignis (laudes prolatas intelligens) me concremabunt : Et ſtupentibus illis, poſt bonam moram exiuitillæſus, vt nec fimbriæ lacerati amictus, cremorem ignis, vel odorem admiſerint.

Nec Charitate, & compaſſionis teneritudine ſolùm ferebatur in homines, quibus vel ſolatio, vel ſubſidio opus eſſet, verumetiam in quæuis animalia. Viſæ ſunt auiculæ (famis tempore, aut pluuio cælo) turmatìm volantes, ad Sanctum eum demitti, ſæpè eas ipſe de cacumine tectorũ, ad eſcas inuitans, & coruos, & picas è medio aeris, ad præſentiam ſuam coràm euocauit; illic videre fuit, ante pedes Beati ſubſultare omnis generis pennata, quæ deplumando ſe ſuis roſtris, & pluuiarum madorem extergendo, tanquam in nidis proprijs, ſecurè, cibum præſtolabantur; quin imò multa confidentia, volucres plurimæ, in humeros, & capus, & brachia, & manus eius, volatu depoſitæ, rictibus oris, à viro (qui nomine Dei porrigeret eſcam) ſuſtentari quaſi deprecabantur, ipſeque ſingulis ſua diſpertiens, & aues manu demulcens, ſaturatas, cum benedictione dimiſit.

Puero cuidam ſitienti, petram quandam in altiſſima rupe, crucis ſigno deſignans, mandabat percutere ſaxum. Ille percuſſit, & fluxerunt aquæ, in fontem notabilem, qui etiamnum propè Conuentum ab Horta perdurat.

Non eſt memoria vllius infirmi: qui implorato auxilio viuentis Saluatoris, repulſam tuliſſet; ſed & alios pro alijs ſupplicantes ſolatus fuit; quemadmodùm teſtimonijs compertum eſt duarum mulierum; quæ publicè coram populo, eum ad ſuſcitandos emortuos liberos ſuos, inuocantes, reſuſcitatis ab eo prolibus, audiri meruêre.

Dæmonibus adeò terribilis erat, vt ſolæ particulæ veſtium, chordæ, alteriuſuè rei Saluatoris, vbique propulſos fugarent.

In ore vulgi, paſſim per omnia Regionũ loca, velut ora-

culum colebatur: & acquiſito cognomine, Sanctus ab Hor ta, (ob frequentiam mirabilium) denominabatur; qua ve ſola voce audita, omni multitudini, deuotionis ardor incre uit, vt, properantes ad eum, & medium inter ſe correptum veſtibus ferè vellicatis, & direptis, nudum reliquerint.

Obſeruabatur quoque, à plebe communi (magna ſe dulitate) quandò Beatus, ex morbo fortè laborans, vel a ſectionem venæ, vel cucurbitarum vſum, à ſuperioribu cogeretur; Tùm ipſa plebecula, de prioritate concertans, a ſanguinem manibus, ſtrophiolis, phialis, alijſque veſtimen tis excipiendum, monaſterium obuallabat, quaſi obſidion teneret.

Deniqùe obtento, & partito cruore, cum ſatisfaction lætantes perrexêre. Quo tempore Valentiam tranſiturus ex obedientiâ ibat; occurrêre ei decem millia virorum (ve lut acie conſtructa) inter eos omnium primorum nobilitas & illius loci Sereniſſimus adminiſtrator, Dux Segobriæ (conſorte comitante) qui omnes humillimè in genua con iecti, bendictionem à Sancto ſollicitarunt. Interim ſuper ueniebat proceſſio Minoritarum, Fratris aduentui congra tulantium: moxque populo approximante, tanta compreſ ſionis deuotione Beatus arctabatur, vt vim, nullius arma compeſcere poſſent, ſpoliatum ergò habitu, & totis corpo ris operimentis, nudum in medio reliquerunt, qui in vici nas ædes pallijs obuolutus, donec nouus habitus adferretur illatus, delituit; & tamen populus ſanctæ deuotionis ſpolic necdum ſatiatus, penè penitùs in eandem ædem violentian impoſuiſſent; clamantes vna voce, ſubtractum oculis ſui virum Beatum, velle ſe hominem Sanctum, quem Deus de diſſet comunitati, Saluatorem.

Hoſtis infernalis, cum pedicas innocentiæ illius, pone re non poſſet; mouebat elementa, in perditionem Beati quemadmodùm cum Barcinone euocatus, mari ſe concre

didit

idit, exorta horribili, ex improuiſò, tempeſtate, nauicula mni momento dehiſcere minabatur; at Beatus, ſolitis preum armis ventorum impetum poſuit, & opinione, longè itiùs, Calarim vrbem Sardimiæ (quò ibat) delatus eſt.

Mulieri percontanti, quomodò Deo placitura meliùs iueret? *frequenta, inquit ille, Sacramenta, cuſtodi ſenſus ab impuriate: nec in oratione deficias, coronaberis hic, & ibi. Interìm ora pro ne, iam enim ad acceptabiles quaſdam nuptias vocor, iuſtiſſimi Ioſephi, Jutricij Saluatoris.* Mortem ſuam imminentem innuebat, uius & horam ipſam prænouerat. Quo magis autem apropinquaret ad exitum, hoc ampliùs diſciplinis, & rigore reſcebat; & velut amicus Sponſi, ſolito lætior, in commuione frequentior, & oratione feruentior, nuptiarum Agni nomenta numerabat; ſuſpirijs ac iaculatis IESV, & Mariæ, ominibus, omnem halitum cordis impendens; tandemue Sacramentalibus ſanctè receptis 18. Martij. Anno 1567. ridie diei S. Ioſephi. Ætatis anno 47, & religionis acceptæ 7, felicem animam Generali Saluatori, reſtituit Saluator articularis.

In vrbe igitur Calari, triduo, poſt Beati mortẽ, funebria i⁹ confluente Clero, & populo, atq; ipſo Vice Rege cum reliuis principibus, præſertim Archiepiſcopo, ſolemniſſimè ranſacta ſunt; Patre quodam doctiſſimo Societatis IESV (de a peña vocato) ſermonẽ in Beati laudẽ, elegãtiſſimũ habẽte.

Anno 1603. 36 circiter añis à tranſitu ei⁹, ad mandatũ rædicti Archiepiſcopi; corp⁹ Beati à Medicis ex enteratum; deò molle, tenerũ, delicatũ, tanquã recentis infantis comertũ eſt, interi⁹ quoq; exteriuſq; incorruptum, ſuaui odore fragrabat, & eo loco leuatum, in magnificam tombam cratibus obfirmatam (clauibus tribus Archiepiſcopo vna, altera Guardiano, tertia Magiſtratui aſſignatis) reclinaum eſt. Vbi innumeris quotidiè miraculis claret, quorum minutum compendium ſubijciemus.

COMPENDIVM

Miraculorum B. Saluatoris ab Horta, DE virtute, hucuſq; florentium, & authenticorum, Teſtimonio, legitimoq; proceſſu habito Reuerendiſsimorum Præſulum, Archiepiſcopi, Epiſcoporumq; Callaris, Tharaconis, Cæſarauguſtæ, Barcinonis, Gerundæ ac Dertoſæ, fidelitèr depoſitorum.

CAPVT XXII.

MORTVOS duos (quorum alter iam in feretro portabatur; alter in aquis præfocatus erat) rediuiuos reſtituit. Rurſum mulier, mortuum fœtum vtero geſtans, ſolo Beati capucio tacto, cum fætu reualuit.

Plurimi à periculo mortis manifeſtiſſimo, illius habitus & veſtium oſculo præſeruati euaſêre, nominatim Dominus Hilarius Álgonenſis. Requeſenſis. D. Cordona. D. Marchio Sorianus, &c. Dominus Ioannes filius Comitis Eldani, &c. Signo ſanctæ Crucis Beatus iſte, centum viginti paraliticos integerrimè reſtituit.

Iterùm triginta quinque ſurdos ac mutos ab vtero Matris, ſanitati reſtituit.

Liberatorum à dæmonio, infinitus eſt numerus, quamuis in proceſſu Prælatorum (quos allegauimus,) compendij cauſa, quindecim potiora connumerentur.

Simili modo, ex millibus cæcis illuminatis, duntaxat vnus & triginta, ſpecificati ſunt.

Hernioſorum ac ruptorum hominum duodecim millia ſigno crucis redintegrauit.

Et in-

Et innumeros apoplecticos eodem ſigno munitos, aut
ræmunijt, aut liberauit. Feruntur & imagunculæ illius
atieffigie, & nominibus Ieſu, ac Mariæ, quæ benedictæ, à
ribus liberant, & ab ijs præſeruant, quid ſtupendius?

Quacunq; tentigine, impetigine, vlceribus, ſcrophis, &
aculis laborantes, eodem modo, ſine numero, reparauit.

Complurimos Hydropiſi perituros (quorum proceſſus
iindecim habet) aſſeruauit.

Tria millia (vt minimùm) claudorum, aut cruribus
iomodolibet ſauciorum, reſtaurauit.

Leproſos, comitialique malo laborantes, innumeros
ioque in ſoſpitatem reduxit.

Vulneratos (armis adhuc in vulnere confixis) cruce
nauit.

Quotquot bona fide, illius meritis confiſi fuêre, ſunt,
untque, feruntur à febribus, & peſtilentiæ malis erepti; &
ipiendi; id quod (& in alijs miſerijs) aſſeritur.

Fortè non iniurij erimus, textui diuino, ſi Saluatorem
ſtrum, alterum dixerimus, ſed Seruum Primi; cum ipſa
ioris, id eſt, Chriſti veritas, iureiurando confirmet, A-
en, Amen dico vobis, qui in me credit, opera quæ ego fa-
o, & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Id quod ad lite-
m in Saluatore ab Horta compertum notamus; Et extra
nnem controuerſiam eſt, nec ipſum Beatum Franciſcum
t mirabilibus coruſcaſſe. Et Saluator Deus noſter in ſcrip-
ra quidem extante, tot mirabilia numerata non prodidit.
ec cuiquã poſſibile ſit eius miracula diurna, id eſt in ſingu-
s dies patrata retexere. Notũ enim eſt, eum, (quantis annis
gremio Reformationis, ſiue Recollectionis peregit) com-
uniter duo millia hominum (& hoc dietim) curaſſe. Ta-
ri debent, tanquam immenſa prodigia, quæ apud
pulchrum eius indies, exercentur in Sardinia, & in ipſis
iſpanijs.

 Iannuæ,

Ianuæ,ſeruatur imago ad Diuam ædem Pacis,vocatan ibì,quotquot ſuppetias eius implorarunt, impetrauêre. Il ampullæ 10 ex argento, perpetuiq́ue in luminaribus igne iuxta infinita ſanatorum pendula vota, infra anni ſpatiur collecta viſuntur.

Poſtquam igitur Sacrorum rituum, & Cardinalium c gregatio, mirabilium iſtorum ſeriem, ex proceſſu & teſ monijs Epiſcoporum prædictorum. Anno 1604. inform ta, cognouit; publicâ (cum Beatitudine Summi Pontifici deliberatione peracta,decreuit, F.Saluatorẽ, Beatũ popul Chriſtianis & pennâ,& penicillo,& voce, proclamandum

Quandoquidẽ verò,nec modò,fluuius gratiarũ in Bea reliquijs,fundum obtinuit; quàm ſcitè & prudenter ij, q laborabunt, quocunque malo,Saluatorem Ieſum,in amic tiâ Saluatoris ſerui ſui,ſalutantes venerabuntur?

In Eccleſiâ minori Seraphica,
Antiphona præcinitur Beato iſti,
Iſte homo verus Dei cultor, &c.

Verſus.

Ora pro nobis Beate Saluator.

Reſp.

Vt digni efficiamur, &c.

ORATIO.

D*EVS qui omnipotentiam tuam, in Sanctorum, humilitate d monſtras; quiq; famulum tuum Saluatorem ſanitatum cu mirabili, & columbinâ ſimplicitate donare dignatus es, co cede; vt quotquot eius implorant auxilium, ſalutarem petitio- nis conſequantur effectum. Per Chriſtum Saluato- rem omnium, Dominum noſtrum. Amen.*

A I

AD SALVATOREM.

Beatum, vulgò nuncupatum ab Horta.

CERTANTEM, MIRACVLIS CVM PRINCIPE APOSTOLORVM.

CLauiger in portâ, Petrus: Saluator in Hortâ;
Conſertantque manus ſignis, & ſymbola iungunt:
Portentis certare ſuis, viſuntur, vtrimque,
le, pedes ſolidans, Specioſæ, in limine Portæ,
te malis medicans, hominis totius, in Horta;
le vocat Iesvm; ſignat cruce quælibet iſte.
xtemploque ſuis, gaudent conatibus, Ambo.
le fidem firmat; Saluator plantat amorem.
le tenet Clauum; tenet iſte gubernatorem.
le refert Dorcam, viuam de funere, ſolam:
te ſed innumeros à morte redintegrat auræ.
le trahit, verbo mortalia corda; ſed iſte
llicit attonitas volucres, cicuratque, cibatque.
lius vmbra iuuat: Lux huius, nube medetur,
ic vmbram, lucemque inter, victoria nutat.
le tremens, pedibus mare calcat: At impiger iſte,
urſum agitur, ſublimè volans, (quoties meditatur).
unt alijs, emenſa Dei, miracula. Sed Tu
ortentum immenſum es, mare magnum portentorum.

A L I V D.

EIVSDEM TENORIS.

Concertare vales? Primati? & Quanta cohortem
n reliquam poteris? Mendice ſtupende? Triumpha:
Sanctorum reliqui, numerant ſua ſigna, ſed es, Tu,
Cœlum ſignorum: Microcoſmus Miraclornm.

Ianva,

JANVA, pars Latiæ, non vltima laudis, apertam
Saluatoris opem, venerandâ in Imagine monſtrat;
Sardinia, & Calaris, vaſtiquè meatus Iberi,
Vota ferunt, penduntque precem, & ſolatia vulgant.
A portû, à portâ, dicatur ab Horto, & ab Horta,
Saluator: recipit. pandit. floretque. medeturque
Abiectos. Cœlum. virtute. cuique malorum.

ALIVD.

Eiuſdem metri & tenoris.

DIcitur à portu, portus, Saluator ab Hortâ.
Quod, ferè, naufragijs, morborum terminet omne
Dicitur à portâ, meritò, Saluator ab Hortâ.
Quod ferat ad ſuperos, directo calle, penates.
Dicitur, & ſponſæ, paritèr, Saluator ab Horto
Planta nouella, Minor, ramis benè fœta Minorum;
Dicitur ad Mariæ Iubilum, Saluator ab Hortâ:
Ne dubitet ſexus; Paradiſus, & Hortus, & Horta eſt.

ALIVD.

In eoſdem Certatores.

ILle crucem moriens decorat, ſed viuus IESVM;
Jſte crucem, viuus; IESVM, moribundus anhelat;
In cruce, Si nomen IESV eſt: valet iſte, quod alter.
Sed cruce cum IESV præſtat Saluator vbiuis.
Patria Cœlorum non eſt morboſa, proindè,
Sit Medicus prior, vt cum ſanis, Ianitor intret:
Saluator præeat Petrum: Medicina ſalutem.

Roma

Romanæ Roformationis exordia.

Ex Reuerendiſſimo Gonzaga: & F. Bonifacio Bonibellio.

CAPVT. XXIII.

QVo tempore, Clemens VII. PP. Vniuerſali præſedit Eccleſiæ, Venerabiles Patres, F. Stephanus à Molina Hiſpanus, ac frater, Bernardinus ab Aſtia, Prouinciæ omanæ Alumni, optimique nominis Religioſi (quippè ui Regularem obſeruantiam Patris noſtri ſummopere ze-bantur.) multum colaborarunt, vt in Religioſorũ pectore rdorem, ſanctumque ſuæ profeſſionis zelum accenderent, ccenſumque fouerent, & augerent. Ex iſtis igitur ſuis udijs, & conatibus copioſus fructus exoriri cepit; quan-oquidem illi duo ex primarijs fundatoribus, & inſtitutori-ꝰ Reformationis, præſertim Romãæ extitêre; vnde inſignes pirituales profectus, quos etiam diebus noſtris, manifeſti-s cernimus, emanarunt.

Itaque Patres iſti, vt opus inceptum conſummarent, Bullam quandam, (quæ his verbis orditur,) *In ſuprema mi-tantis Eccleſiæ ſpeculâ &c.* ab eodem Clemente, VII ijſdem emporibus obtinuerunt; qua Jtaliæ Prouincijs, quinque vel ex domos, in quibus aliquot fratres (quos Reformatos ap-ellare libuit) ſub arctiori viuendi modo degere poſſent, ligendi facultas data eſt; vt item Capitulum Cuſtodiale per eipſos cogere poſſent, & eligere Guardianos, ac Cuſtodes ro Reformationis regimine, quos Miniſter Prouincialis eneretur quantocius confirmare; conceſſit nihilominus eiſ-dem, vt fratres de familia ad Reformationem liberê admit-terent,

terent, alioſque obſeruantium conuentus recipere poſſent.

Hac igitur Apoſtolica facultate multa monaſteria reformata ſunt; vt iam ad ſtrictiorem vitam aſpirantibus opportunè prouideretur, de locis, in quibus, non infælicius, nec ſtrictè minus quam apud RR. PP. Capucinos, conuiuere. Altiſſimoque iuxta ſuæ regulæ profeſſionem, & puritatem inſeruire poſſent, ne ſuis quoque medijs, & zelatoribus, ad maiorem puritatem regularis ipſa obſeruantia, deſtitui videretur.

Hincque erectis & fundatis, hac in Prouincia quibuſdam religioſis domibus, (alijs autem prædictis ſtrictius regulam ſeruare effectãtibus, nouiter repletis) Reformatio orignem duxit, atque ad cæteras Italiæ prouincias deriuari cæpit, cuius alumni, licet ſtrictius, aſperiuſue uiuant, totius tamen ordinis Generalis Miniſtri, imò & Prouincialis eius Prouinciæ, cuius finibus circumſcribuntur, ferulæ (ſed ſub proprio Cuſtode) qui peculiarem eorum curã gerit, cõtinuò ſubiacuêre, vt libro primo deduximus.

Hic Imago 24.

Vita



Mole ſuâ: Moderante Deo: mediante Molinâ,
ſtat, bona Forma: patens Regula: Vita Vetus.

Die ſach wars werth, das würdt geehrt,
Vom Päbstlichen stuel, auch wol bewehrt.

24

At Domini zelo, Præco Franciscus, Iniqu
præmia ſermonum, fuſte, ſoluta refert.

Schawe was vermag der Eyffermuett.
Dis patris predig, Koſt, sein bluett.

Vita venerabilis Patris Fratris Stephani à Molina: inſtitutoris precipui Reformationis Romanæ & P. Fratris Guſmanni.

CAPVT. XIV.

STEPHANVS à Molina (*non autem Alphonſus vt adiuncta illius Icon errore calcographi, notat.*) Hiſpanus natione, ſed Prouinciæ Romanæ alumnus, magnæ doctrinę vir erat, elum ſuæ religionis habens ſecundum Dei ſcientiam, & xemplari vita ingentem mundo afferens ædificationem. Hic vt predictum eſt, vnus fuit ex præcipuis Reformationis Romanæ fundatoribus. Qui cum in Monaſterio fontis Co‑umbæ Guardianus exiſteret: arbor extremæ magnitudinis uper templum impendens, tantis niuibus onuſta curuaba‑ur, vt ruinam Eccleſiæ minitaretur; cùm tamē ædicula mi‑or, & tenuior ruinam ſuſtentura non eſſet.; Quamobrem Pater Guardianus rogauit aliquot eius loci homines, niuem euiter cauteque ex arbore decuſſam deponerent; nec o‑miſerunt illi in hoc pro viribus inſudando; ſed nullo com‑pendio molem declinare valebāt tùm ob exceſſiuam arbo‑ris magnitudinem, tùm niuium cariem, nimis præponde‑rantem. Hoc animaduerſo Pater Molina, ad auxilium di‑uinum ſtatuit recurrendum, ideoque fratribus in templum conuocatis, cum illis genu flexus orationi ſe dedit, ſup‑plicantes diuinæ Maieſtati vt ſi rem hanc, noſſet ſuæ volun‑tati conformem ab imminenti perriculo eos liberaret; ſin verò quidquid diſpoſſuiſſet, gratanti animo ſuſcep‑turos, modò eius beneplacitum (ſemper bonum) im‑pleretur, igitur depoſuit ſe moles in templum, & cœno‑bium, tanquam pluma leuis, quæ nocere non potuit.

Quod quidem Beati Molinæ, meritis apud DEVM attri-
buêre.

Qui tantæ authoritatis erat in Ordine (tanquam Theo-
logus, & prædicator inſignis.) vt diffinitor Ordinis, & Mini-
ſter Prouinciæ Romanæ,ac Neapolitanæ ſępè deligeretur.

Et licet cæcutiret præ ſenio, tamen à templi aditu tem-
perari non potuit, quin id ſocio duce, continuò frequenta-
ret; ad cuius obitum, ſuprà trecentas literas Pontificias alio-
rumque Prælatorum fauorabilia ſcripta, in cella eius repe-
rêrunt; quod vti ſignum magnæ authoritatis illius apud ſe-
dem Apoſtolicam, ita non vltima cauſa fuit, , cur ſuæ Re-
formationis ſtabilimentum à Papa retulerit. Huic Patr[i]
Stephano, comes aliquandò indiuiduus erat Pater Martinu[s]
Guſmannus (olim Cæſaris Caroli. V. ſeruitijs honoratus)
cuius tam eximiæ diſciplinæ vita memoratur, vt mortui il-
lius pileus febricitantium capiti admotus, dicto citius para-
xiſmos abêgerit; illius mortem, idem Stephanus Molina
multis ſæpè gemitibus deplorabat, quod amiſiſſet,(inquiēs)
ſuum Patrem Martinum.

Vide Gonza: in Prouinci: Romana, Conuentu. 36.

Vita venerabilis Patris Franciſci Tornielli, ex Roformatione Mediolanenſi.

CAPVT XXV.

MEDIOLANENSIS, Reformationis, ſupr[à]
libro primo, aliquam delineationem promiſi-
mus, cui promiſſo expediendo, peropportunè ſ[e]
modò ingerit, vita Reuerendi, Zelotis Domini, Patri[s]
Torniel-

ornielli, (tanquam in Reformatione ſocij prædicti Patris tephani de Molina, Romanæ Prouinciæ Reformatoris.) Quo tempore, B Didacus à Sixto PP. Quinto in Diuorum umerum relatus eſt: (puta anno milleſimo quingenteſimo ctuageſimo octauo;) obijt eximius idemque & Theologicis octrinis & ſcripturę copijs inſtructiſſim⁹, abſolutiſſimusq;, c ſermonum zelo, facundiaq; celeberrimus, Pater Frater rancifcus Torniellus. Qui natus ex Illuſtri familia comi-um de Torniellis, in comitatu Treuigliano; loco, nomina-o (Nurciata) & primario quidem illo, inter Mediolanenſis Reformationis, cænobia (vbi, ob profuſiorem charitatem Treuiglianorum, potiſſimum locabantur infirmiores, & de-biliores ex Ordine fratres) aliquãdò & ipſe commorari ſoli-tus erat; tanta quidem animi demiſſione, & vilipendio ſui, vt (tametſi comes eſſet.) munia tamen, & dignitates oblatas, pertinaci quadam ſanctimonia refutaret. Non enim Præla-ti mores induere poterat, qui iam corde & corpore depreſ-ſior omnium, latere ſtatuerat. Vndè cum Epiſcopatus illi (velut benè merito) præſentaretur, tanquàm à facie colubri fugiens, abdidit ſe in ſecretiora clauſtri ſui, obturans aures ſuas, in prudentia boni ſerpentis, ne mellitis ſermonibus in-cantaretur. Et cum eſſet ſenex emeritus, totusque, octua-ginta annorum numero decrepitus, & venerabilis, coram totâ fori & cleri mulditudine; nihilominus tamen ſcopis ar-reptis, clauſtri habitacula repurgare, & verrere ſolum, tol-lere purgamenta, hortorum ſemitas cultiores reddere, cete-raque nouitiorum opera obire, nunquam eum, aut mor-boſum tæduit, aut Theologum tantum, & eccleſiaſten, i-mò & gracili natura comitem, puduit; quin potius ijs rebus & animo & corpore palàm delectaretur.

Hic inter Primos Reformatæ Pouinciæ Mediolanenſis Fundatores, facilè primo loco donandus videtur: Profeſſio-

nem emiſerat, apud patres obſeruantes, in conuentu , qu
veteris Angeli dicitur; ſed cum iam non parua copia fratrũ
doctrinâ & ſanctitate illuſtrium, ad Reformandũ ſe, in loc
remotiora, quietiora, & pauperiora, ſecederent; & eoder
quidem habitu cum obſeruantiæ fratibus vterentur, ſed ab
ſconditi potius, volentes eum , qui in abſcondito eſt, cordi
hominẽ, in incorruptibilitate, manſueti & modeſti ſpiritu
Deo innoteſcere ſoli, in eoque locupletari. Anno igitur 15
14. circa tempora clementis P. P. Septimi, durante Concili
Tridentino, acceſſit ad eos P. Torniellus, ſancto conſorti
ſanctior futurus, vbi continuis virtutum augmentis, maxi
mè honoris diuini zelo (tantopere efferburit.) Vt null
vitio, aut defectui, ſimulando, multo minus palpando, pe
percerit, adeò quidem vt ſæpiuſculè in Prælatorũ errores
ſpiritus libertate inueheretur: eâdẽ viâ procedens, cum no
bilioribus de plebe vel ipſis illuſtribus quoque , nullo pe
nitus excuſato. Paræcianis autem, & præſbyteris curatis, a
eum conſilij cauſa, pro caſibus, accurentibus; alto ſermon
inculcabat vigiliam ſuper gregem Domini. Diſcite, in
quit, diſcite, ſtudete, veſtra enim ſocordia & ignorãtia, quã
tas animas depellit in domum diaboli? enim verò, tanta fu
it corrigentis ſuauitas, & diſcretio, & dexteritas, vt qui cor
riperentur, amoris beneficio, læti recederent; parati emen
dare, quod ſpiritu dulci præmoniti negare non poſſent. In
conſolationum ſuauitate, ſingulariter ab alto dotatus erat,
nec facile, quiſquam ab eo, abſque ſolatio, reuerſus aſſeri-
tur; abſtinentia viuebat angelica : nam per Quadrageſimas
numero quadraginta, quibus hinc inde, cumulatiſſimos cõ-
uerſorum fructus ediderat, ſolo pane & aqua reficiebatur.

Quinquageſima verò Quadrageſima ſequenti, priori
ſuæ alimoniæ bis coctas caſtaneas (tanquam delitias.) ad-
hibebat, non enim videbatur ſentire latrantem ſtomachũ;
cumque poſcentem, & appellatẽ, qui iam ventriculo men-
tis

is ſatur erat, ac noua prole fæcundus, quam pareret chriſto, cuius ſpiritu iam pridem conceperat. Hæreticorũ inſecutor acerrimus erat; adeoque, cum Ludimagiſtrũ quendã in partibus Treuiglianis (qui dericuloſis erroribus iam plebeculam rudem ineſcare conſueuerat) deprehendiſſet: otiari nullo modo potuit, donec limitibus illis, Erronem publicũ, imò & vicinis patrijs exturbaret: Cuius facti alias meritiſſimi, fratres innocentes, pœnas luere cæperunt; nam populi magna portio infatuata zizanijs hominis eiecti, frendens indignatione, manum eleemoſinæ contraxit, fratribus noſtris.

Interim miſerator Dominus, reuelarat auriculam cuiuſdã Dñi Treuigliani Gotthardi Chiozzi, (ſic dicti) qui ſe ſponteâ, liberalitate in defectũ inimicæ plebis, ingerens; Cõuẽtui fratrum obtulit ſe ad prebẽdam omnem neceſſitatis alimoniam, in victu & amictu: donec furor plebis, mitigante Deo, poneretur: Et certè nouum inde miraculum exortum eſt: Nam P. Torniello, ad orationem ad Deum, pro ſalute populi conuerſo; vulgus tanta Synderiſi, & errorum pænitudine commoueri cæpit, vt collectim magna frequentia, ad cænobium properando, patrem iuſtum, & amicum DEI, cum humiliatione ingenti veniam exorarit, oblatis in vſum fratrum, omnibus & opibus, & perſonis ſuis; ſed & illis ad eleemoſinam ardentiſſimè rogatis, & inuitatis.

Hic Pater idem ille eſt, qui in territorio Veneto (cum de more zeli ſui, in hæreticos acrius pro concione declamaſſet, iam iamque in æde, ad ſacrum altare pergeret) ſatellitis cuiuſdam ictu terribili, ad verticem capitis incuſſo, propè exanimis corruit, cumque reſumptis aliquãdò viribus à iudiciariâ poteſtate (ad eum mittente) et quærente, quanam animaduerſione in Hæreticum illum, ſacrilegum, procedi deſideraret? audijſſet. Repſondit ſententiã (vero Chriſtiano Martyre dignam.) Non fiũt, inquit, proceſſus, neque indago

go iuſtitiæ, pro Martyrum pœnis, & ictibus. Quin imò magnas illis grates exhibeo, obligatumq; me illis recenſeo, qui me, pati pro nomine Ieſu, eiusque fide, dignum reddidêre. Et cum ex capite ſancti Patris oſſa cōminuta, magna vi doloris eximerentur, craneumque cerebri, terebrante chirurgorum ferro, penetraretur, lætabunda facie congratulabatur, ſuſtinens in patienti longanimitate dolores; ſed dolens quod ijſdem, martyrij Lauream non aſſequeretur. Reualuit enim; tandemque canis venerabilibus, & virtutibus auctꝰ, cum vnum ſupra nonaginta annos, & ex ijs, ſeptuaginta in Ordinis rigore, numeraſſet, cònſolatione plenus, & exhortatione Fratrum ad regulæ puritatem, & timorem Domini, ſancta pace in eo quieuit. Cuius ad honorem ſubmittimus híc.

Principia Reformationis Mediolanenſis ab eo ſpeciatim aucta & promota

CAPVT. XXVI.

ERAT, excellentiſſimus ille, & litteris, & pietate Pater, expoſitum quoddam Regularis Oſeruantiæ, & ſanctimoniæ ſpeculum, virtutum exemplar, linea perfectionis, maximè inter egregios, eo tempore, Patres, Cuſtodiæ Mediolanenſis: qui cum longæuus in Ordine, multos exſuperaſſet ætate, ſolitus erat in ſermonum conferentijs, recenſere fratribus, mirabilem illam exorientis Reformationis Mediolanenſis conuerſationem, puritatem, abſtinentiam, orationis feruorem. Quantâ Patres (in eâ) ſimplicitate columbina, piâ familiaritate, genuinâ realitate, & fraterna ſinceritate cōuenerint; quātâ cōuixerint morum ſuauitate Reformati, quâ bonarum virtutum & habituum internorum moralitate, quâ habitus cultusque (quem alias rigidum & detritum gerebant.) Exterio-

riorum auſteritate. Conuerſationes (inquit) & colloquia 'atrum iſtorum, examinata non ſolùm, ſed ad omnem pie- atis amuſſim regulata percipiebantur, vt nefas putaretur, xorbitare, vel ad ea quoque, quæ viderentur indifferentia, t adiaphora, & ad ſcopum Monachalem non ſpectantia. deò ſermones vni ſolique miſcebantur. Primò de Re- ula, eiuſque ſeruandâ puritate. Secundò de materiâ quâ- iam ſpirituali. Tertiò de ſacrâ ſcripturâ, & intellecti- us eius. Quartò de caſibus conſcientiæ, alijſque ad robitatem morum immediatè facientibus: penitus ad eum iodum, ac conſuetudinem, & æmulationem Sanctorum atrum & Monachorum in eremis Ægypti. Nemo aliquid, arebat in oculis ſuis, cum omnes vilipendio ſui conten- erent. Nemo ab actuali ſtipe colligendâ & mendicitate ibtrahi notabatur. Omnes viritim, in horti culturis, : ſeruitijs domeſticis, ſanctâ quadam parilitate famula- antur: nulla prorſus inter eos duplicitas: nulla ſqual- bat hyprocriſis, fundati enim erant aureâ in Deum : proximum charitate: inuicem honore præuenientes, : fraterno amore præoccupantes: inuicem inuitantes ı prouocationem Charitatis & bonorum operum, non eferentes collectionem ſuam, ſicut conſuetudinis eſt qui- uſdam (ait Paulus) ſed in afflictione conſolantes; po- ſſimè in infirmos, affectibus animiſque maternis toti uanti impendebantur: non erat ibi otium inter Euan- elicos negotiatores: neque nobile tempus, vel in minu- s ſuis deperibat: alijs quidem in oratione feruentibus, ijs vtilium ſanctarumque rerum ſtudijs, occupatis: lijs confeſſionibus, attendentibus. Alijs pro con- one dicentibus. Alijs labore manuum (ſecundum egulam) fideliter àc deuotè detentis: Omnibus autem ı vniuerſum, à populi tumultu in loca ſolitaria re- ollectis: nam prodire in vulgus (niſi ineuitabilis ne-

ceſſitas, aut proximi charitas impelleret) inter ſanctos illos nullatenus admittebatur; adeò ſanè, vt inter eos ibidèm, reperti fuerint, qui decem & pluribus annis, nec hominem de ſanguinis ſui parentelâ propinquum, neque proprios genitores ſuos viſitauerint: Eccleſiæ Conuentuum rariſſimè, Fratris (vt minimum vnius) deuotâ meditatione carebant, maximè verò ante & poſt matutinum officium. Cui omnes & ſinguli frequentiſſimè intereſſe gaudebant. Rigebant autem Parſimoniâ, & abſtinentiâ incredibili; offulas ex aquis, abſque oleo aſſumentes; Et fuêre Conuentus, vbi toto quindio (aliâs duodecim diebus) neque in culinâ, multo minus alibi, focus inſtrueretur; Quod ſi forinſecùs aduenirent allatæ portiones, & cibi communes, in culinam remittebant; ſicque illi mortificati, adhùc diebus Veneris (maxime qui ſunt quadrageſimæ) in pane & aquâ ieiunabant. Sufferebant perindè cum lætitiâ, & ſi facta collectura, & ſtipis mendicatione, quæcunque deficerent domeſticæ neceſſitati, deglubentes omnes eas incidentes ærumnas, in amore paupertatis, & vnione fraterna. Vndè ſæpè deſperato humano ſubſidio, Deus (cui derelictus eſt pauper) egentibus ijs, miraculoſè prouidit: Quemadmodum complura teſtimonij loca, Pater ille Torniellus, alijque poſt eum recenſuêre. Et comprimis aſſeruit idem, de loco ſolitario Glorioſæ Virginis Matris in Montebarro locato (ſupra diſtrictum Galblato) Diæceſeos Mediolanenſis, vbi aliquandò niuibus, ad proceritatem hominis vnius, condenſatis; Fratres anguſtiati, famelici, & omni ſubſidio prohibiti, manifeſta morte periclitari cepere; Quare prædictus Torniellus confidentior in Domino; euge inquit Fratres, modò, iam modò, experientiam fidei & fiduciæ noſtræ ſumit altiſſimus, accingamur velocitèr ad orationis ſubſidium, non e

abbre

ıbbreuiata manus, quæ volucres paſcit, & implet omnem
arnem, quin ſeruis ſuis inſperato ſubueniat, ierunt in
ediculam: orarunt. Pulſatum eſt continuò præ fori-
ıus, vbi Iuuenis caniſtrum panibus repletum, eſurien-
ibus diſpertijt, & ſine veſtigio diſparuit. His ſimilia
ıiracula (referente eodem patre) adeò prouenêre com-
ıuniter in alijs quoque Reformationis eiuſdem, locis,
t quaſi multitudine viluerint, neque notam aliquam
omputantis habere potuerint; aut certè ſcriptores copi-
ſæ numeroſitatis piguerit. Non abſimilia narrata ſunt
e fratre Auguſtino, de Agnodeſſo compellato; & alio
Patre fratre Benedicto Maſſeranno: & Fratre Egidio
Batallorâ, quæ, nè in opore ſuccincto, pro-
fuſiores ſimus (neceſſariò diuul-
ſi) reliquimus.

Hic Imago 25.

Vita Venerabilis Serui Dei Fratris Angeli de Paſio, Perpinianenſis, Ordinis Minorum Strictioris Obſeruantiæ.

De Natiuitate, educatione, & Chriſtianis moribus Fratris Angeli, & Religionis ingreſſu, inuito parente.

CAPVT XVII.

ANGELVS de Paſio, Paulo III. Pontifice, & Carolo V. Cæſare, Anno 1540. ex nobili proſapiâ natus, Ioanne de Paſio, matre Anna Picarda (nominatiſſimis illis apud citeriorem Hiſpaniam, Perpiniani Principatus, oppidi Cataloniæ, iiſque ambobus Burgenſibus, & Burgi S. Martialis legitimis Dominis) primitus in fonte Sacro, Ioannes Carolus appellatus eſt. Creuit in progenitorum nobili domo, miro timoris Domini & pietatis parentum exemplo. Et vix octennis euaſerat, cum iam, abſtinentijs & amore pauperum, vnctionem ſpiritus oſtenderet; adoleſcentior factus, nunquam ſtudia ſine præmiſſa oratione D. Thomæ Aquinatis (creator ineffabilis &c.) & miſſa quotidiana frequentaſſet; in Virginem Matrem, & Cuſtodem Angelũ, melliflua quadã teneritudine, propendebat; quibus præludijs ad domũ Seraphici Patris (etiã inſcius) parabat iter. Et tandem conſcientia, & Deo Teſte delegit eum Ordinem præ ceteris omnibus ſtatibus. Vndè cum eam vocationem diuinam audiſſet, non contradixit ſermonibus Sancti, id eſt vocantis, nec ſurdus auditor Verbi, ſed factor egregius effectus, non acquieuit carni & ſanguini, aliò trahenti, & retropellicienti, tametſi enim ab ipſo carnali parente, miris mellitiſque ambagibus, à iugo Chriſti detineri moleſtaretur,

dirupi



...nunt ...rnam, Tu dic. Vir, Angelus, hic est ?
...rat morbos; Jlle futura monet.
...h vnd gleich Engliſch ghört Zsamen:
... der Natur vnd nachm Nahmen.

(25)

Angelus iste, et Hic est: magis hic, qui propulit Iram.
Roma, his humeris, Hic Tibi, Veros Amatis.
Der aine warntt, der ander hayltt.
Sunſt wer' d' rutt vber Rom gefeltt.

lirupit tamen vincula eius, & patre inuito, atque inſalutato, ſeraphici Franciſci inſtitutũ aggreſſus, ad Perpinianenſem S. Franciſci conuentum (vbi Miniſtrum Prouincialem conuenit) admitti ſollicitauit: Dixerat illi Guardianus conuerſationis verbulo, vt in cœnobio perſiſteret, quod ille tanquã oraculum ſpiritus, accipiens, acquieuit ac remanſit. Pater verò, cui noua ſtatus electio in filio ſuo Carolo, maxima cum acerbitate ad aures deuenit; deuouere eum Diris, ac furijs, & fratres minores indignabunda quadam auerſione execrari præſumens, conabatur, & hos, & illum, à ſancto deterrere propoſito. Sed filius animo creſcens, flocci pendere minas hominis mortalis, animoſè perrexit. Et qui in ſæculo in delicijs, delicatulus ac tenellus erat; fortis ac robuſtus inter abſtinẽtiæ rigorẽ euaſit. Niſi cum paterna diſpoſitione Dei, ad probationem ſuam, accideret illi in nouitiatu iam propè finiendo, miſerabilis quædam corporis tabes, quâ nec in melius proficere, nec Ordini amplius reſpondere poſſe videbatur. Quo animaduerſo Magiſter inſtructor, eum ad ſingularem precem Deo fundendam, inſtituit, & ecce quaſi miraculum à Deo; precabatur ille, & ſanitas redibat; inſtitit precari, & cum orationis augmento, pergebat valetudinis incrementum; donec priſtino ſtatui omninò redintegraretur. Ideoque prouerbium ex ore illius, tanquã ex gratâ memoria accepti beneficij, audiebatur; Sancta (inquit) ſolitudine, vigiliâ, & oratione, omnes aliæ virtutes acquiruntur. Vbi ergò, cum omnium gaudio profeſſionem emiſiſſet, Superiores, qui eum tantis donis à Deo cumulatum agnoſcerent, ſubitò ad ordines ſacros gradatim, emiſſum; tandem in Concionum, tùm & lecturæ muneribus occuparunt: vt in Eccleſiaſtem primarium Italiæ, nec minoris æſtimationis Lectorem euaſerit.

De dignitatibus, & officijs Serui Dei, & quomod ad Recollectos tranſiens, Patri Amatori (aliàs Cæſari Bergamo) aſſociatus fuerit.

CAPVT XXVIII.

OMNIVM oculi coniecti erant, in Angelum illum, Iuuenem bonæ ſpei, iam ſtatim, ab Ordinis profeſſion tanta erat in eo, cũ grauitate modeſtia, tanta ſigna diuini timoris. Certè plurimis celebratis Capitulis, Prouinciales abſque eius præſentia, nulli negotio graui, colophonem, aut extremam manum appoſuiſſent. Ideoque in tertium Diffinitorem electus; poſtmodum in pluribus conuentibus Guardiani munere (potiſſimùm in Conuentu S. Franciſci Perpiniani) ſublimatus fuit: indè ad Recollectos Patre Dertoſæ ſociatus; Cuſtodiſque officio inſignitus, Pariſio ad Generale Capitulum abijt; indeque cum honore rede unti, Pontifex (attenta viri induſtria & pietate cum laude eruditionis) executionem illi Breuis Papalis in fauorem Recollectorum exarati, Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, concredidit: ipſoque Angelo procurante tres illæ Recollectiones, Dertoſæ, Aragoniæ, & Valentiæ vnitæ ſunt, & ipſe (ab vnitis patribus) Cuſtos earum meritiſſimè ſelectus enituit: quæ poſtmodum prouinciæ Taraconenſis nomen obtinuerunt. Tandem Patri Angelo, Zelotes alter, ad opus Reformationis adiectus eſt, nutu diuino, P. Cæſar Bergomenſis de quo infrà latius agetur.

Quan-

Quantas tribulationes paſſus ſit, vt defenderet Reformationem & quomodo Romam fugerit ad pedes Gregorij. XIII.

CAPVT XXIX.

EXPERIENTIA didicit, veritatem diuini Elogij, P. Angelus iſte, *quoniam omnes qui piè viuere volunt in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.* Accidit ergò vt Viſitatore quoim Commiſſario ad Recollectos illos veniente, Pontifiium Breue (quod fauebat ijſdem) non audita replica vlla, er inuocationem brachij ſæcularis Hiſpaniæ Regis, & oem Nuncij Apoſtolici euerteretur: quo caſu domibus exılſi Recollecti, alij ad Capucinos (inter quos Nicolaus Faor de quo infrà) ipſe verò Angelus Romam excurrit, Paımque eundem perſecutionis ſuæ certiorem reddens, Reocationem Nuncij prædicti, ſubrogato alio, gratanter obuit. Verum ſuperueniente Generali Ordinis Reuerenſſimo Gonzaga, & Famoſiſſimo Panegyrola, res in dubiū, ıò apud Pontificem (inſtantibus illis) in reuocationem ecretæ voluntatis Papalis emerſit. Proindè Angelicus vir te, deſolatione ſatis afflictus, Ianuam ad Conuentum B. ariæ de monte, dimittitur: vbi mirabili doctrina, & poulorum ad frugem Chriſti reſipiſcentiâ clarus, aliquandiu efloruit; Qui ſimul & Genuenſium fauore dilectiſſimus rat. Ipſi verò B. Angelo, Reuerendiſſimus Archiepiſcopus ınuæ, Dominus Angelus Iuſtinianus (Theologus magnus) ſtimonium publicè dabat, Concionatorem eum ſe experi non inferiorem Panegyrola: quoniam autem Patrem innocentem (quod ſpiritu præuouit) tribulationes, periula, & carceres Romæ manerent; cedens temporis iniuriæ, & ani-

& animis præoccupatis, in ſuam Cataloniam receſſit. Not bilis illa ſanè in Viro Dei diſpoſitio viſa eſt: vt quantò ill maioribus calumnijs pulſaretur, tantò viliorem ſe, pluribu que dignum improperijs ediceret; ſed è contra quoque a tioribus donorum præmijs à Deo colluſtraretur: Propher itaque ſpiritu eximio fulſit; Sanandi verò gratiâ latiſſim Cum lippos curaret, dentibus & capite laborantes refic ret; cancros vberum, aliaſque teterrimas affectiones abig ret, idque ſolo crucis ſigno, aut fortè ſudarij ſui contact Nouit & virtutem eius Siculum mare, cuius intempeſt motus frequentèr depoſuit. Et ipſæ Vrbes Panormi, Meſſanæ, mirabilia eius, communi, ciuium teſtimonio pr loquuntur.

Oſculatur pedes Sixti Quinti; à quo committit illi expoſitio quatuor Euangeliſtarum, de qua viſionem habuit.

CAPVT XXX.

QVo tempore autem Pientiſſimus Angelus Meſſan morabatur; Gregorius XIII. PP. Optimus, in diem ternitatis auectus, obijt Anno milleſimo quingent ſimo octuageſimo quinto, cuius in locum ſuffectum, Eccl ſia recepit, Sixtum, V. (olim Cardinalem Peretum) Montalto vocatum. Qui cum magna in Patrem Angelur deuotione ferretur, gratioſè eum citatum ad pedes Apoſt licos admiſit. Nobilitas autem Meſſanenſis cum vniue plebe, quantis non tergiuerſationibus egit? vt dilectum P trem diſceſſu redimeret? porrò mulieres (vbi neceſſitate patris abituri proſpicerent) monilibus auri & argenti, cu torquibus è collo deſumptis honoraria donariaque, Vi

(codr

codro) pauperiori, ſubminiſtrare, & clanculum viatici
ice ſubtrudere, (ſed fruſtra) conabantur; poſtea eiulatu
nagno ad nauem eum proſequendo, lugubres exſequias
ıſtituiſſe videbantur; ea tamen omnia nec oculo quidem
eflexo dignatus Pater Sicco veſtigio & oculis menteque
liorſum intentus, mare conſcendit. Vbi Romam ap-
ellens, in Conuentum Recollectorum S. Franciſci trans
yberim diuertiſſet; admiſſus ad pedum oſcula, Pontifici
ixto, Lucubrationes quas in Apoſtolicum Symbolum 14.
bris expedierat, obtendit. Vicarius autem Chriſti, Magi-
ro, ſacri Palatij negotio ad examen commiſſo, reuiſionem
xactiſſimam impoſuit. Qui ſtudioſa relectione & attentiſ-
ma oculari trutinâ procedens, opinionem, quam ex offi-
io coram DEO, dicturus acceſſit, aſſeuerauit Pontificici,
oſt D. Thomam ſanctumque Bonauenturam, non vidiſſe
ıateriã adeò inſignem, quæ typos & publicam lucem pro-
ıereatur. Et Eccleſiæ ſanctæ nil vtilius poſſe accidere, quã
idem Angelus ad lucubrandum quoque ſuper euangelijs,
ıandato ſedis Apoſtolicæ, accingeretur. Papa, cognito iſti⁹
rudenti Conſilio; Angelum coràm ſiſti demandat; compa-
entem blando ſermone ſalutans, volo inquit, vti calamum
ares, ad quatuor euangelia exponenda. Tametſi verò Pa-
er allegaret inſufficientiam, Pontifex tamen ſuam vrgebat
ententiã, vndê filius obedientiæ, ſummum caput Eccleſiæ,
baudiendo reueritus (maximè cum libros, & ſolitudinem
ptatam obtuliſſet Papa.) Tiburim, ad obſeruantiæ Fratres
bijt, vbi currentis anni ſpatio viginti octo libros in Mathæ-
ım expedijt, & tractatũ de cognoſcẽdo & amãdo Deum. At
priuſqua opus arduum (quot hoſtis diabol⁹ illi quotidiê no-
uo pondere, & ambiguitate ingrauabat) aggrederetur, cũ a-
liàs ſine conſilio ſuperno nihil admitteret, in hoc multo fer-
uentius ad Deum, ſanctamque Matrem virginem, per ſacras

ædes hinc indè ſupplex egit, vt de beneplacito Dei ſui certi
or fieret: dùm ergò aliquandò plenus ignitis aſpirijs apu
ædam Mariæ maioris, orationi inſiſteret, apparuit ei Deipa
ra, cum Ioanne Euangeliſta, eum in propoſito toborante
ne dubitaret, puod à ſede Apoſtolica mandatũ eſſet in terri
iam placitum eſſe, & gratũ, ac ratum in cœlis: itaque firmu
cœleſti oraculo, perrexit, cæpit opus & cum laude peregi
Anno completo, ab eodem Papa, è Tybure reſumptus; i
Conuentum montis Aurei locatus eſt, vtque liber ab omn
vexa, Deo & ſedi Apoſtolicæ vacaret, exemit eum per Bre
ue ſingulare à iuriſdictione obſeruantiæ Prælatorũ; qui per
gens in opere, non paucis miraculis, aliquos ſocios emeruit
eum verò præcipuè, qui ſcribendæ illius vitæ, poſtmodum
Author erat, (vt magnes ferrum) conuerſum attraxit. Lin
guâ donauerat eum Deus erudita, & nouem (vt aiunt) gra
tijs decora, qua quiquid labijs ſonabat, mouebat audientes
prout experimento notatum eſt apud ſanctimoniales quaſ
dam Ordinis Dominici, ad quarum crates, oratus, pro be
nedictione, ab ipſis monialibus. *Benedic* inquit, *Domine hæ
reditati tuæ*, quæ verba tàm ampla ſuauitate, gloſſando
colorabat, vt velatæ mulieres, cum ſuis confeſſarijs, in ex
taſin rapi præ ſolatio putarentur.

Ceterùm amictus B. Viri, erat habitus ſolus, ſine diſcri
mine temporum, iſque non immodicè conſutus & refectu
pallium decenter longum vt nec thalari, nec muliebri pal
liolo aſſimilaretur: victus, erat vna ſimplex de die refectio
reiecto carnium eſu; & ouorum, niſi forte hæc oua, laſſitud
viarum ſumere compelleret: lectus erat horrida ſtorea;
vel nuda humus: ceruical librorum codex: ſomnus
trium horarum: vt ſtupendũ ſit, eam doctrinam
in viro floruiſſe, quæ ab adamantino pecto-
re vix conquiri valuiſſet.

D

De ordine, quem in ſtudendo, & componendo ſuos libros tenebat, cum catalogo librorum eius,

CAPVT XXXI.

ITTERARVM ſtudijs (cum Thoma Aquinate) longiorem orionem præmiſit continuò, ſæpè etiam moroſam meditationem, qua materiam ſcribendam animo prius minabat; tàm fælici quoque vena & ſtylo conceptum ofundebat, vt angelorum miniſterio hauſiſſe complura timari poſſit, cum in tantis operibus, quæ mox computam⁹, vix mendum vllum vel diſtricti erroris virgula comriatur, adeò limata erat ſententia quæ fluebat in calamũ, censura, aut cælatura, longè minus cancellaturâ limari n deberet.

Catalogus librorum ab hoc ſeruo DEI compoſitorum

Enchiridion diuinæ, Scholaſticæq; Theologiæ in duas partes (diſbutum) ſpeculatiuam & practicam, iſq; Ianuæ prælo mandatus , ſed multis typographi erroribus reſperſus.

Expoſitio huius Enchiridij, in ſex libros diuiſa eius propria manu ipta, amiſſa eſt; ſed in præſentiarum inuenitur, per manus diſcipurum eius ſcripta.

xpoſitio Symboli Apoſtolici 14. libris: nouem ex his vno Tomo impreſſi ſunt.

xpoſitio in ſanctum Matthæum 28. libris.

xpoſitio in ſanctum Lucam 25. libris

xpoſitio in tria priora capita ſancti Ioannis, tribus libris comprehenſa.

De Reformatione, liber vnus.
De Fabrica mundi, libri duo,
De confidentia hominis erga Deum, lib. 3.
De diuino amore captando, lib. vnus.
De Auctoritate protectoris, liber vnus.
Prædicti omnes latinè conſcripti ſunt, ſequentes Italicè vel Hiſpanice.
Expoſitio in regulam tertij ordinis S. Franciſci (in Hiſpania eſt im-preſſa).
Tractatus præparationis ad ſanctiſſimum Sacramentum Altaris.
Tractatus de oratione iaculatoria.
Tractatus cognoſcendi & amandi Deum.
Tractatus de fundamentis ſpiritualibus.
Tractatus de profectu, & ſplendore hominis ſpiritualis.
Monita bene viuendi, temporaliter & ſpiritualiter lib. 2.
Opuſcula amoris reciproci, quo maritus vxorē, & vxor maritum, Pate[r] ac Mater filios, & quo fratres, ſorores & frates, mutuò proſequi deben[t].
Tractat⁹ de amore, quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus propter hominem adpatiendum venit.
Complures alij nauigando ex Hiſpania, in mari amiſſi ſunt, ſimul cu[m] prædicta expoſitione Enchiridij.

Typis hæc opera Patris Angeli mandanda erant, ſicu[t] Sixtus V. Anno 4. ſui Pontificatus ordinarat, vt aggrederen[tur] tur opus Typographi, ſed ob pigritiā eorum, quib⁹ hæc pro[-]uincia comiſſa fuit, ac operā etiam quorundam huius bo[ni] patris inuidorum remorata eſt impreſſura. Interim ob[-]eunte Pontifice opera tàm inſignia & fidelibus vtilia in luc[em] prodire negata ſunt. Nunc originalia manu propria autho[-]ris ſcripta, Romæ in D. Petro mōtis aurei, pro maiori part[e] reperiuntur. Cum aliquando huic Dei ſeruo Frater Bonifa[-]cius circa impreſſionem ſuorum librorum diceret, difficu[l-]ter inuenietur, qui tantas expenſas impendere velit, ip[ſe] contra. *Non dubites*, inquit, *quia ſupreueniet quodam tempore tà[m]*

copi[...]

opioſus imber, qui cum celeritate eos omnes ſimul imprimi coget; Ite-
um de eodem agenti reſpondit Pater ſimiliter, eos donec
nundans irruat pluuia, non eſſe imprimendos. Sodali autē
pſius replicanti, vt per charitatem manifeſtaret, quænam,
rel qualis, futura eſſet hæc pluuia apta, & efficax ad libros
mprimendos? *Reſpondit vir Dei, tu ſæpè à me, de libris noſtris im-
rimendis ſciſcitatus es, ego autem ſemper reſpondi de pluuia quadam,
& hæc non erit vna, ſed plures. Prima erit aquæ, adeò inundans, quan-
a nunquam noſtris temporibus fuerit, quæ in totam Romam maximo
lāno exundabit; ſecunda conſequetur, nec erit aquarū, ſed gentium cu-
uſlibet ſtatus & conditionis, hæcq́, adeò vehemens irruet, vt quoſcunq́,
erterrefactura ſit qui tot vota emittent, & proinde pecuniarum abun-
labit quantitas, vt per ipſam, omnes noſtri libri typis dandi ſint. Rur-
ſumq́, interroganti ſocio, quando hæ pluuiæ aduenient? ſubdidit ipſe;
empus præciſum, ſciri non poteſt, ſed tu eas cominus eq́, propinquo pro-
ſpicies, ego eminus & à remotis. Quod igitur audiſti intra te conſerua-
bis, donec veniat hora.* Et fortaſſe iam modò tempore noſtro,
liberalitas illa præuiſa, redundat, cum audiamus, ampliſſi-
mum ſimul & pientiſſimum S. R. E. Cardinalem, libris Bea-
ti Patris Angeli cudendis, tria aureorum millia, certo loco
depoſuiſſe: quæ res B. Angeli vaticinium probans ad illu-
ſtre quoque encomium, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, pa-
riter ac fidelium, inſigne proficit emolumentum.

Quàm à Viro Dei ſolitudo, & ſilentium amaretur.

CAPVT XXXII.

QVAM dulce ſilentium, quàm amica ſolitudo fuit, huic timenti Deum? nō vim ignorabat ſedentis in ſecreto ſub vmbra illiꝰ quem deſiderauerat; ſedebit (inquit ſpiritus) ſolitarius, & tacebit, quoniam leuauit ſe ſuper ſe: mouerat ergo præcordia illius ſolitudo, vndè facilè ad Inſtitutum Carthuſienſe tranſiſſet, niſi miracula quæ per manus illius, in ſalutem proximorum Deus adoperabatur, cōtinuiſſent eum in veteri vocatione; quamuis enim humillimè ſentiens de ſeſe, per mirabilia iſta, nihil præſumptionis ſui acquireret, tamen ei dictabat conſcientia, non poſſe digitum Dei ſigillum appoſuiſſe prodigiorum, niſi ſolidum vocationis obtinuiſſet fundamentum. Stetit ergò in Teſtamento ſuo, in ſpem contra ſpem confiſus, pugnanſq; cum beneplaciti ſui (quod pelliciebat in eremum) propenſione, ne fortè complacentiæ proprietate, abſq́ue diuino iudicio, errorum pedicis intricaretur. Intereà parciſſimæ linguæ fuit, vt etiam ſanitates adoperans, ſigno crucis, non voce, loqueretur: nullibi per clauſtra ad ſtationes garritionum ſiſtere vnquam viſus eſt, nullibi cōferre ſermones. Imo cum à magnatibus ſupra dimidiatā horam detineretur, cauſabatur hoc artificio Dæmonis accidiſſe, vnde mandabat ſocio, vt eum à tali moroſo colloquio, ad maiorem Dominū præſtolantem in choro (ipſe Chriſtum intelligebat) euocaret.

De

De modo & tempore orationum eius: & diuini officij dicendi ratione, ac peculiari in Synaxin deuotione.

CAPVT XXXIII.

SOCIATVS aliquandò ampliſſimo S. R. E. Cardinali Sfondratæ tituli S. Cæciliæ, in Tuſculanum eunti, in itinere B. Pater diuina voce compellatur, vt Romam redeat; ibique apud Vicarium Chriſti, ſub vmbra ſedis Apoſtolicæ fideliter deſeruiat, & pro communi plebe ſollicita ad Deum prece, & indefeſſus inuigilet, vt pænā ſceleribus comminatam, & flagella iam parata auertere mereatur. Quod oraculum Angelico miniſterio factum, ſatis intelligens, Romam ſe recepit: Vbi miris meditationum & orationum inſtantijs, plagas Italiæ, ſatis euidenter impedijt.

Mentalis eius oratio, erat vnius horæ poſt preces matutinas, & vnius horæ poſt celebrationem miſſæ, quamuis interdiu rurſum alias horas contemplando conſumeret. Iaculatorijs oratiunculis frequentiſſimè aſpirabat; maximè ad meridiem (quā aiebat horam nonam eſſe ſaltem inchoatiuè) qua ſaluator mundi exſpiraſſet: ibi igitur ingeminabat aſpiria, ſuſpiria, & gemitus ſuos in memoriam dilecti animā agentis & exſpirantis. Ad nocturnas chori preces ipſe prior omnium aduolando, egregia præparatione, Domini ſui laudes præoccupabat: & abſoluto horarum, penſo, ſingulis noctibus humili confeſſione ſacramentali, defectus vel minimos extergebat, mox inde ad flagella feſtinans aſperrimè vapulabat.

Ad Sacrificium eius, quotidiana præparatio vniu horæ fuit, media quidem in acceſſu, & rurſum media ir receſſu.

Obijcienti verò cuidam, quod in miſſa moroſior eſſe reſpondit illi. *Diuturnam miſſam opinantur, qui nec meminerun quidem horrendæ ſtationis Domini IESV in cruece (cuius quidem miſſ typum repræſentat) Et quantis horis, nempè tribus, cruentũ ſacrificiu compleuerit ille, vt nos in cruento iſto in ſubſidium relicto, ſancta mo ra potiremur.* Alij verò, improperanti *quod contra Eccleſiæ rubri cas ſacrificium miſſæ perageret, replicuit ille, quod eccleſia ſancta, lon giorem miſſæ tractũ potiſſimum quo ad memoriam (memento vocant præuiam ante, & poſt Canonem, nõ poſuerit; ne fortè potior ſacerdotum pars à ſacrificio abſtineret, vel ſanè quæſitis ſub colore & prætextu quo dam, ſcrupulis anxiaretur, & miniſtri cum audientibus ſacrum (pr more ſeculi currentis) tædio afficerentur. Præceptum autem (inquit ille Eccleſia non poſuit: & quidem ſacrificium noſtrum, cui ego moroſior in ſto, non eſt ſolum & vnum, ſed iuxta illud, plurium aliorum expediun tur ſacra, vt cui meum prolixius non arrideat, cæterorum queat veloci tate penſari, iiſq; intereſſe poſſint, qui meum faſtidierint.* Hæc ille.

Itaque ſancti Viri oblatio ſacra, tribus horis compre hendebatur. Nam præparatio horam vnam, alteram decu ſus miſſæ. Tertiam gratiarũ actio conſumebat, quod ſi co ram frequenti multitudine faciendũ eſſet, dimidiabat tem poris prædicti moram, cum ſancta diſcretione.

De miraculis, & obitu eius.

CAPVT. XXXIV.

CETERVM magni huius Viri miracula innumera ſun & vix eſt in alijs ſanctis aliquod opus mirabile, cui no aliquod ſimile patrarit Præcipuè verò (quod rari ſimè in ſanctis vllis meminimus) in ametiæ morb

cura

urandis dexteram cæleſtis auxilij demonſtrauit: Nec im-
norandum eſt longæ probationi mirabilium eius, cum
oc tantæque ſanitatum tabellæ, ſigna & teſtimonia, ad
epulchrum eius Romæ dependeant. Obierat ille multi-
lici vaticinio mortis ſuæ, & Sacramentis Eccleſiæ ex vo-
o communitus, Anno milleſimo quingenteſimo nonage-
imo ſexto, apud Patres quidem Obſeruantes, ſed animo &
ita Strictior Recollectus eiuſdem Ordinis. paſſionis Do-
nini tantus amicus erat, vt ſignacula vulnerum (in oc-
ulto licet) geſtare meruerit, quæ rariori, ſed fideli te-
timonio probata ſunt. Cor illius apud Sanctũ Franciſcum
rans Tyberim ſuprapoſita pereleganti imagine, conditum
ſt, & ad eam verſus, qui ſequuntur.

AD CAPVT, ERAT HOC CARMEN.

SIc orans Domino, placuit, ſic ſæcula iuuit.
Et ad pedes hæc duo carmina ſubiecta ſunt.
Conditur hac ingens meritis, Pater Angelus vrnâ.
Hiſpanus Patria, Religione Minor.

OBIIT REVERENDVS PATER FRATER
Angelus de Paſio Perpinianenſis, Anno
Domini M. D. XCVI. Die 23.
Auguſti.

Teſtimonia Publica Virorum in Eccleſia Dei Illuſtrium.

De Excellentia Patris Angeli Conteſtantium.

CAPVT XXXV.

REFERT MARCVS Veſtrius Barbianus, qui permaxima vulgò pollet nominis authoritate, nec minus apud Sedem Apoſtolicam, præeminentium ſeruitiorum ſpectabili floruit fauore, propria quidem manu exaratis literis, Quarto Iunij, Anno Milleſimo ſexcenteſimo ſecundo (quas hic conſerere longum foret.) Pontificem non rarò ad auditam narrationem Vitæ ac conuerſationis B. Angeli de Paſio, vberrimè ploraſſe, & multis gemitibus ſanctimoniam eius extuliſſe, congratulando & ſibi & ſacro Ouili ſuo, de tanti viri præſentiâ & fælici tempore comparitionis eius. Certè & ipſe Reuerentiſſimus Pater Frater Franciſcus Gonzaga (olim Generalis noſtri Ordinis Miniſter & gratia Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Epiſcopus Mantuanus) de Patre Angelo ſequens vulgauit, teſtimonium.

Nos Frater Franciſcus: His noſtris præſentibus, dicimus, & indubitatam fidem quibuſcumque facimus, qualiter nos, cognitam, multo tempore, & intellectam vitam, & mores, multum Reuerendi Patris Fratris Angeli Del.Paſ. Seraphici ordinis Patris noſtri Sancti Franciſci de Obſeruantia habuerimus, & quidem ab Anno 1563 *Cum enim ego eſſem Nouitius in Conuentu S. Mariæ de Ieſu Alcalæ in Hiſpania; dictus Pater eò miſſus à ſuâ Cataloniæ Prouincia, ad ſtudia Theologica, venit cum alio Patre vocato Patre Fratre Michaele Tauernerio, ſimiliter Catalano, quem poſtea in meum ſocium, & Secretarium ordinis pro familia vltramontanâ aſſumpſi, quando in*

Conuen-

nuentu Pariſienſi Generalis Religionis electus fui : ex eo autem od ipſe vidi, & audiui aliquot annis, in ſupradicto Conuentu de 'cala, ex his quæ à dicto Patre Fratre Michaele, & ab alijs eiuſ-m & aliarum Prouinciarum poſteà intellexi, & propter cognitio-m quam in diuerſis occaſionibus, ſpatio viginti ſeptem annorum ibui, quibus frater in meâ religione verſatus fuit (ex quorum umero, octo annis Generalis fui); aſſero & indubitatam fidem, cio, à me ſemper, & à cunctis, dictum Patrem fratrem Angelum del is, fuiſſe cognitum & habitum pro religioſo multæ ſanctitatis vir-tis, & litterarum, vitæ ſpirituali deditum, multæ orationis & ntemplationis, multæ pænitentiæ corporalis : quia poſtquam finito udio ad ſuam Prouinciam cum Recollectis ſe recepit, diſcalceatus nni tempore, & cunctis anni partibus inceſſit, curſum artium & heologiam prælegit : ſcripſit atque edidit aliquot libros ex quibus us Spiritus, nec non & ſolidæ doctrinæ perſpicuè cognoſcitur. cq; vitam ſuam conformiter ad reliquam nomine & fama magnæ inctitatis, & miraculorum in vita, & poſt mortem editorum rminauit. In quorum fidem &c. Datum Romæ, vltimo Augu-: Milleſimo ſexcenteſimo quinto.

F. Franciſcus GonZaga
Epiſcopus Mantuæ.

G. Cæſar Perinetius.
Secretarius.

De Beati Angeli compoſitione ad mortem, & Spiritu Prophetico illius.

CAPVT XXXVI.

PRophetico Spiritu furura varia prædixit, & reſpon
ſum mortis Beatus ille cum accepiſſet à Deo, caſu pe
gens in hortulum, aliquot maturas ficus decerpens, m
ſit, ad Guardianum, per ſocium ſuum, qui diceret (erat au
tem in ſolennijs D. Bonauenturæ cui⁹ nomen gerebat Guar
dianus) à *Ficu diſce parabolam Pater mi,* (inquit) *Ficus mortem in
tulit nobis, & eadem quoque vitam: vnde & mihi, breui non parcetur*
petita eſt ab eo ænigmatis reſolutio. Reſpondit, *ficus iſtæ fa
ciunt amaricari ventrem meum, ſed poſtea redditio iucunditatis, &
ſuauitatis, quam nemo cognouit niſi qui accipit,* adhuc inſtantibu
illis vt explicaret ſe, replicauit, *breui noſcetis tempora & momen
ta, ſed non modò;* Elapſis ergò duobus menſibus, circa feſtum
Aſſumptæ Virginis matris, ficus protulit groſſos ſuos, ipſe
queper amaram mortèm tranſijt in dulcedinem Paradyſ
dum autem animam ageret in feruidiſſima febri, & calori
intenſiſſimo feruore, arrepta cruce, oculiſque in cælum ela
tis, quantum vitalis ſpiritus in os colligere potuit, erupit i
hæc verba, *Eia,* inquit, *Domine, non ſicut ego. Da mihi Virtutem
Paratus ſum: Adiuua me: Memento congregationis tuæ Credo. Spero
Ieſu: Maria.* Talibuſque aſpirijs ſincopatis ob difficultatem
anhelitus, exſpirauit, morte Iuſtorum indubiè, quippe qu
manſuetiſſimum agnum toto ſuo decubitu, obediendo, &
patiendo per omnia demonſtraſſet, ad cuius obitum tota
Nobilitas Romana cum principibus commota fuit, ſed &
populus ad feretrum conuolauit viſendum, ac principe
matronæ proprijs impendijs tombam ei apparantes, maxi
mo eum honore coluerunt. Mortuo quoque Beato, marmo
reum ſepulchrum inuentum eſt, quo benedictum corpus

recon

econderetur, & ad Sanctum Petrum aſcendit Cardinalis Matthæius, Ordinis Protector, locumq́; ſtatuit quo idem de-oſitum collocaretur, nimirum ad dexterum maioris Al-aris cornu, & locum Euangelij. Die ergo Sabathi, accom-nodato, vbi præfixum erat, marmoreo ſepulchro, exen-eratum fuit venerabile corpus in arcâ, & quia eadem no-te non potuit totum adaptari, à feriâ VI. vſque in diem lunæ quæ fuit ſecunda Septembris) non humatum iacuit, ac de-num exempto corde, quod Reformatis Sancti Franciſci trãs Tijberim ceſſit (vt diximus) in loculo memorato aliquan-ulum à terra eleuato, conditum eſt; ac ſuper illud effigies Beati Patris, ad viuum, eo quo ſępiùs verſabatur orandi mo-o, & ſitu, delineata fuit. De mirabilibus eius ſcribere, tan-undèm fermè laboris eſſet, quantum fuit Beato iſti ſudoris, pera illa immenſa (quæ ſupra numerauimus) lucubrare, deoque ea tranſimus, ſatis firmati famâ communi (quæ im probationis obtinuit) & aliorum vulgatis Hiſtorijs, no-triſque ſupra poſitis ſanctimoniæ exemplis, quæ præſum-tionem Iuris, & de Iure, integerrimæ vitæ, cuilibet ſenſa-o præbebunt.

CARMEN OLIM B. ANGELI TOMBÆ APPOSITVM.

ANgele flos hominum, telluris ſydus Iberæ.
Et Franciſcanæ gloria magna domus.
Incola nunc cæli es, quò te pius euocat ardor:
Sectaris vitæ dum melioris iter.
O Chriſti meditate crucem; duroſq́; labores!
Inq́; illis ſemper mens tùa fixa fuit.
Indè tibi ſacræ doctrinæ, haurire liquores,

Mos erat, hic totus, dum pietate mades
Quæ ſtupet hæc ætas, ſeri ſtupeantq́; nepotes.
Ætherei ſcribis flaminis auctus ope.
Inde petis radios, quorum fulgore micanti,
Mens tua ſplendeſcens, quæq́; futura videt.
Indè tibi licuit ſæuos depellere morbos.
Quos contra medica non valuere manus.
Ad tua traxiſti totam Miracula Romam,
Quæ nunc vota tibi ſupplice mente facit.
Dexter ades, faueaſq́; lubens, te, Patris amorem
Æterni, nobis conciliare, decet.

Ad Sepulchrum S. Angeli, maiuſculis ſequentia exaracta leguntur.

VENERABILIS Pater Frater Angelus de Pas ordinis Minorum Strictioris Obſeruantiæ Reformatorum, cuius, vitæ, ſanctitatis, doctrinæ claritas, Propheticæ ſpiritus, & Miraculorum Gloria, Quatuor Summis Pontificibus, Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV. Clementi VIII. ac vniuerſæ demum Vrbi admirationi fuit, cor hic in Eccleſia Sancti Franciſci trans Tyberim iuſſu Sanctiſſimi D. N. Gregorij XV. Seruatur, eius olim amoris in Deum, Dei nunc in nos beneficentiæ Inſtrumentum; vt ex miraculis plurimis Romæ probauit, &c.

Vita

Vita Raptorum & Ectaticorum Principis, mira- bilis Beati Patris Fratris Petri Nicolai Factoris. Qui fuit ex Obſeruantia Recollectus, & Re- collectionis in aliquibus Conuentibus Fūdator, & Promotor in Pro- uincia Valentia.

CAPVT XXXVII.

BEATVS PETRVS NICOLAVS, ex Vincentio factore, Italo Siciliæ regni, quæ eſt Italiæ vel pars, vel Inſula, & ex Vrſula ſtagna, Hiſpana Albaidæ oppidi regni Valen- e, natus Anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſi- o, feſto Sancti Petri Apoſtoli, in Eccleſiâ S. Stephani in- dem fonte, quo glorioſus Sanctus Vincentius Fererius (or- nis Prædicatorum Clariſſimum lumen, & Cæleſte orna- entum) renatus eſt, ei baptiſmo nomen impoſuerunt, Pe- us Nicolaus.

De Tenella ætate mirabilis Factoris, de ſtudijs: honoribus, & Religionis Ingreſſu.

CAPVT XXXVIII.

VIx Quatuor annorum puellus, triduo in hebdomade ieiunabat, Secundâ, quartâ feriâ, & Sabatho, & æger- rime à parentibus ad ſumendos cibos perſuaderi po- it, ſed imo interdum ad eos varijs artibus cogi debuit; od præludium ſanctimoniæ, illi per omnem modum ve- rantes, non ſicut alij parentes impedire; ſed pietatis varijs illece-

illecebris & exercitijs fouere augereque conati ſunt, adiecti
animis paulatim ad triuialia literatorum ſtudia, ad tantar
humilitatem aſſuefecêre tenellum iſtum Nicolaum, vt in
publicis Gymnaſijs iniuriam paſſus, percuſſus, & à riualib
impetitus, ipſe ſubito, in genua ſe colligens, veniam ab ini
riante petierit, Ludimagiſtris obſtupeſcentibus, quod Chr
ſti mores adeò puſillus imbibiſſet, qui inter læuam & dexte
ram nondum ægrè diſcerneret. Et quemadmodum illa pr
ma omnium miſericordia (quæ eſt ignoſcere nocenti) cur
illo ſuccreuit, ſic & alma deuotio, qua & arulas minutas er
gebat, & crucifixo, itemque B. Virginis effigie adornabat
coram quibus dulciſſimo geſtu, & prono corpuſculo orans
ſæpius à parentibus, puer obſeruatus eſt.

Cum ad maiuſculam ætatem euaſit, ſtudijs literarij
applicatus, ſollicitudine matris, ientaculis ſuis & eſculent
cautè præmuniebatur, ſed ille, quæ dabātur, in peram coll
gens, per vicos & plateas, pauperibus erogabat.

Anno ætatis decimo, tam immenſa commiſeratione
in leproſos ferebatur, vt obuiàm factis ad genua procideri
pedes manuſque, & vlcera oſculari publicè non abhorru
rit, quæ quidem indicia, iam parabant viam Domino, co
ducendi eum in deſertum Franciſcanæ Religionis. Proinc
decimi quinti anni plenitudinem nactus, apud familiam
Minoriticam precibus impigrè pulſans, non ob ætatis, ſe
manifeſtæ virtutis reuerentiam admiſſus eſt. Qui mi
quotidiè rigoris augmento procedens, breui, omnium P
trum Exemplar effulſit; Dumque à concionum onere (q
bus à Nouitiatu ſubitò aſtringebatur.) vacare conting
ret, tota fere dies, vna illi erat meditatio, & oratio. Vt ta
dem in Capitulo Prouinciali Valentiæ Anno 1555. peract
communi conſenſu, & ipſo Generali Citramontano Con
miſſario P. Franciſco Guſmaño, ipſoque electo Prouinci
(Franciſco Gabagnes) ad Guardianatus officium Conuent
Recoll

Recollecti (vocato vallis de IESV, tribus à Valentiâ millia-
ibus diſſiti) meritiſſimus putatus, eligeretur, non obſtan-
e toties iterata excuſationis humilitate. In officijs diuinis,
merus Angelus erat, vt qui viderent orantem, compunge-
entur; fluebant enim imbres lachrimarum ab innocenti-
us oculis, ſingultus gemituum in diſtantia percipieban-
ur, totum corpus deuotionis teneritudine liqueſcere vi-
ebatur. Quarum pietatum memoriæ, apud Conuentum
. MARIÆ de Pino, propè Oliſcam (vbi Philoſophicis ac
heologicis ſtudijs, incubuerat, & Sacerdotio inauguratus
rat) etiamnùm reperientur.

Probatur eius pudicitia à Domino.

CAPVT XXXIX.

AD Laudem eius æternam hoc ſileri non poteſt: & in poſtero contextu, ſatis clareſcet; vix in vniuerſa Franciſcani Ordinis amplitudine, comperiri Beatum, qui ot extaſibus, raptibus, mentis in DEVM abſorptionibus vi-uerit: Moris illi erat iniuncta quadam obedientia etiam onoraria & plauſibili, abripere ſe in ſecretum cubilis ſui, biqúe negotium dilecto IESV exponere, aliquoties iacu-itis verbis illis in cœlum. *Paratum cor meum, Deus, Paratum r meum*, vt clamantis ſonitus per cœnobium audiretur, accurrentibus Prælatis cum fratribus, ipſe totus à ſe ab-lienatus, in ſpiritu ſtabat, abſque motu, & vlla ſenſa-one. Quæ res, adaugens ſuperiorum conceptam bonam pinionem, cauſa fuit, cur pluribus honorum munijs ma-imè Guardianatus officijs hinc indè, ſufficeretur. Ne verò

extolleretur ex dono gratiæ, ſuſcitauit illi Dominus egregium Angelum Satanæ, collaphizantem, in Conuentu ſancti Franciſci Cheluæ, vbi Guardianus honoratus erat. Acceſſit enim mulier quædam, ad penuriam extremam redacta, adducens nubilem filiam ſpecie nimis elegantem, pulſatiſque cœnobij foribus, exciuit Guardianum; interim multis eiulatibus miſeriæ ſuæ vicem deplorans. Pater Nicolaus, vt erat Vir oliuæ, & viſceroſæ miſericordiæ, ad lamentum volans accurrit. Subitoque mater lachrimabunda, *Pater mi* (inquit) *compatere neceſſitati noſtræ, ſi quid potes, perimus inedia, non eſt alimentum domi, nec eſt ſubſidium foris, me infelicem, & ô malam ſortem, & ſanè intolerabilem patientiam! non feram vlterius, ſuccurre Pater morientibus, & accipe viuam filiam meam illáque abutere; melius eſt viuere ad pœnitentiam, quàm cum deſperatione mori. Tantum auffer opprobrium noſtrum.* Vir Dei, quaſi infernalibus ſpiculis concuſſus, modeſto vultu in terram coniecto, (neutrâ quidem viſâ) proripuit ſe in Eccleſiam ante venerabile Sacramentum, ignitam petulantiam Satanæ proponens Deo ſuo, & ignem inferni, lachrimoſis vndis extinguens, ſurgenſque ab oratione, per veteranum Religioſum mulieri magnitudinẽ ſceleris aperuit, & repromittens ſuccurſum fidelibus à ſe eleemoſynis exorandis, matrem cum filiâ in pudicitiâ tenuit. Cuius ſanctiſſimi operis, & mulierculæ ipſæ, & vicini, calidis ſæpè lachrimis meminêre, illæque conatus iniquos pœnitudine multa deplanxerunt.

De

De Conuerſationis eius auſteritate & Pœnitentiâ.

CAPVT XL.

NVNQVAM ad cæleſte pabulum accedere Factor præſumpſiſſet, niſi prius acerrima flagellatione, paſſionem Domini prægustaſſet. Tametſi quoque multitu-ne officiorum, & concionum frequentiâ laſſaretur, nulla-nus tamen à Chori laudibus, & vſu, abeſſe conſuerat: Cui ctum aſſeres præbuêre, ceruical verò, aut lapis, aut trun-is non dolatus. Refectio ſolita, erat panis & aqua. Inceſ-is, lacero amictu, & pedibus nudis continuò rigebat. Sed uis humilitatem in tanto viro non miretur? Cum enim Cu-os eſſet, aliquandò in Conuentum fratribus prandentibus, ıdatus cincturâ tenus à capite, proceſſit, & manu læua cru-fixum tenens, loris acutis dorſum proſcidit, genuflexuſq; eniam orabat commiſſorum in fratres; inſtando, vt illi pro elictis ſuis precem ad Deum interponerent, quibus perac-s, genibus irrepſit. (eadem forma) ad pedes ſingulorum, uibus, amantiſſimis oſculis infixis, tenerrimè illacrimat⁹, mnes quoque fratres ad complorandum induxit, vt præ ngultuum fletuumque continuo impetu, refectione cor-oris abſtinendum fuerit. Is deindè in virtute paſſionis ad-ıonitus, vt habitum reſumeret, & fratres denuò in com-ıuni ſolaretur. Obediuit inferioribus, & Angelico vultu d refectorium veniens, aquâ & pane refectus, portionem ıam mendicis ad portam aſſignauit.

Jdem per tres horas (in rigidum frigidumque ſtagnum ıgreſſus) immobili patientia ſtetit ibidem, tantoque Dei ıi amore, & ignito affectu, vt aqua ſtagni non fumigare olùm, ſed ebullire videretur.

Cum Magiſter Nouitiorum, in Conuentu S. Franciſci

Valentiæ deligeretur, tanta modeſtia prælucebat ijs, vt no
ſcurrilitatem modò, ſed ne riſum quidem admitteret: Quo
quàm placeret diuinæ maieſtati, indiſputabili probauit i
dicio, orabat enim ille aliquando genibus nudis in terra,
riſu in fletum mutato, Iuniores ſui pænitentiæ luctum a
ſumerent, dum autem quidam corrugatis naribus & fro
te dedignarentur, ecce Virum in extaſim rapi, in eâque co
ſiſtere tribus horis, & verba interim proferre quæ con
paſſionem cęteris & timentibus, & pœnitentibus inger
bant.

Sæpe Nouitijs imperabat, vt quantiſcunque cont
melijs ſe, tanquam Magiſtrum, laceſſerent. Quibus læto g
ſtu auditis, mandabat inſuper vt pedibus acriter os ſuum
contunderēt, & reſupinatus in terram cum inſultus excepi
ſet, iubilans hilari ſpiritu, ſed nondum ſaturatus; præcipi
bat in virtute ſanctæ obedientiæ, vti ſedecim Iuuenes (qu
erudiebat) arreptis flagellis eum diſtringerent, & (ne ad
bitum ſuæ modeſtiæ diſcipuli ſuos ictus menſurrarent) d
bat ipſe menſuram, & modum, & numerum verberandi,
cundum geſta, & vitam Chriſti, & Mariæ V. & copiam p
ſionis, ac lachrimas amborum, quibus flagellis crudelite
tergo receptis, non ſolum non deliquiabatur, ſed in exta
raptus, ſtabat hoc modo, per medios dies; finito raptu læt
ſimè ad officia ſua, quaſi è roſeto veniſſet, expediebatu
Tanta dulcedine ad Iniurias illatas afficiebatur, ob ſimilit
dinem patientis Domini, vt neſciret quænam gratiora n
mina comperiret, pro gratiarum actione, in eos, qui ſe cal
niabantur, ideoque verſo ad Deum ſermone, illos Angel
ſuos, & filiolos delicatos Chriſti vocitans, nonnunquam i
ter manus eorum longiori extaſi obriguit. Interdum o
nium ſputis faciem ſuam mandabat fœdari, ſicque ſpurca
copioſè illachrimari cæpit, ad memoriam conſputi Salu
toris, nec detergi vultum ſinebat, præterquam obſoletis li

teo

colis culinarum, & hoc ad multam fratrum inſtantiam.

Raptus, idem ille ectaticos, frequentiùs ſuſtinuit, dum x humilitate culinarijs ſeruitijs ingereret ſe, vt (qui de cuina erant) reuerentia tanti viri ſancti, ad culinam cum amplius admittere vererentur, quos tamen ille ſupplex genibus ſuis, pro admiſſione deprecabatur.

Honores verò quantum horruerit, patet ex eo, quod aſſumenti eum in Secretarium, Franciſco Zamorenſi totius Ordinis Generali, tàm egregiè in ſpiritu obuiarit, vt victus Generalis eum ab honore tanto dimiſerit (quem reuera aliis complurium ſitiret ambitio)

Pauperum amator, eximius ipſe pauper, ardebat affectu in eos, vnde cum à noto viro duos panes recentes (ſub conditione vt eos domũ referret) accepiſſet, annuens donati, vtrumque panem in manicam abſcondit; & ecce illi pauperem eminùs obuiantem (qui nec verba donantis audire potuit, nec ſub pallio Nicolai, panes reconditos intueri) dixit autem, per charitatem Dei, porrige alterum panem eorum, quos modò recepiſti, quoniam eſurio; obſtupuit Pater & mendico prouolutus, cum oſculo pedum, vtrumque panem exhibuit, certò certius æſtimans Angelum eſſe, aut Deum Angelorum, qui priori iſti conditioni acceptæ, eum ſtare non voluiſſet.

Et quoniam mendicorum turba, eum tanquam pauperum matrem didicerat; in auijs quoque locis, & campis pro pane ſollicitabant itinerantem, vndè non ſemel, commiſeranti animo ad orationem conuerſus, panes è cœlo miraculoſè demiſſos promeruit.

Vſitatum adeò fuit huic Beato in ſpiritu rapi, vt ſermonibus affectuoſè prolatis in ſuggeſtu, raperetur. In ipſis quoque templorum gradibus, vt ſubindè periculum interemptionis, inter comprimentem populum, & corpus illius attingere contendentem, incurrerit.

 Inle-

In leproſos, & oppletos vlceribus, verè Seraphici Pa-
trisaffectu ferebatur, quibus etiam ex teneritudine amoris
ad pedes procubuit, oſculando, lambendo, amplexando
& tandem menſis eorum miniſtrando, vbi abſoluiſſent, re-
ſidua eorum ſumendo, & manus eorundem pedeſque la-
uando; reſiduam feculentam aquam, ipſe poſtmodum
vultui ſuo, tanquam pretioſè diſtillatã, abluendo adhibuit
& quod relictum in fundo peluis remanſerat, cum vehemẽ-
ti guſtu totum epotauit. Et ſi quis, in eodem ſæpius actu fer-
uentem eum, impedire voluiſſet, in extaſin agebatur, tan-
taque violentia peluim ablutionis retinuit, vt nulla poten-
tia de manibus extorqueri valuerit.

De ieiunio, Tentationibus, & Perſecu-tionibus eius.

CAPVT XLI.

ABSTINENS adijciet vitam, non eam, tantùm quæ
vapor eſt ad modicum parens, ſed illam quę durat per-
petuò, ideò Beatus factor, admodum tenui victu, (vt
ſupra memoratum) vtebatur. Sæpiſſimè vno biduo nihil
aſſumens, æque valebat munijs ſuis incumbendo. Tenta-
tiones nihilominus immenſas à dæmone ſuſtinuit, tribula-
tiones quoque indefeſſas ab hominibus, à quibus tanto mi-
nus (ex mandato licet Chriſti) caueri potuit, quanto magis
domeſtici eſſent, qui perſequebantur; Ipſe vero non obſtan-
tibus ijs, continuò charifmata meliora æmulatus eſt, & in-
ter Recollectos ipſe recollectus, exquiſitiori modo, Chri-
ſto ſuo famulabatur, quamuis interim etiam ille ad libi-
tum eſſet mandantibus Prouinciæ Prælatis Obſeruanti-
bus, quorum Obedientiæ, ſex Recollectorum conuen-
tus Prouinciæ Valentiæ (quos pientiſſimus Princeps
&Ge-

Generalis ordinis noſtri Gonzaga, laudans, enumerat)
ımillime morigerabantur. Potiſſimum autem domiciliũ
ctoris erat, Conuentus Vallis de Ieſu, vbi non minus efful-
miraculis. Sed Inimicus infernalis, tantæ Sanctimoniæ
lumniator, infinitas ei laruarum ſpecies ob oculos excita-
ıt, nunc enim rugientium leonum rumores, modò Vrſo-
m fremitus, nunc cattorum Sputantium certamina, mo-
canum latratus, idque genus aliorum animalium innu-
eros actus aſſimilando, ludebat; aliquando cominùs, & in
cinia, adeò Viro Dei propinquatus, vt à tergo inſultum
inaretur. Nicolaus autem, ſtetit, intrepida fide, loco ſuo,
ıò & precibus apud Deum audacior factus, ipſe loca eadẽ,
ɔi maior inſolentia dæmonum efferuebat, acceſſit, & ſpo-
ıtus habitu ad cincturam deſuper, manu læua corripuit
ucem, dextera flagellum, & improperans intenſo clamo-
, dæmonibus, *Truculenti (inquit) Diaboli, ſpiritus tenebricoſi, &
ıligni, ego vos ex parte Omnipotentis Dei, qui implet cælum & terrã,
'iturquè in tremendo Altaris Sacramento, adiuro, & conteſtor, vt
ruatis in me, malumque quod nequitiæ veſtræ permittetur à Domino,
peramini: Et quid moramini?* (interea tamen dum os loque-
tur, manus à diſciplinis non torpebat, ſed egregijs ictibus
ſe cuti ſuæ inſultabat) Res ſtupenda; prolatis enim Ver-
s, Domino operante, omnis Satanicæ machinationis vm-
a, diſperijt: Nec ille hoc genere amplius moleſtiam ſubijt:
ıod, (vt alios in tentatione Fratres, contra imbellem ſata-
ım animaret) perſæpè recenſuit, & quamuis eum Dæmo-
s aliquoties viſibili ſpecie aggredientes, præfocare con-
nderint: tamen in lucta, Nomen Ieſu, ac Mariæ, ſolo cordis
fectu, quod ore non potuit (gula à Dæmonibus compreſſa)
minando, Saluatus eſt. Aliquandò B. Virgo Vrſula, (cui
ldictus erat) in certamine illi comparuit, & candida luce,
nbratiles Diaboli fraudes diſperſit. Tentabatur ergò Fa-
or, vt tentatis noſſet opitulari, *qui enim tentatus non eſt, quid
ſcit?*

ſcit? Ideoq́ue exindè plurimos diuerſorum ordinum Re
gioſos, & forenſes, crucis ſigno in frontem impreſſo, à d
monum vexis exêmit: Multos quoq́ue de ſeculo, qui iam c
ſolatione ad extrema deiecti erant, aut deſperatione reſt
quærebant ſatana inſtigante, à periculo, manibus ſuis e
pedijt. Inter cetera tentationum remedia ſanctus Facto
tentatis omnibus, primarium Aſylum eſſe aſſeuerabat, Pr
lati benedictionem: ſignum Crucis; Nomina Ieſu, Mari
ſubſidium Antonij Paduani inuocatum. Nulla fuit vnqua
iniuria, perſecutio, aut nec opinat⁹ euentus, maliue occurſ
qui beatum iſtum vultu moroſo commutaſſent. Quin im
reſignatus in Deum, nihil æſtimabat ſub ſole; reddens bo
pro malis, benedicenſq́ue Deum in omnibus, cuius laus e
ſemper in ore eius.

Amator Caſtitatis, inſignis fuit B. Factor, [...] *Nominis Ieſu.*

CAPVT XLII.

DE plenitudine cordis eius, iactabat os verbum b
num, eloquium caſtum, purgatum, probatum ſep
plum, pro concionibus enim nihil æque inculcare
borabat, quàm aureum illum reſpectum honeſti, & ca
moniam, ſine qua nemo videbit Deum. Itaq́ue cum ad cl
ſtra Sanctimonialium (earum præcipuè, quibus à pœnit
tijs erat) ſubintraret, mox in ipſo limine, tanquam liliet
ac roſetum ſuaueolentiæ ingrederetur, ebrius odore, n
potuit quin in clamorem erumperet. *Virginitas, Virgini*
Surſùm corda, Surſum corda. Ad Sponſum, Ad Sponſum, Ad Vi
nem, Ad Virginem, Ad matrem Sponſi. Facieq́ue ſerenatus,
angelus lucebat è Paradiſo; proindè ſocijs aſſiduè theſ
ru

um caſtimoniæ in vaſis fictilibus ſolerter aſſeruandum, de-
rædicabat. Et munditiam illam mentis, in veſtitus quoq;
atione tenebat, quem quidem voluit eſſe vilem, ſed mun-
um; vt oculus Dei gauderet internis, aſpectus proximi æ-
ificaretur externis, & quia tanto Ieſu ferebatur amore, lu-
entiſſimè ſolitarius degebat in Conuentu S. Mariæ Vallis de
eſu, vbi quãtis aſpirijs, gemitibus, mellitiſq; vocibus in dile-
tum ſuũ eruperit, ipſa ibidem Religioſa poſteritas, felici re-
ordatione, cognouit: Solenniſſimum erat audire vocife-
antem in oratione, & extaſi. *Vita mea? gloria mea? Sponſe ani-
æ mea? Ieſu dulciſſime? Quis nollet pro te mori? Quis nollet obliuiſci
mnium? Et transformari in te?* Quibus eiaculatis, abibat ani-
na, immemor incolatus ſui, in terram alienam, in hortum,
bi dilectus paſcitur in lilijs, ſtipatur malis, floribuſque ful-
itur deliciarum. Cum verò Beatus cantilenam audiret in
nſtrumento muſico, ſpiritualem (ſolebat enim frater ſocius
rgani pulſu ſubindè recreare Factorẽ) ſubitò ille totis cor-
oris arterijs, & animi niſibus, accinere volens aliquam dul-
edinem IESV, vertebatur extra ſe, corpore tamen ſic com-
oſito, & roſeo vultu, vt inter flores roſarum, & lilia conual-
um obdormiſſe videretur.

Paſſionis Domini reuerentiali adeò teneritudine ducebatur, vt memorando non ſolùm; ſed alios paſſioni deditos conueniendo, in extaſin raperetur.

CAPVT XLIII.

CVM altera die Phaſes, B. Nicolaus, P. Ludouico Ber-
trando Dominicano, ſanctiſſimo Viro, congreſſus, de
rebus ſacris conferendo, nonnulla de paſſione Domini
audiſſet, tracto ſermone ad multam noctem, vbi diſcedẽ-
um fuit, multis præſentibus atteſtabatur humilis Factor, ſe

omnium pedes, in vicem gratitudinis diuinæ illius collatio-
nis, exoſculatum pergere: itaque accincto illo ad oſcula
omnes vel aſcenſu ſedilium, vel citeriori curſu dilapſi ſun
ſolus deprehenſus eſt Pater Ludouicus, cuius palliū ſiniſtr
tenens, dextero latere incuruus hæſit, paratus ad pedum o
cula, ſed raptus in extaſi mirabili modo, vt nec ſtare, nec i
cere, ſed pendulus hærere videretur. Rediens ad ſe, magna
voce inclamauit P. Ludouicum; *bono*, inquit, *animo eſto, qu
ſedes tua inter Angelos collocata eſt.* Quod oraculum eius, Bea
illius ratificauit euentus.

Quantus amator fuerit Paſsionis Dominicæ B Factor, Quantaq; familiaritate Beatæ Virginis, S. Franciſci, aliorumq; ſanctorum, vſus fuerit.

CAPVT XLIV.

LANGVEBAT amore compaſſionis dilecti ſui B. Nicolau
nec requiem habuit caro eius die ac nocte, præ cont
nua ſpiritus inſtantiâ, qua deſiderauerat tādem aliqu
dò comprehendere ſenſu (quod tot tantiſque contempl
tionibus prælibando guſtârat) amaritudinem nempè dol
rum Saluatoris. Pulſabat ad thronum gratiæ, fatigabat a
res dulciſſimæ Virginis, vt ſentire mereretur in ſe, quod &
Chriſto IESV; Cumque Beata mater & virgo, interuentu b
nigno, illi deſiderium cordis obtinuiſſet, cæpit tam immē
dolore, manibus, pedibuſque, & toto corde torqueri, vt n
acerbitatis mollimentum fieret, inſanire cogi timeret; vn
clamans, & eiulans ad pietatis viſcera eiuſdem Virginis, *Pa
ce virgo, inquit, ſatis eſt, ô mater:* mitigato dolore, non imp
creditur ſtigmata IESV in corpore ſuo, licet inuiſa, portaſ
Certe eam familiaritatis conſuetudinem cum Virgine co
traxiſſe videbatur, vt aliquandò illi apparens, dulciſſiman
prole

prolem in ſinu complexa, Nicolao eam inſtanter oranti, vt puſillum mutuis aliquot oſculis ei concederet, ipſa benignè porrexerit, at ille pignus amoris in vlnas amplexus, ſtringendo, & baſiando colliqueſcere medullis animæ pergens, raptus eſt extra ſe: Et velut ebrius oſculando, tamen ſatiari non omninò valens, erupit in vocales iaculatorias: *Ah, Nunquam Satis, nunquam (inquit) Satis.* Poſt hæc eidem Beata Mater per deuotiores aliquot imagines frequenter locuta, eumque ſolata, multorum ſecretorum conſcium reddidit. Nam Vir Beatus, multoties cogitationes fratrum, & Secularium, vbi illis hoc expedijt, propalauit; & ipſas generales peccatorum alienorum confeſſiones articulatìm agnôrat, tanquam Secretarius Altiſſimi fuerit, & auditor pœnitentium: Aliquos qui occultum deſperationis reſtim, ſub pallijs abſconderant, vt in malam crucem ſe ſuſpenderent, obuios habens, ſublatis pallijs, furtiuæ deſperationis eos blandè redarguit, & ſolatos in Domino ſtabiliuit.

Meruit & ſæpius præſentiâ Seraphici Patris honorari, & repleri dulcedine ſingulari, dum eum cerneret, quemadmodùm inter ſuos commoratus eſſet. Vidit & corporali ſpecie B. Vrſulam, cum vndecim millibus ſuis, non ſemel. Quibus, & aliorum viſionibus ſanctorum, adeò introrſùm ad cor reducebatur, vt forinſeca omnis conuerſatio, Beato viueſceret, & tædioſa redderetur; Vndè auellens ſe à quodam monialium cænobio, in Regiâ Madrilienſi, (cui ſpiritualis Pater inuigilârat) tergà vertit actiuæ ſollicitudini: at cum (antiquo more) Virginem Matrem ſalutaret, exijt vox ab imagine, *quid me inquit deſeris in filiabus meis, quibus ſeruijſti?* ille tremens ac ſtupens, nec ſe ipſum capiens, dubius animo, & conſilio pendulus, percuſſo ſimilis hæſit; Tandem mater, ſolata timentem, *Iam perge, inquit*, qua voce, quaſi benedictione recepta, pro meliori quiete perrexit.

De Raptibus Inſolitis B. Factoris & mirabilibus alijs illius, maximoque feruore & gratijs Sacroſanctæ Sinaxis.

CAPVT XLV.

QVANDÒ quidem Ectaticus ille, in Deum demerſus Beatus, tantis raptibus, ac toties abalienaretur à ſe, vt nullo penè momento, de venientis domini pulſu tractuque ſecurus eſſet; ſolitus erat in vijs, ſi quando eum Spiritus Domini inuaderet, citiſſimo curſu, quaſi volatu, ad palos & arbuſta confugere, vt ijs amplexis durante extaſi corpus à quouis periculo, & caſu tutaretur: illic ſæpenumero, per medios dies ſtetit immobilis, vultu in cælum acto, & apertis oculis rigidus. In Theopherijs (quas vocant) & Venerabilis Sacramenti circumlatione, ſtetit ille Sacrâ monſtantiâ onuſtus, & in ſpiritu raptus, longas horas, donec mirabunda proceſſio plebeorum, & nobilium, totiùſque cleri deuotionem abſoluiſſet. Ordinarium autem erat Factori ad ſinaxim per horam rapi, vel in actu communicantis aliorum obrigeſcere, præ delicati affectus teneritudine: aliquando in pabulo ſacro obtulit ſe ei puſillus Ieſus (vt iacuerat in præſepio) *petens ab eo, quomodò placeret illi*, ipſe vero tanquam ebrius & ſpiritu dementatus, ibat vacillans, & demirans per ambitus cænobij, Neſciens quo ſenſu exteriori delicias internas aperiret. *Concrediderat autem in ſecreto cuidam fideliſſimo Fratri Amico, tantis ſe gratiarum fauoribus in Sacramento ditari, quæ*, ne integro Codice ſcribi, & vulgari poſſent. Adeoque & delirare penitùs, & repueraſcere quibuſdam viſus eſt (maxime in Conuentu vallis de Ieſu, vbi frequentior erat) Nam aliquoties non ferens amplitudinem communicatæ lætitiæ poſt ſinaxim, abiecto pallio in æde ſacra, ſubſiliere, & exultare

re coactus, pueros quos in proximo deprehendere poſſet,
anu ducens, ad ſaltum inuitabat, ſimiliter & alios vt tripu-
arent inuitans : Res illa primo aſpectu, vilis & indecora
atribus viſa magnum ſollicitauit pudorem, vt quidam ac-
rrentes, eum & à choreis, & pueris abſterrere, quod ijs no-
inis ſui authoritatẽ deperderet, inſtiterint: ille verò (cum
auide) *Ludam, inquit, & Vilior fiam, pluſquam factus ſum coram
ulis Domini.* Vndè ergò iſti metuebant famæ Beati, indè vi-
uerſa tantundem honoris, & amplius illi, vulgò ſanctita-
s accreuit, cum ad ſpectaculum illud tenerrimum omnis
tatis homines in lachrimas colliqueſcerent, inque maiorẽ
acramenti venerationem accenderentur. Non rarò per
duum integrum raptus elanguebat, vt tandem è publico
iulandus eſſet. Raptus autem crebriores illi accidêre in
ebdomada ſancta ; & octauis Corporis Chriſti : Quibus
ero temulenti inſtar deferueſcere viſus ; aliquoties quaſi
m inferens magno Saluatori. *Ah, inquit: quàm latitas dele-
e mi?* quantum intra ſepta reconderis? *quantum celas te? perſo-
itus es? alienas ſpecies induiſti? Verè tu es Deus abſconditus*; his di-
is, ſenſim abſcondebatur ſpiritus eius, corporis membris
ſtitutus. Et Quanti feruoris fuerint raptus illi? cum non
m ſolum, ſed & intuentes in extaſin agerent? Ianitor ali-
uando Factorem in Horto quæritans, cùm inter flores rap-
m offenderet, tanto diuini odoris afflatu motus eſt, vt ru-
is ad pedes rapti, & ipſe raperetur, amboque à Conuentu,
hærentes, longo tractu, deprehenderentur.

Adhùc de Raptibus eius, & Efficaciâ Nominis Ieſu, per eum inuocati.

CAPVT. XLVI.

SANITATEM reparauit, & Clauſtris, & Secularium do-
mibus, inuocato Nomine Ieſu, tanto ardore preculas

 ſuas,

ſuas, in ſancti nominis virtute firmabat, imò ad prolatio nem illius, præ amore exiens à ſe, tanquam mel inueniſſet ſeu fauum, non abſtinuit, donec pro deſiderij guſtu aliqua tenus ſatiaretur; Cumque inter ectaticos illos motus, & in ternas dulcedines diutius moraretur, viſa eſt interdùm clari tas irradians circum faciem illius, quæ duabus perſeueran horis, ipſum diem illuſtrare valuiſſet. Aliquandò pro con cione loquens de monte Oliuæ, (ad quem virgula porrect Saluatorem depictum demonſtrabat) *Jlle né, inquit, ſanguinen ſudaret pro me?* Simul vt ea protulit, raptus obmutuit, inde paulatim fumigare toto corpore viſus, moxque flammà pe manuum volas erumpens, ardentem quaſi virum (proſpec tu ſtupendo) auditoribus exhibuit. Nonnunquam terribi libus flagellationibus ad orationem adiunctis, Regum a Principum ſtatus, in longinquis morantium, reuelation diuina cognouit. Semel ancipiti pugna congreſſis Chriſtia nis cum Turcarum exercitu validiſſimo: cum de periculo hinc indè muſſitaretur, ad preces ille conuerſus, corpus lo ris ad ſanguinem diſtrinxit, moxque inter cruorem à ſpiri tu, bono nuncio eruditus, exclamauit (*Victoriam, Victoriam* cuius vociferatione Conuentus exterritus, cauſamque cla moris indagans, poſt paucos dies Triumphum Chriſtiani ex ercitus, profligato inimico, percepit, eo quidem die, qu Factor cruentus orauerat. Communiſſimum autem fui Beato iſti, in oratione, raptum & extaſin pati; vel ipſis que que ſanctis ſermocinationibus, & verbis diuinis auditis; paſſio illa tam ſolemnis Factori fuit, & vſu celeberrimo con probata, vt Reges & Principes, & nobiles ac plebæi, & vtr que ſexus à minimo ad maximum, in locis vbi Factor egit teſtimonia oculata perhibere ſufficiant.

Conati ſunt non rarò Patres Ordinis, ipſi rapto Facto ad Altare (ne videlicet populus moroſus in aſpectu mirand ſuspenderetur) Hoſtiam, aut Patenam de manibus tollere,

Sac

acrificio finis inderetur: Sed in vanum, tenacitas enim a-
oris, dilectum è manibus, nulli violentiæ cedere potuit,
oluit ſuſcitari, & euigilare, donec ipſi videretur.

Quando ex canticorum mellitis verbis aliqua profer-
ntur, ipſe rapiebatur: idque toties, quoties depromeret
ntentiam illam, *Duxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in
e charitatem*, ijs prolatis, non erat membrorum potens, ne-
ue ſenſus communis imperio, aut rationis iudicio fungi
otabatur.

De Raptibus inter alios Ordines & Religioſos habitis, deq́ Spiritu Prophetico Factoris.

CAPVT XLVII.

Psvm laudatiſſimum S. Dominici inſtitutum experien-
tiâ longâ comperijt, quantâ Sanctimoniâ Factor exiſte-
ret, qui toties inter manus patrum illius Ordinis rapere-
ır; ſolâ quidem memoriâ ſui dilecti Ludouici Bertrandi,
bi cellam illius præterire contigit, aut oculis veſtigium
iquod illius defuncti cognoſcere, ſubitò in ſpiritu, im-
obilis hæſit. Sæpè in Conuentu ſuo, præſentibus viris
luſtribus, cùm manu bolum in os ingereret (ipſa tremu-
nte, & bolo ſuſpenſa, in aerem porrecta hæſitauit, ocu-
cœlum contemplati, & vultus ſerenitate noua conſpicuus
rnabatur: donec bona horâ conſumpta ad ſe reuerteretur.
t quamuis apud aliquos, in dubium illi raptus vocari ten-
ırentur: tamen indè illuſtrior à Domino commendatus
ſt: Multi enim aciculis in corpus rapti profundè confixis,
ullum ſenſum animaduertêre: alij Doctores, qui inquiſi-
onibus clanculum ſubornatis, eum adire ſtatuerant, vbi
oram eo comparuêre, omnia ſecreta, & intentum cordis
ſui,

ſui, cur veniſſent, quoſue authores legiſſent, à Factore in-
tellexere. Quocirca viſa etiam illius extremâ demiſſione
& humilitate, ſanctiſſimi viri raptus honorare cepère. Fa-
ctor autem gratia DEI ſui factus excelſior, prioris ſpiritu
probationi, alterum donum adiecit, nempè tot futurorum
euentuum prædictionem. Ipſe, Gregorio XIII. Eccleſiam
moderante, aliquoties, cum hilaritate præſagijt fratribus
ſuis: Hoc, inquit vniuerſali, Paſtore noſtro & Papa defun-
cto, non erit Pontifex niſi Frater Minor, & poſt dormitio-
nem Gregorij, Sixtus V. Papa inauguratus eſt, qui fuerat, ex
Fratre Felice Ordinis Minorum, ſublimatus Cardinalis
Peretus, poſteà refulgens Papali, ſumpto nomine Sixti
Quinti, authoritate.

Perſecutiones ingentes patitur; ad Reformato ſub custode degentes, à Recollectis tranſit; dein ad Cappucinos, indè tādem redit ad ſuam Valentiæ Recollectionem.

CAPVT XLVIII.

QVo tempore in Arragoniæ Regno, pauperes Reco-
llecti, ſedibus ſuis egenis (non obſtante Gregorij XII
dato Breui, & paterno auxilio repromiſſo) pelleren-
tur. B. Nicolaus, ad Reformatos ſub cuſtode pergens, ſpi-
tum deuotionis alere & fauere ibidem, confidebat. Sed i-
dem, & ipſis tribulationibus impetitis, amore perfection
alicubi reperiendæ (non autem leuitate conſilij) ad p
tres Cappucinos tranſijt, vt extra tumultū altercationu
in florentiſſimo ordine quietiùs ageret. Vbi nec ſpiritus
ſanctimoniæ defuit, nam vel ipſe Reuerendorum PP. C
pucinorum Commiſſarius Generalis, Pater Angelus Al
ri

ius, raptuum Factoris mirabiles exitus, ipſe coràm mi-
bundus, aduertit. Et quod nota digniſſimnm eſt, ad com-
robandam veram extaſin, ipſe Beatus, dum in extaſi ver-
retur, muſcas diſcurrentes in tenerrima pupilla oculo-
um ſine vllo ciliorum motu, aut pupillarum agitatione,
ſtinuit. Et cum ſexagenarius eſſet, multis ærumnis &
boribus, ac pœnitentijs abſumptus, tamen caro eti-
m pedum, & calcaneorum, abſque vllis callis, aut concre-
rugatione, munda, tenera delicata, pulchra, & quaſi
fantilis erat.

Tranſit à Capucinis ad priſtinam ſuam Valentiæ Recollectionem, & Spiritu reuelante, aliquorum ſcripta probat.

CAPVT XLIX.

DVm adhuc hoſpitio laudabilium PP. Capucinorum
fruëretur, mirè eoſdem in ſpiritu ædificans, Author
ijs erat, vti ſauciati lateris Chriſti aſſiduis medita-
onibus exercitarentur, affirmans ibi Oceanum mirabili-
m, & deliciarum recondi, & quod is ipſe per longum
iennium in eo theſauro commoratus: fundum non ſo-
um non attigerit, ſed nec extremis labijs hactenùs de
edullâ perceperit. Talibus inter ſanctos patres Sancti-
oquijs demorabatur. Et cum in ſpiritu expertior
ſſet, reuelauit Deus contemplanti aſſiduè, doctrinam &
iam ſpiritualem, Tauleri, non tantum inoffenſo decurri
ede valere, ſed cum emolumento magno ſalutis appre-
endi poſſe, quod nimirùm Eccleſiæ Romanæ fide & autho-
itate fulciretur.

Porrò, vbi viſum eſt Altiſſimo Conſilio Dei, qui Facto-

rem ab vtero matris ſegregârat in ſeruitium ſuum; vt an
quam Recollectionis domum repeteret, ibique Spiritum
redderet vitalem, vbi ſpiritum cæleſtem concepiſſet. Be
tus Nicolaus bona pace & venia, ab honoratis patribus C
pucinis dimiſſus, reducem viam in priorem Domum ſuſc
pit: verùm non abſque ingenti obiectionum remora: m
ſitabant pij Patres de Carthuſia, *cur è faſtigio* (vt videbatu
deſcenderet? inſtabat multorum de Clero Domini ſanctiſſi
Portio, *Cur patres eximios Capucinos reliquiſſet? quã cauſam præ
xeret*? Reſpõdit vno flatu omnib⁹, *habere ſe cauſam nõ cauſa
quia*, inquit, *& Patres Capucini ſancti, & Recollecti ſancti; & Obſe
uantes ſancti, & Gaudentes ſancti, & qui inter eos Seraphicum Pa
conſequuntur, verè filij ſancti ſunt.* Hæc cauſa non cauſa, viru
Sanctum apud omnes ferè excuſabilem reddidit, & ext
notam ſuſpicionis, cur toties in vnâ Religione, domicilia
vna variaſſet, vt ſi quis, mirabili iſti prætextui (cauſæ no
cauſæ) non acquieſceret, multitudine tamen miraculor
eius, & euidentibus ſignis præſentiæ diuinæ moueretur,
puſque, licet ſubdubium eſſet apparentiâ; tamen ratific
one cæleſti crederet affirmatum.

De morbo & exceſſu Viri Beati Factoris, &
aliquot mirabilibus.

CAPVT L.

QVAMVIS beatus Pater ille (vt ex parte notatum e
primò à patribus Obſeruantiæ tranſierit ad Reco
ctos Valentiæ ſub Generali degentes, deinde, ab i
occaſione perſecutionis, ad Reformatos (quod idem e
ſed ſub cuſtode viuentes. Et rurſùm ab his, ob intol
biles tricas (quibus ipſe pacis amicus non aſſueuerat) ad
pucinos tranſierit.

Et

Et tandem ab illis ad domum ſuam priorem redierit, nſtinctu ſingulari diuino peractum eſt, non leuitate, ſiquidem ſigillum miraculorum, Deus & in viuis, & poſt mortem ius non appoſuiſſet: *Quod autem apud Patres Obſeruantiæ diem lauſerit, morte præoccupatus eſt, vt Recollectos ſuos in eadem Prouinia, aut perſecutione latentes, aut proiectos, obtinere nequierit*; Et ſequela hæc non valet, cum à perfectione maiori, quam in atitudine vni⁹ familiæ habere potuit, & habuit, defeciſſe, eò quod in alio loco, obierit; Alioquin pari ratione B. Angelus del Pas (de quo prædiximus) de familia numerari debeat, quia inter eos vitam finierit. Et ſanctus Bernardinus inter Patres Gaudentes cenſendus eſſet, quod apud eos locum ſepulturæ receperit: ſimiliter de multis alijs loquendo. Adde Beatum Factorem interrogatum à multis, (dum repeteret priorem ſtatum) quo pergeret? Reſpondiſſe, ad Matrem meam, (Valentiam intelligens) vbi Chriſto primùm genius, & puriori vitæ ſociatus fuit; Quam puriorem, tota ipſi⁹ vita, & geſtus, & habitus, & contemplationes, ac miracula conteſtantur. Niſi in extremis à meliori bono ad minus deficere maluiſſet; ſed perfectorum eſt & ſanctorum non reroſpicere, multo minus degeneres fieri à ſeipſis, vt tandem mors bona totam Vitam honoret. Vbi ergò ſanctus ille Valentiam attigit, pertinaci correptus febri, & à Guardiano & Conuentu benigniſſimè aſſumptus, omnium primò, tremulantia membra coram Sacramento proiecit, amorem ſuum veterem multis lachrimis inſinuans, & erumpens in lachrimoſa ſuſpiria. *Hæc* (inquit) *Requies mea in Seculum Seculi, hic habitabo quoniam elegi eam.*

Indè in Clauſtrum adductus, & Arulam B. Virginis matris prætergrediens, ſtetit gemebundus, oculiſque in ſuauiſſimam dilectam amoroſè coniectis. *Ecce, inquit, redij, Virgo mater, diuerti, non auerti*, quaſi diceret, alijs in locis hoſpitē ſe fuiſſe, ſed domeſticum, & filium in Prouincia Valentia:

Collectus autem in infirmario, morbo inualeſcente, gra-
uari, & medicis deſperantibus ad mortem ſe componere
cæpit: Interim miraculis conſuetis non feriantibus, ſed in
dies potius increſcentibus: vt miris viſitationibus Domini
Angelorum, ſanctorumque ad agonem firmaretur. Vidi
ibi omnis generis aues (vt referebat Fratribus) quæ indubi
cæleſtes ſpiritus erant, & dum viueret, aliquoties cohone
ſtauerant raptus eius, dum Venerabile Sacramentum in ex
taſi ferret, ipſæque mirabiles auiculæ Conopæum (Vulg
Baldechinum) ſuauiſſimo cantu volantes circumdarent
audiebantur item priuſquam decederet, harmoniæ muſi-
corum citharizantium cæleſtes, & incomparabiles, in ver-
tice cellulæ morbundi, per aliquot dies. Appropinquante
mortis horâ, cum ſuſceptis Sacramentalibus omnibus, ſu
conſuetudine oculos in cælum dirigeret, viſcerofis aſpirijs
intonare cæpit, *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi; in domum
Domini ibimus, ſtantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem.*
Dixit hilariter, & exſpirauit ſuauiter: dormientique potiu
ſimilis, quàm mortuo, quieſcere videbatur: Sed in momen
to ea fragrantia, ac dulcedo è membris defuncti, imò & om
nib⁹, quorum contactu & miniſterio aliquandò fuerat vſus
euaporauit, quæ odorantibus deuotionem, non ſolùm, ſe
ipſam extaſin cauſare valuiſſet. Et quod ſtupendum, manu
ipſæ aſtantium quæ Beatum corpus veſtemuè, roſaria, a
ſimilia contigiſſent, aliquandiu pertinaciſſimè ſeruabant o
dorem; quis dubitet eum cum dilecto, Paradiſi floribu
quieſcere, cui⁹ mortalis tunica tanta ſuauitatum emiſſio
diffluerent?

Et cur ad alia miracula, quæ alios codicum tomos ex
quirant, accingamur? cum Beati illius vniuerſa conuerſ
tio, iam à quadriennio infantilis ætatis vſque ad annum ſ
xageſimum tertium (inter quos quadraginta ſex annis R
ligionem incoluit) vnum longum miraculum fuerit,

conti

ontinuatum prodigium. Quantos peſtilenti febre laboran-
s, quantos iam funeri deſtinatos, ſoſpitati reſtituit?

Profectò vel ipſe Archiepiſcopus Valentinus, in vitam
lius inquiſitione facta, & ſuper miraculis, Teſtibus fide dig-
is, auditis; ſupra trecenta collegit diſtinctaque mirabiliũ
ſtimonia, & iam indè ab examine illius, quotidie ad inuo-
ationem Patris, ſanitates obtinentur, & augentur dex-
ra excelſi merita Beati, & laudes per Deum, qui facit mi-
ibilia magna ſolus. Tametſi vero Factorem iſtum, Reue-
endiſſimus noſter Gonzaga 3. par: Prouinciæ Valentiæ,
P. Chriſtophorus Morenus, Prouincialis Valentiæ. (ex
uibus vitam promiſſam compendio ſumpſimus) Obſeruã-
em vocitent, ſuppreſſo nomine Recollecti, non tamen ideò
ecollectus non erat, ſed boni Patres (quoniam omnes Ob-
ruantes & nominamur & ſumus, generali nomine conten-
) ſpeciale reliquerunt ſtudio & auiditati induſtrij lectoris.
x ſoluit quidem naturæ debitum, morti, Beatus Factor An-
o Milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio; at vix tri-
nnio poſt obitum connumerato, cum Philippus II. Hiſpa-
iarum Rex euidentium miraculorum famam cognoſceret:
piſtolas Regias interuentionales ad Papam Sixtum V. om-
i meliori forma, pietate, modo & inſtantiâ, expedijt, ſub
nno milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, pridiè
alendas Martij, generoſiſſimo ad hoc opus emiſſo Legato,
omite Oliuares, alijſque ſex illuſtribus Vrbis Valentiæ Vi-
is primoribus, qui vel Canonizationem (quam Vocant) ſo-
ennem; vel, vt minimum Factoris Beati proclamationem
ſede Apoſtolicâ ſollicitarent. Negotium autem hæſit; non
uod legitima deficeret mirabilium ſufficientia, aut quid-
uam ad ſolitum communem proceſſum deſideraretur.

Sed quod ſummus Antiſtes fortè domeſticorum Re-
um ac Principum differentijs, motis, aut mouendis curas
aſtorales impendiſſet: fortè (diuinabo ego) Nicolaus de

Valentia, non minus magno iſto noſtro Martino de Valentia
pauperrimæ abiectionis ſtatum à Deo poſt mortem eme
ruit, ne videlicet aliquâ ſui cura, ſeu mundus, ſeu clerus im
plicaretur: Ideoque iam moribundus Valentiæ à Guardia
no, vehementi obteſtatione deſiderârat, vt in ſtabulo po
mortem ſepeliretur: Nempè ne funebres faſtus, & præco
nia in vilitate ſepulchri locarentur; Sed qui in ſterquilini
baſim humilitatis immerſit, modò voce communi & fam
veritatis, ectaticorum quaſi culmen obtinuit: nec Regibu
fortè, neque præſulibus Eccleſiæ contradicentibus.

Ad Mirabilem Sancti Spiritus Amicum P. Nicolaum Factorem.

RAptorum Pater Ectaticus, facit inclyta Fa ctor.
Nam Sedeat: ſtet: eat: raptus, id omne facit.
Dum Chriſti loquitur ſudorem, raptus, ibi ſtat;
Quid facit hic? Factor? Factus in igne? Nih
Vult in Agone pati: non conſudare: Sed Vri.
Nam non ſufficeret, Fonte cruoris, Amor.

Vi

Vita deuotiſſimi, & Famoſiſſimi, ac fructuoſiſſimi Prædicatoris, P. Fratris Alphonſi Lupi, Reformati Diſcalceati, Prouinciæ S. Ioannis Baptiſtæ.

Quo pacto Frater Alphonſus Lupus ingreſſus Obſeruantiam, literaliſsimus euaſerit, indeq; ad Reformatos Diſcalceatos tranſierit.

CAPVT LI.

FRATER Alphonſus ex Medina Sidonia oppido Andaluciæ celebri, oriundus deliberationum ſui ſtatus telam, ſpiritu ſingulari attruncans, & ſalutis negotium matu-ans, ſubtilem, ornatum, ac mollem habitum, charamque rouinciam cum amicis, ſtudia, libroſque poſt terga reſig-ans, cunctiſque humanis confugijs nudatus, paupertatis tibus ſeſe obiecit, & infinitis laboribus obuiàm proce-ens, omnibus ſe orbauit, habituque ex panno rudi, vili, in-eterato, ac fruſtulato, ſuper nudam carnem prodire gaui-s, in Conuentu S. Iacobi Almanſæ regni Valentiæ prome-eri cæpit. Vbi Dominus eum, & Pater Seraphicus Franciſ-us, quin ipſe Hiſpaniæ Protector ac Patronus D. Iacobus, elut ſelectum Athletam, armis firmiſſimis induentes im-enetrabilis patientiæ, ad animarum acquiſitionem ſuccin-ère, vt validos virtutum iactus in Satanæ machinas vibran-lo, & labores imperterritos, pro conuertendis peccatoribus trenuè ſubiret. Et ſanè perrexit eâ virtutis animoſitate, vt orrò Doctores, & Cathedrales Alcalæ, ac Salmanticæ pri-nates, admirati affirmarent, ab eo tempore quo S. Paulus

Doctor

Doctor Gentium, verbo mundum euicit, talem prædicato-
rem, nullius Hiſtoriæ memoriâ prodi, qui homines ad deſ
rendum ſæculum tanta poteſtate commôrit.

De integritate Patris Alphonſi, & in dicend vehementia, ac de inſigni multorum conuerſione & profectu.

CAPVT LII.

TAMETSI de quibuſdam Sanctis miracula narrentu
hæc tamen meo quidem, imò, D. Bernardi iudicio, m
rabiliora alijs prodigia ſunt, quæ maioris emolume
ac fructus, & difficultatis apparent, mouendis cordibus h
minum, & prauis operationibus obduratorum, ac pertin
cium edomandis, in hoc enim ſupernaturali, ac diuinæ
opus eſt potentiæ, ad ſuperandum deprauatam malè viue
tium naturam, eorumque peſſimos mores eruendos, &
per omnia ad deuincendas dæmonis vires, & poteſtates,
arctiſſimis iiſque validiſſimis vinculis ligata, & impex
Deo rebellium corda conſtringit. Cui intricatiori nodo
validiori ſuperando, aliam maiorem poteſtatem requiri
dubium eſt. Non eſt enim poteſtas ſuper terram, (ſi Iob
dimus Cacodæmonis vim experto) quæ comparetur ei.
non illa vis maior cæleſtis, ſtudijs, & ſpeculationibns,
tiùs quam lachrymis, ſuſpirijs, & bonæ vitæ meritis
tinetur. *Quarè qui verè conuertuntur ad DEVM, non
nus lachrymarum filij ſunt, quam verborum*; nec minor eſt
eis conuertendis pars orationis, quam prædicationis,
in vtriſque illis maior energia, quam in miraculis, q
gratis erogantur. Ideòque licet non tantis claruerit
rabilibus (quæ vulgus miratur) Alphonſus noſter; emic
tan

tamem mirabili ſermone cæleſti, qui eſt gladius anceps penetrans vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus, & intimus cordium peccatorum rimator.

Dæmon procurat P. Lupum ab officio prædicationis ſuſpendi, ſed paulò poſt à Prælato reſtitutus, mirabilia operatur in plebe, factiones componit: Pænitentiam inducit, omnes in meliora propellit.

CAPVT LIII.

SED quia ad concionatorem Lupum totus abiret mundus, etiam ferialibus diebus; ac quilibet ſtatus frugem melioris vitæ, abſtinētijs, flagellis, cæteriſq; iniret operibus; crepans furioſus ſatan, per odioſas aliquot linguas ſuperiorum Lupi animos intercepit, adeò, vt poſtmodum officio dicendi priuaretur; Is verò exauctarationem modeſtiſſimè ferens, nec dolere quidem, viſus eſt; ac deinde diaboli practica deprehenſa, cum reſtitueretur eidem concionandi muneri, nec gaudere animaduerſus fuit. Quanta verò ſeruitia magno Deo, ad honorem eius ſartum tectumque ſeruandum intulerit, non ſatis edici valet. Ibat per vicos & plateas nudipes, lacer amictu, aſpectu pallidus, ore ſpumante comminationes irarum in peccatores. Et quia Bacchanalium ferias, omnium ſcelerum ſentinas eſſe, experimenta demonſtrant; irrupit in publicum, quaſi impotens ſui, & vociferatione, omnium virium connifione terribili vlulare potiùs, quàm inclamare in cœlum audiebatur. *Miſericordiam, Miſericordiam, Miſericordiam:* Et quid fieret? Non ſic terrentur homines qui *Lupum quadrupedem videre priores*, & ad vlulatum eius obſtupuêre, atque ciues, & ruricolæ ad

Lupi iſtius Angeli, tonum, emuteſcere atque exhorrere
cernebantur: confeſtim enim quaſi Deum audiſſent, mo
tali voce tonantem, libidinoſi reſipiſcere, Helluones ætt
nuari, Laruæ pedibus teri, cæteri omnes peccatores ad po
nitendum moueri, compulſi ſunt. Verè in hoc ſancto ver
ficatum eſt, Adagium, *Homo homini Lupus. Et Homo homini Deu*
Fuit *homo, Lupus ille* (*vtrumq; peccatori*) & Lupus terrore,
Deus occaſione. Is ſæpè vbi inimicitiarum factiones adue
teret in Caſtellæ quibuſdam vrbibus, arreptâ manibus cru
ce tantâ verbi potentiâ, & per crucifixum vigoroſâ cont
ſtatione, inimicos liquefecit, vt in præſentiam eius prope
rantes, rancorem abiurando aurea pace confæderari ma
luerint. Sermonibus ſuis per quadrageſimas Cæſar Augu
ſtæ, & Madriti habitis, ea prouenit ſpiritalium fructuum
vbertas, quæ & Regias iuuenculas, in Aulis ſororis Phili
pi ſecundi Catholici Regis, ad Diſcalceatas D. Franciſ
tertiarias, cum pediſſequis ſuis adigeret. Vbi concionab
tur in Aulis, opus erat ſtipato & copioſo milite, vt nobili
res frequentiori numero admitti poſſent. Inter cæteras
clauſtra minoritica properantes Heroinas, non vltim
fuit Domina Leonora Toletana, Marchionis Geraluæ fi
Princeps decore virtutum, & corpore gratioſa. S
illius ſermonibus officinæ, vt in ſolennijs occluſæ fuē
ipſum concilium Regium, horam conſuetam magn
rum deliberationum, tranſlatam, in aliam diei parte
concionum Lupi amore, ſuſpendit: quemadmodu
cœnobium B. Bernhardini Diſcalceatorum Meadriti p
ribus atteſtari poterit. At Lupus non alio interim
Campo venabatur, virtutis loquendi ſagacitatem, qu
in ſacris Biblijs, ibi nouerat experientiâ & bouem palea
agnum germen reperire, & Lupum eſcam, quâ ma
maſticatâ, veſperi diuideret ſpolia pœnitentium pec
torum. Fama vulgaris eſt, Beato huic Lupo, ſermo
na

ianti, non rarò in ſuggeſtu apparuiſſe B. Deiparam, Re-
ginam cœli, & ſtetiſſe à dexteris euis. Vndè mirum non
it, verborum fluore, & gratia copioſa diſſerere, eum, qui
Matrem verbi, inſuſurrantem haberet. Tandem & Romæ,
& Barcinonis, plurimis charitatis veſtigijs, & erectis hoſpi-
talibus ex eleemoſyna, conſtructis, alijſque famæ ſanctæ
indicijs relictis, curſum abſoluit, cumque paralyſi prope-
modùm reſolutus, interuallo vnius anni curuus in duriſſi-
mo ſtrato aſſidêre compelleretur, ſanctiſſimam, & bene
meritam de grege Domini animam, anno milleſimo quin-
gentеſimo nonageſimo quinto, cœlis reſtituit.

ANNOTATIO BREVIS.

Inſignis amici DEI, P. F. Cæſaris Pergami Reformationis Romanæ alumni, quondam B. Patris Angeli de Paſio collegæ.

CAPVT LIV.

CÆSAR Pergamus ex Alba Pompeia, Pedemontanæ Regionis, quæ eſt inter Inſubres, & Ianuenſes, Anno 1545. Catholicis honoratiſque parentibus Alexandro Pergamo, & Angela natus, vbi literaturæ præcipuos gradus & honores tranſcendiſſet: Valentiam Hiſpaniæ veniens, odore conuerſationis Ordinis Seraphici motus & illectus, inſtitutum idem, magna patrum lætitia ſuſcepit. Vbi maturitate, iudicio, & eruditione facile honorum quorumuis munia oblata, quemadmodum & in vrbe Roma, inſtigante ordinis protectore, Cardinali Matthæio, promeruiſſet, niſi abiectus eſſe in domo Domini maluiſſet: Reſpondit autem inſtantijs magnatorum, *ſe præ cæteris honoribus totius vniuerſi, hunc vnum honorem maximi penſi facere, quod diſpoſitione diuina & ſuperiorum, Patris Angeli de Paſio, commercio*, (erat quippè

deſtinatus illi collega) *Et conſuetudine frui poſſet.* Sed is ipſe Angelus, viciſſim cum eo, humilitate decertans, illius potiſſimum ſocietate gaudebat, quòd hominem Religioſum eum, ſine felle, & amaritudine, virum ſecundum cor D obtinuiſſet. *Refert idem Angelus Cæſarem ſuum, irâ commoueri ne cÿſſe, perturbationibus nullis exagitari viſum,* qui, quas iniurias, ca lumnias, & inuidias, ob puriorem conuerſationem, ſuſtine ret, non attenderet, quinimò inimicis tanto candore, ferm numque lenitudine, obuiaret, vt aurum ignitum (charitati in medullam nolentium propè compelleret; & carbone congereret in capita eorum, qui malignabantur, vincens i bono malum, nunquam victus à malo. Quo virtutum de curſu, Deo commendabilis & hominibus, in ſcholam quo peccatorum, publicis ſermonibus mellitis, iiſque liberrimi prodijt, vbi traxit innumeros, in vinculis Adæ & funiculi charitatis, vt ij, qui quodammodò pepegerant fœdus cum morte, & cum inferno pactum, illi⁹ tamen viſceroſis amor ſiſque ad pœnitendum inuitationibus, emollirentur, & r uigilarent ad vitam, qui ſub imperio mortis, nullum cl mantem alium, auribus obturatis audijſſent. Dabatur hoc publico teſtimonio, præcipuè Antiſtitum Cleri Roman hominem plane Angelicum eſſe, vt mirum non ſit, ipſu B. Angeli conſortio, & hunc Angelici hominis meritis a gregatum fuiſſe, cum ſimile ſimili naturæ, & DEI inſti ctu, congratuletur.

Si quandò longiturnis infirmitatib⁹ quateretur, & pe ſecutionum nebulis preſſus fatigaretur: Non exibat de or patientis, niſi verbum mellis, dulce, ac benignum. Suſpir agebat. *ABBA Pater: &, Deus meus & omnia.* Et paucis ante mo tem dieb⁹, tàm B. Angelo, quàm Patribus ceteris, & prima Vrbis Romæ, reſolutionis ſuæ diem enunciabat. *Vado inqu in hortum delitiarum* (pergebat autem corpore infirmus, valetudinarium, Diui Franciſci trans Tyberim, ibidem

& no

non videbitis amplius faciem meam, ſublatiſque in cælum
culis, cordiali affectu ingemuit hæc verba; *te deſidero*,
ambio, *O Paradiſe*, *ad tua feliciſſima regna propero*; quibus
ictis, ille in Infirmarium properans, cum paruo tempo-
e, in cænobio morbidus egiſſet, tandem ſuo more, ve-
it meditabundus, & brachio innixus ſedens, exſpirauit.
nno Milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, vi-
eſimo Nouembris, cuius anima indubiè Paradyſum te-
et, quem tota vita meruerat, & vltima ſuſpiria deſide-
auerant.

EPITOME COMPENDIOSA.

Quorundam in Reformatione Romana Patrum, Vita & Sanctitatis opinione Illuſtrium, (Italico primum Sermone collecta à P. Antonio placentino) modò verò latinitate donata.

CAPVT LV.

QVANTVM delectetur conuerſatione ſimplicium Deus, vt, multis per omnes Religiones demonſtrat fauoribus, ſic peculiari modo, in Seraphici ordinis
titudine, prodigioſis hoc declarat exemplis. Quorum in
equentibus aliqua, ſummis quidem digitis attrectabimus.
rater Honofrius Puglianus, (qui poſtmodum apud S. Fran-
iſcum trans Tyberim, ſanctiori fama diem obijt) inter
lia mirabilia complura, quibus à Deo donatus emicuit:
Nõ vulgare fuit, quod cum aliquandò eleemoſynam collec-

ſturus abijſſet, tranſiens ædes honorabilis mulieris benef
ſtricis, vini ſtipem aliquam exorabat. Mulier autem ia
vrnam vacuam euerterat, reſpondit ergò (quod erat) nc
poſſe gratificari modò, quod vrnam euacuaſſet: Honofri
contrà, Domina, inquit, perge, deprome ex vrna quonia
plenam inuenies, iuit fidelis mulier, atque vrnam exub
rantem comperijt, & expaueſcens, tulit de cæleſti vino, l
beraliſſimam Benefactori ſuo portionem, vas autem Vrn
in tanti ſigni memoriam aſſeruatum vocauit, *Dolium San
Franciſci*, quod etiamnum dicitur aſſeruari. Idem Hon
frius, in Conuentu B. Virginis Gratiarum Sarandigliæ, cu
intempeſtiuo forenſium (ſub noctem) accurſu, non hab
ret in cella (erat enim penuarius) quod hoſpitibus app
neret, magna fiducia ad matrem miſericordiæ, in choru
approperans, rogabat eam, vt anguſtiæ ſuæ, conſilio ſanc
mederetur. Fuſa igitur ardenti oratione, repetit penua
cellam, reperitque vaſa, quibus ad ſtipem itur, optimo v
no repleta. Gratias egit, & bonam, licet ſeram lætantibu
aduenis hoſpitalitatem exhibuit.

Frater Paulus Sicilianus Laicus, ob deuotionem, & a
ſteritatem, eam vulgò æſtimationem obtinuit, vt Beatus v
deretur ille ſibi, cui tritam lacernam eius exoſculari p
mitteretur. Nobilibus infæcundis prolem oratione Sanc
promeruit; Qua die Græcij in Conuentu exſpirauit ſi-
mul & ſpirauit inſolitam ſuauitatem odoris; ſepul-
tus ibidem eſt. Anno Milleſimo quin-
genteſimo nonageſimo
quarto.

VIT

VITA.

Venerabilis Patris Gottefridi Angli, ex martyrum Anglicorum Hiſtoria, deſumpta.

CAPVT LVI.

GOTTEFRIDVS Anglus, Theologus inſignis, apud Francos Galliæ, Seraphico inſtituto Nomen dederat. Is cum feruentioris conuerſationis zelo, Italiā peteret, quà- nque (medijs itineribus) pergendum fuit, magna ſeduli- te, ſicubi perfectior Regulæ Obſeruantia coleretur, in- gans, porrò Almam Romam attigit: Vbi confirmato ru- ore, quem in via de Patrum Cappucinorum laudabili atu, cognouerat, ardens meliorum chariſmatum igne, ſdem acceſſit, & benignè admiſſus, Nouitiatu duran- , quod nobili gracilique conditione corporis eſſet, duis eorum laboribus impar apparuit. Vndè pulſus in- fabili deſolationis anguſtia (fortè ſic ordinante Deo) m ſocio ad Patres Reformatos D. Antonij, Arcis antiquæ omanæ, diuertendum ei fuit, quo tempore Conuentui iſti uardian⁹ erat, egregij Nominis Pater Carol⁹ Flander: huic ulta mæſtitia, dolorem ſuum Gottefridus aperiens, ora- at admitti, in domum ſuam, Obſeruantiæ Strictioris, i nomen & animum olim dediſſet. Guardianus au- m, vt erat homo viſceroſæ charitatis, amplexatus in- antem admiſit, & dicto verbo valedictionis ſocio Cap- ucino, *Noſter*, inquit, *ille eſt, & nobiſcum morabitur.* Gottefri- us ergò conſolationē eam ſupernè recipiens, mirabili fru- tu inter eos effloruit; Et quia pro genuino ſpiritu Seraphici atris ad martyriū propendebat, patriæq; ſuæ hæreſibus in- ectæ medelam parabat, demùm petita licentiā à ſede Apo- tolica, iam abituribat. Prouidiſſimus autem Papa, Suppli- cantis

cantis habilitatem Scrutinio duorum Epiſcoporum ſubm
ſit, qui duplici examine circumſpectè progreſſi, perſonar
Gotefridi ſufficientē enunciarunt: Sed Vicarius Chriſti, n
iſtis acquieuit, verùm ad ſe vocatum Patrem, ipſe coràm v
qualitatē rimari deſiderans, inuentâ præter opinionē ap
tudine, eum multis gratijs, & authoritate ſua donatum, i
Angliam miſit: Vbi cum multos erroneos reduxiſſe
(habitu ſeculari) & ſtantes in fide ſolidaſſet: à quoda
Romæ latente exploratore Anglo, literis deſcriptus,
delineatus, porrò in Anglia detectus eſt; ſtatimque in te
cam cuſtodiā pulſus, liberrimâ lætitiâ, Catholicum, Religi
ſum, & Franciſcanū publicè profitebatur. Tergiuerſanti
autem miniſtris Iuſtitiæ, eumque de vno in aliud t
bunal diſtrahentibus, inſultans martyr deſiderio: *Vt qu*
inquit, *tantæ Iudiciorum indagines? Ego quacunque tyrannide*
ratus ſum mori, tollite moras, quia ecce, quod quæritis, iam ſponte v
obtuli. His dictis, ad ſuſpendium rapitur, & accelera
negotio, & audita, in Campo Londinenſi, mortis ſuæ ſ
tentia, exultans corde & ore, *Deo, inquit, gratias, cui anima*
iſtā reſtituo: dum autē veſtib⁹ foris nudaretur, habitu Fran
cano, & graui cilicio cinctus, repertus eſt: Et ſtans ligatus
furcam, vnam fermè horā concionando conſumpſit: T
dem appenſus, deſiderato martyrio finijt; cuius poſtmod
teſtimonium, honoratus de Clero ſacerdos, (qui actui in
fuerat) & alter ſpectabilis Societatis Ieſu Theologus, pe
buêre Romæ, Anno vno & eodem eius martyrij Milleſi
quingenteſimo nonageſimo Octauo, duodecimo Iulij.

P. F. Robertus Gallus, Doctor egregius Lutetiæ P
ſiorum, aſſcript⁹ in Collegium Zelotum Seraphici ordin
complurib⁹ annis reformatæ conuerſationis vſu, lauda
lis, virtute creuit & añis, ſed potiſſimum charitate, qua
bonū proximi libēter euiſceraſſet ſe, & oculos eruēs dediſ
quocirca & ab omnibus viciſſim dilect⁹ fuit: In Hiſpani

mi

miſſus eſt, quo tempore cõgregatio Generalis inaugurauit Miniſtrum P. Caltagironem; vbi ſanctiſſima morte naturæ penſum exſoluit, miraculis clarus. Deuotio illius in venerabilem Sinaxin ignita & ſingularis erat, qua etiam ſeculares in lachrimas ſoluti compungerentur.

P. F. Sanctus de Ripatranſone, diſtrictus Marchiæ, Sacerdos prædicator eximius, inter viuos, & mortuos miraculis emicuit. Obijt in Conuentu B. Mariæ Morlupi anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto menſe Ianuario, cuius integra vita in lucem breui iam parturitur, quinta nimirum parte Ordinis Franciſci Chronicorum.

F. Moricus Laicus perfectiſſimæ Vitæ, & Regularis zeli, vbi in Agone perplexus hæſit, comparens B. virgo, ei dulce nomen Ieſu aliquoties iterandum voce, in pænam peccatorum impoſuit: quo finito, plenus conſolatione & deuotione in manus Domini animam refudit, apud eundem conuẽtum B. Mariæ Morlupi.

P. F. Didacus Brindeſi, Religioſus ſpiritu continuò abſorptus, & à ſe, omniq; ue creatura auerſus, in omnibus (præter animæ delitias.) inſenſatus euaſerat. Acceptus erat DEO, & angelo nunciante neceſſarium illi fuit, vt tentatio probaret eum, data ſunt illi tormenta multa, quia, dilectus, dilexerat multum: Plaga enim & liuor vlcerosæ carnis, impreſſa illius corpori, tantam putulentiam mouit, vt aerem vicinum inficeret: Obijt longa Patientia, & ſanctitate anno milleſimo ſexageſimo decimo tertio.

Non abſimilia feruntur, de F. Archangelo de Sauona, & P. Iacobo Groſſelo quorum iſte pudicitia mirabili fulgens vitam exegit, non minus mirabilem; alter verò ſacerdos, feruẽtiſſimæ deuotionis, reſpõſo illi facto diuino, per viginti quatuor annos, interno ſolatio (non interrupto) gaudere promeruit: ſed è conuerſo, Angelo collaphizante, ſtimulũ carnis totidem annis ſubire iuſſus, Deo fideli, ſine murmure pa-

paruit; & demum victor miraculoſis actibus multis, exceſſit ad eum qui, *Intetator malorum eſt, ipſeq; neminem tentat, ſed facit de tentatione prouentum, vt poßit ſuſtineri.*

Alios eiuſdem Prouinciæ, ob numeroſam multitudinem ſupergredimur quandoquidem fortè largioti ſtylo, & liberaliori comendatione aliundè vulgabuntur: vnꝰ tamen & alter, aliquali ſaltem indicio præſignati ſunt: ad laudem ordinis, & beatorum memoriam: Venetabilis inquam idē que prædicator excellentiſſimus Pater Nomine Santus, vitæ aſpredine verè ſanctus, qui tanquam Mediolanenſis Reformationis alumnus, euidentibus ſanctimoniæ ſignis ac miraculis, morte ſublatus eſt anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo: octauo Aprilis, apud S. Conceptionis conuentum dictum Caſa maior (vulgò Camaiore) diſtrictus Lucenſis Reformationis Tuſcanæ, cuius Encomia eiuſdem Conuentus benemeritus Guardianus P. Franciſcus à Luca, ex Cuſtodis ſui mandato ſtrictim collegit; nos puncta, breuiore nostâ præcipua libabimus. Ferunt eum ſingulari dono Prophetiæ inſignitum à D E O, vt inter cetera, diem obitus ſui præſcierit, eumque (valedicens auditorio ſuo, & fratribus ac ipſis medicis) ſignato quidem ſepulturæ ſuæ loco alijſque circumſtantijs præſagierit. Poſt mortem cum decem horis exanimis iacuiſſet, oculos patenter aperuit, & eorum ſupercilijs identidem motis, quaſi viueret, aperto viſu permanſit, donec aliorum opera concluderentur. Sanitatum gratia ſanctus non rarus erat, cum leproſos ſolo mortui corporis attactu ſanarit: mutos aliquot, loquela donarit: alijſque malis immedicabilibus infectos reſtituerit. Cinctura Funis illius puerperis maturitatem proſperi partus indulſit, & qui tentationum carnalium æſtu periclitarētur inuocato patrocinio ſancti liberati ſunt, inter quos quædam mulier ſexennio, ſpiritu fornicationis impugnata, conſilio dato votum emiſ-

miſit,ad P. Santum, quod effigiem eius depingi curaret, & imul ac vouit, libidine quoque liberata eſt, adeò vt confeſ-arijs fateretur, ab eo tempore corporis artubus in tantum iguiſſe, vt membris propè mortua videretur, potuit ergò anct⁹ in eo quo paſſus eſt & tentatus, ſimiliter & alijs tenta-is auxiliari. Alter Beatorum, quẽ è copioſo numero, ex-ollendum præſumpſeramus erat B. Bartholomæus Saluti-ius, aut (vſu loquendi vulpato(Saluthius. Verûm quia Bea-us ille multorum per orbem notitiâ commendatus, famam ɛternam emeruit: fortè ſcintillam applicabimus ad lumen olis qui ſplendorem eius, augere conabimur: potiſſimum um iam (doctiori & experta manu) in lueem prodire vita llius expectetur : nos pagellam vnam deuotionis ergò in Aellitum Beatum adimplebimus.

B. Bartholomæi Salutiui ex Ordine Minorum Recollecti ſuccinctum encomium.

BARTHOLOMÆVS Saluthius, ſpiritu Domini facto ſuper eum, cum licentiori aliquando vita in Seraphico inſtituto procederet, Syndereſi animæ bonæ, (quam ortitus erat â DEO) cæpit altioris perfectionis amore, Re-collectorum in eodem Ordine veſtigia conſequi, & com-nixtus feruentiorum Patrum conſortio, docuit is ſequenti-ous argumentis, quanti fuerit in eo, diuinæ illius promo-ionis authoritas. Nam totus miutatus ab illo quõdam Sa-utiuo, Salutem propriam, & aliorum tantis progreſſibus nijt, vt neſciã parem ne habuerit in noſtris virtutum incre-nento: & quoniam in Religione fundum perfectionis tenet numilitas, & hæc abſque humiliatione nullatenus habea-tur:

tur:tantis ille probationis, vexis, ſuggillationibus, & morti-
ficandi ſubornatis ſæpè experimentis (D E I permiſſu
tentatus , ac detritus fuit, vt niſi miraculoſo diuini auxili
nutu , ſupra virtutem grauato ſuccumbendum fuerit
adeò videbantur capita populorum ex clero & foro, in per
ſecutionem eius (tamen valdè ſalubrem) conſpiraſſe. Cun
eſſet Theologus abſolutus, & dulcedine ſermonum gratiſſi
mus concionator, ad culinaria & viliſſima cœnobij ſeruiti
depreſſus , longos annos rigidiſſimo ſilentio aſtrictus fuit
his & ſimilibus deluſus atque exinanitus, nihilominus liber-
tate quadam ſpiritali lætabatur, & gloriabatur in paſſioni-
bus ſuis, ſciens quoniam tribulatio patientiam operetur pa-
tientia probationē, probatio ſpem, ſpes autem non confun-
dat : Interea tamen nullam remoram admiſit ſtudiun
contemplationis eius, & lucubrationum teſtes erunt libell
(quorum diuerſâ materiâ ſupra triginta melliciſſimo
compoſuit.) qui paſſim manibus iam teruntur. Quantis e
nim Beatus ille dulcoribus egit in ſcriptis & loquelis? vt a
nimam peccatricam D E O reuinceret? Quid ſcholâ diuir
amoris illius tenerius animabus inſtillabitur? Quid ver
acceptius Alphabeto ſuo? quo animam peccatoris, balbut
re cogit amoroſam pænitudinem ad ſuum dilectum? & qui
faculâ iſta, quam (lux animæ) deſignari voluit , clarius?
ad ſalutem lympidius? quid alijs eiuſdem opellis deuotius
ſolidius? doctius? & cum in ore vulgi tantus eſſet, domi in ſe
nullus erat: quantis conatibus egit populus Romanus , v
veſtem in publicum comparentis abriperet ? decerpere
fruſtulatim pro Reliquijs abſconderet? & nudatum prop
virum, domum remitteret? & niſi prælatorum cura præp
dijſſet exeundi licentiam; Salutiuus nec de ſalute propri
Inter concurſum plebis, ſecurus eſſe potuerit: tam pertina
erat obſeruantia gentis. Ille verò & impulſum populi, ſicu
alias omnes moleſtias non modo tulit, ſed aliquo ſempe
dona

lonario ſpiritali rependit , infirmitates imbecillium ma-
ernê ſupportans. Alios enim membris malè affectos
eparauit. Alios qui in vanum curam medicalem tentaſſent
norbis expedijt. Alijs qui deſperatâ re humana, derelicti à
nedicis, & proſtrata omnino valetudine iacebant, ſuppeti-
s tulit. Alios qui actibus naturalibus exuti, in dies peius
abeſcebant, omnino reduxit : orbitati omnium fraternè
onſuluit: in ſe tanta auſteritate ſolebat deſæuire, vt quaſi
conductum alienum iumentum, corpus ſuum peſſum duce-
re æſtimaretur: tandem miris omnium virtutum argumen-
tis probatus, ſanctiſſima vita ceſſit Romæ trans Tyberim S.
Franc. Recoll. Conuentu, anno 1617. 15 Nouembris: cuius
exequijs vniuerſa Roma commota, ex affectionis teneritu-
dine accurrit, ſancti fama quotidie mirabilibus augmen-
tatur, prout infra delapſum exigui temporis, alia
chronica, de plenitudine latioris veritatis
eructabunt, & maiori ſtupore digna-
recenſebunt.

Hic Imago 26.

De primordijs Reformationis Ordinis Seraphici Patris, in ſtatum venerabilium Patrum Cappucinorum pullantis.

CAPVT. LVII.

ANNO Domini. 1532 quo tempore Reformationis Romanæ capita prodire cepèrunt. Quidam Franciſcani Patres obſeruantes eorumque princeps Pater Frater Matthæus Baſcius (qui cuidam Sorori Clementis VII. Pontifi. Maximi, ob eximiam deuotionem, & merita virtutum commendatiſſimus erat) ſe, ex prediĉti ſum̄i Pontificis authoritate, & mandato, ab Obſèruantia regulari ſubtraxêrunt, nouumque ſanĉtius viuendi, & veſtiendi modum ſub Cappucinorum nomine, ſpiritu dinino produxerunt. Qui quidem ex nouitate (vt videbatur) habitus, & Cappucij, quod valdè acuminatum deferebāt: Patres Cappucini vocati ſunt; communi fama concurrente, quod ea forma genuina fuerit, B. Seraphici Patris Franciſci, in quo fortè non admodum aberratum ſit; quamobrem magna æſtimatione & ſanĉtimoniæ laude, apud multos nobiles haberi cæpêre; præſertim apud eam Sororem Clementis VII. quorum fauore, & gratia, ab eodem Pontifice fontis columbæ ac Greeij, oratoria, cum quibuſdam alijs. in vallibus, Reatinâ, & Spoletanâ impetrarunt. Huius venerandi Beatiq; Patris, veſtigijs inſiſtens, Pater Franciſcus Titelmannus Belga, doĉtiſſimum quondam Patrum obſeruantium lumen, Reformationis in ordine ſurgentis amore, ad R. R. Patres Cappucinos tranſijt, vbi integerrimæ vitæ laude, eruditionis honore, & ſanĉtiſſimo inter eos fine quieuit. Quorum Beatorum Patrum encomia, aliorumque illius probatiſſimæ con



lamenta locas: decus. et noua Vota mereris.
tamen emoreris. non Nouus, Immò Vetus.

r Cappuciner heÿlgen Standt.
acht diser dapffer mann ins Landt.

(26)

Purius inspicitur dùm Sancta, Titillat ocellos.
Pauperies, Titulo hoc, Vir bone, magnus eras.

Der Titellman mueſs auch lob han.
Weil er die armuett lieb gewan.

ongregationis Alumnorum geſta, noſtro propoſito, colo-
anda non præſumimus, indignã noſtræ ſimplicitatis Deli-
m, tam excelſis in Eccleſia meritis reputantes, ſatiſque ar-
itrati quâ ratione & iſti Seraphicæ domus æmulatores ad
Reformandum, Zelantisſimam interpoſuerint operam,
oſtendiſſe.

Typus rariſsimi, eiusq́; propemodum inauditi ob virginalis pudicitiæ tutelã, tolerati Martyrij à quodam Angelico iuuene Minorita Recollecto, Prouinciæ S. Didaci, conuentus B. Mariæ de campo, prope Binaſcum, cuius nomen (adhuc viuentis iamq; meritiſsimi Sacerdotis) poſt illius fata propalabitur.

CVM Iuuenis ille, Religione ſacer, moribus formatus, habitu corporis venuſtus, candore pudoris ingenuus, pridiè ſolennium D. Andreæ anni 1620 ſtipem (ex mandato) collectum pergeret; Puella quædam ex aſpectu illius (tanquam alterius innocentiſſimi Ioſeph) flammis libidinis vſta, proiecto fæmineo, virgineoque pudore, audaci manu iuuenum pium (quaſi aliquid porrectura) in cubile deduxit, ſocio fratre in forib⁹ dubio ſequẽdi derelicto (nam fallacia præsumptionis, tanta feſtinatione adornabatur, vt ſuſpicionem malignam, maximê foribus apertis, excitare nequierit) vbi ergò pium adoleſcentem ſequeſtratum obtinuit: ſtatim infrunita & petulca vitula, veſanum amorem, inſinuat, & verbis ac geſtis, quaſi vim factura, iuſtiſſimũ Dei amicum adoritur. Is verò in anguſtijs iſtis, & preſſura flammæ circumdatus: aliud conſilium non offendit, quàm vt falleret fallacem. *Age inquit, ne quid interim accidat collegæ noſtro, prius, vbi eum deſeruerimus deſpiciamus*, dumque auſcultat illa loquentem, rata indubiam eius accipere cõſenſionnem, ille
ſaltu

ſaltu facto, camerâ ſe proripuit, animã potius actur' ,quàn
laſciuiam admiſſurus, infrenduit autem illa vehementer, c
ſe deluſam inuenit, & peſtilenti animo ad præſtigiandu
conuerſo, cæpit adornare philtrum amoris, quem concili
ret vna potio, vel ſaltem afferret præſentiſſimam vim viol
tæ mortis. Hæc parata iam erat, & diabolo deuota. Iuuen
verò in Cõuentum rediẽs à primo diſcrimine, & inſultu Sa
tanæ, tergum ſuũ flagellis acuum multitudine textis, diſſu
care ac cruentare primum, dein præoccupare pergit ſupe
riores, non tantum, ne denuò collectum emittatur, ſed vt
loco penitus amoueatur; at, quia ſanctiori vitâ, omnib' cõ
mendat' eſſet, primis inſtantijs Prælati nõ acquieuêre, quod
iuuenilem mutabilitatem ſuſpectam haberent: quinimò d
induſtriâ (maioris mortificationis ergò) ad repetendam ean
dem collecturã adſtringitur (nec enim tam ingentis pericul
malũ iñotuerat) paruit ille in ſpem cõtra ſpem, maximè au
tem Deiparæ ſubſidio ex animo cõfiſus: cõparuit in pericu
loſo loco: ſubitoq; pudicitiæ ſollicitatrix illa, protin' opta
tam ſibi prędã libidinis adeſſe rata, propinat iuueni philtru
amoris, & in conſeſſu mulieculanũ (quæ fortè in abomina
tionẽ cooperabãtur) haurire iubet, minatur, impellit, ſump
ſit ille venenum ignotum; & quantocius horribili dœmon
vexa cõpreſſus, vixdum ſanæ mentis perſiſtere potuit, quod
intuita procax virago præ gaudio tripudium duxit, ſed ill
tamen aurea ſua in B. virginem Matrem cõfidentia, dilab
tur ab ædibus illis, domumq; reuertitur, vbi ſanguinolent
flagris in ſe deſæuiens, intoxicatum malum diſpungere no
potuit: ergò quantũ licuit (in ſenſuũ illa turbatione) Mari
cogitat, Mariã inuocat, nõ receſſit ab ore, nõ receſſit à co
de: & impetrauit ſuffragiũ, nam miſericordiæ mater, dũ tu
multuarent in eum incantati Spirit', & caput eius inclinat
verſus imaginem B. virginis, illidere muro & diffindere n
terentur, Beata Mater ruentem iuuenem puluinari obten
to, ſuo gremio excepit, indé furibundus Satan iniung

mulier

nulierculis vt alicui Virginis Imagini, quam illæ domi ſer-
abant, illuderent: Et figurâ iuuenis ex farinæ maſſâ com-
actâ, nouum genus martyrij aggrederentur; Et philtrum,
c præſtigium nouis incantibus duplicarent, & triplicarent,
deò, vt quidquid huic formæ coactæ deſpectus intuliſſent,
n ipſum præſtigiatum miſellum pertingeret. Itaque à ſum-
nitate pedum illius figuræ, ceperunt eam clauis concidere,
ilaniare, & perfringere, qui ictus omnes, & impreſſuræ
radatim, ipſi quoque corpori Iuuenis in clauſtro, cum ve-
ementiſſimo dolore infligebantur (inuiſibili modo) Ipſa
utem Regina cæli, virginalis pudicitię iſti⁹ amans, quotquot
n maſſa impreſſiones fierent, extemplò illas in corpore Iu-
enis, leniẽdo ſupprimebat: Quæ rabioſa factio, & truculen-
a mortificatio, quarto primum menſe, finita, & faſcinatio-
um nexibus extricata fuit, Nam appropinquante Virginis
nnunciatæ ſolennitate, cum, multis Eccleſiæ remedijs, ex-
rciſmis, coniurationibus, rebuſque diuinis proceſſum eſ-
et, apparens dulciſſima Virgo clienti ſuo (quem dilexerat,
t in miſerijs tenerè cuſtoditum effouerat) diſperſit muſci-
ulam diaboli, abſterſit omnem lachrimam ab oculis ten-
ti, vertitque plagarum amaritudinem, in vberrimam ſo-
tij ſuauitatem, & familiaritèr ei locuta, ſpeciem illi pulch-
tudinis ſuæ, qua donata fuit â Deo, contemplandam exhi-
uit, quod, vt rariſſimè alijs ſanctis (vt teſtabatur ipſa) con-
ngere ſoleret, ſic indubitabile teſtimonium eſſet omni-
odæ liberationis, & futuræ maternæ ſuæ aſſiſtentiæ, quam
ulci afflatu repromiſit. Sed & reliqui, ædis illius Conuen-
ıs Patroni ſancti, oſculo pacis Iuueni dato (vt perſeueraret
dmonẽtes) diſceſſère. Et hæc quidem familiaris affectio piæ
atris eò proceſſit, vt cùm liberato Iuuene, aliquotiès
enſum horarum (ipſi Virgini offerri ſolitarum) ex ſolue-
et, Archangelo Michaele lectiones recitante, eaq; quæ in
ropria perſona Virginis proferuntur. Spiritus igitur Arro-

gantiæ in hunc modum, per Humilem Ancillam Domini cum illuſionibus ſuis eiectus, crepuit indignatione, (potiſſimè quod à B. Virgine coactus, fraudès ſuas detexerit, eaque quæ ad Innocentiam Religioſi Iuuenis facerent, publicè retulerit) Nec eo beneficio contenta Virgo mater, ſuperaddidit alterum, & ſupplicanti Iuueni (nè periret anima turpiſſimæ quondam ſuæ inſidiatricis) annuit Deipara: Subitoque veſana muliercula mirabilibus ijs inauditis lachrymoſa pœnitudine reſipuit, & diuini amoris Philtro inebriata eſt, quæ poculum Diaboli propinauerat. *Ecce quanti momenti eſſe debeat omni viuenti fauor Dei parentis, Virginis amoroſæ, ad ſalutem humanam promptiſſimæ.* Solitus erat Religioſus ille dum ex obedientiâ ad ſtipem emitteretur, priùs Aue nunciare Virgini matri, additis duabus Iaculatorijs iſtis vocibus ad eam. *Mites fac & Caſtos*, quæ verba, tantâ confidentiâ, cum periclitaretur, enunciauit, Vt Reginam cæli è ſolio ſuo (prout apparuit modo) pellexerit. Circumferuntur adhuc in hodiernum diem, à religioſis præcipuis, Coralla cum crucibus, ad Inſtantiam Iuuenis illius (apud Virginem matrem interpoſitam) ab eâdem propriæ manus benedictione ſignata: quæ quo loco teneri poſſint; Matris Dei honor non difficile ſuggeret: Et indicem illa porrigit, in Iuuene iſto præſumendæ maioris Sanctitatis.

LIBER

LIBER SEXTVS,

VLA COELES-
S FRANCISCANA
CRARVM MONIA-
M, REFORMATARVM,
T RE IPSA REFORMATE

entium ; quarum pleræq; mul-
ijſque ſtupendis claruêre mira-
s, tùm apud Diuæ Claræ fami-
m, tùm eas Sanctimoniales,
quæ de Tertiâ Regulâ
nuncupantur.

SERENISSIMÆ PRINCIPI, DO:næ DOMINÆ ELISABETHÆ S. ROM. IMP. ELECTRICI, VTRIVSQVE BAVARIÆ, ET LOTHARINGIÆ DVCISSÆ: D. DOMINÆ CLEMENTISSIMÆ.

AVLAM pauperem Gynecæi Franciſcani, moribus, & rigore, facilè Reformati, Celſitudini V.ræ (Sereniſſima Electrix) vt dicarem, mouentibus aliquot cauſis inductus ſum. Primò quidem, ingratâ memoriâ præteriri non debuit Ducalis illa aliquot centenorum florenorum, ad Beatos noſtri ordinis effigurandos, liberaliſſima impenſa, quã Chronica noſtra (tàm literâ quàm cæſurâ profari valebũt; Ecquid aliud? quàm zelum Principis tantæ, in Seraphicæ Domus Reformationem? Iterum ELISABETHÆ

Nomen, quod, Electorali Serenitati Veſtr
commune eſt, cùm Regiâ illâ Vngariæ fæm
nâ Auctrice Regulæ Tertiæ Franciſcanæ (cu
us in familia, feruēti morum Reformation
modò Rediuiuus Franciſcus exoritur) pra
ſentem materiam dicari Seren.[mæ] Celſitud.
Veſtræ, commouit. Sed & ipſæ nonnulla
eiuſdem nominis, & Ordinis Eliſabethæ, ali
æque, quæ receptis in Virgineo corpore ſtig
matibus Ieſu Chriſti, Franciſcum noſtrum
rediuiuum mundo prodidêre. In quibus nu
meramus ſtupendam Virginem Eliſabetha
Reytenſem, & Beatam Ioannam de S. Cruce
tandemq; Zelantiſſimam Virginē Archan
gelam, quæ quidē omnes, ſtigmatibus à Do
mino decoratæ feruntur, ſingulæ tamen alij
ac patentioribus modis: ſuo Nihilomin⁹ Bea
to Franciſco mamente priuilegio, & Signato
rum in domo Dei præeminentiâ (vt alibi no
tauimus) Aſcenderunt autem eò dignitatis
diuinæque amicitiæ Viragines illæ (quemad
modùm plures alij, aliæque olim ex ordine
noſtro) Solo Dominicæ Paſſionis affectu
quo Chriſto confixæ cruci, penitùs à ſe tranſ
ierunt; quibus *Viuere Chriſtus erat, & mor*
lucrum

ucrũm. Dum igitur Celſitudinem V. Elec-
oralem, præcordiali quâdam beneuolentiâ
n ſignatum Franciſcum, & ſtigmatizatam,
amiliam eiuſdem propendêre,&tenerrimo
more in Paſſionem Domini ferri, publica,
c priuata, tùm ſolennium Proceſſionũ, tùm
omeſticarum deuotionum argumenta lo-
uantur: æſtimaui, vocem, & experientiam
ommunem, dedicatorijs meis, patrocinio
eritatis opitulari poſſe. Et profectò Celſi-
idinis V. Electoralis Nomen agnatum, &
egia Hieroſolimorum proſapia, eidẽ, cru-
s aliquoties duplicatæ ſignacula contulit, vt
uaſi traduce ſanguinis, imò cum lacte Nu-
icis, paſſionis ac Crucis amorẽ ſuxiſſe, dici
ereatur. Tãetſi verò Anagrãmatũ poſitu-
, vulgò, multis ſubindè cõtortis ſenſibus, ac
erbis, & ſępè cũ veri præiudicio, cõbinetur:
men vbi natura rei, & experientia, & fama
ublica, & veritas quæ (Deus eſt) in Anagrã-
ate conſtipulantur: nihil eo ſanctius, nihil
arius, nihil clarius, imò Sibillæ foliũ erit, &
raculum veri, ac verbum ex ore Dei. Nunc
item Electrix Sereniſſima, Nomen Celſi-
dinis V.ræ ELISABETHA, ſerie literarũ
Veriſſi-

Veriſſimum idemque meritiſſimum Ana-
gramma proloquitur, quod hic apponimus:
Exorta Lotharingia: *Imperio Sacro Agnata.*
Bauariæ Electrix: *Throno Hieroſolimæ Auguſt*
Ex eo, quatuor ſine controuerſia colligũ-
tur. Primò celſitudinem V. ab vnâ totius Eu-
ropæ Sereniſſimarũ domorũ Ducaliũ præci-
puâ, exortã, deſcendere, Lotharingicâ nẽpè
Secundò C.nem V.ram Sacro Romano Impe-
rio Agnatam, id eſt, auitis, & modernis Cæ-
ſaribus continuâ ſanguinis affinitate coniun-
ctam. Tertiò Bauariæ quoque Electricem
eſſe, & tanti Principis conſortem, quantũ de-
ſperata ſecula noſtra, nequijſſent optare, me-
liorem, prudentiorem, feliciorem, modera-
tiorem. Quartò Celſ.nem V. Throno Hieru-
ſalem Auguſtã eſſe, id eſt, antiquiſſimo quõ-
dã Auorũ Iure, ac meritis, Terræ ſanctæ Reg-
no, titulo, ac coronâ fulgere; cuius diademat
crucibuſq; Armorum Hieruſalem, in Scut
Ducali demonſtrat, quantum hæreditari
natalis affectu, feratur in Crucem & vener
dam Chriſti paſſionem. Igitur & natura R
& experientia, & publica fama, & veritas i
ſa reuincunt, quàm aptè (nec ſine præſagi
Celſi

Celſitudo Veſtra, nomen ſupernè poſſede-
it (Eliſabetha). Tanquàm exorta Lotharin-
â. Imperio Sacro Agnata. Bauariæ Electrix.
Throno Hieruſalem Auguſta.

Quæ cũ vel maximis clareat terrenis ho-
oribus, vna tamen ſupereminet, in certami-
e Virtutum omnium, animi humilitate, &
iorum pietate, vt diuitias eſſe reputet, Pau-
erem venerari Chriſtum in familia Franciſ-
i, cuius velut Pientiſſimæ Matris, ſubſidia in
uxilio oportuno, quotquot in Boiariæ di-
rictu ſtipem quærimus, indefeſſa liberali-
itis manu hactenus excepimus.

*Celſitudini V. Pauperum Vicem re-
pendet omni genere Felicitatis, qui
cùm eſſet diues pro nobis egenus fa-
ctus, eſt, vt nos illius inopia diui-
tes eſſemus.*

Vita, & obitus Beatæ Eliſabethæ Reytenſis è Diœceſi, Conſtantienſi, Sueuiæ Patriâ oriundæ, Sancti Franciſci Tertiæ regulæ, Virginis profeſſæ, conuerſatione Sanctiſſimæ, auſteriſſimæ, & incomparabilis.

CAPVT PRIMVM.

ELISABETHA (nunc vulgò, Beta) Ioanne Achlero ciu oppidi Waltſeenſis, Anno 1386. progenita, à cunabu lis ad pietatem addicta, creſcens in timore, & virgina pudicitia; Paulatìm, cum oculis, animos, in Religioſos ſacra rum virginum greges coniecit; Placuêre omnes, ſèd delect ex omnibus qui illi præcordia mouit, Ordo fuit Seraphi Patris Franciſci Tertiæ regulæ, Quem cum longis precum inſtanijs, decimum quartum annum agens, obtinuiſſet; d ctu incredibile eſt, quantis mortificandi corporis auſterit tibus cæperit, quibus tentaminum certaminibus conflix rit, quàm indefeſſis à Satana ſtratis tendiculis periclitata conſtiterit: Conſilium inimici erat tenellulam ætate, infi miorique deliberatione pollentem, reducere in veter mundi caulas, donec ibi iudicio matureſceret, id eſt aſſue delicijs veluti viſco glutinata teneretur. Verum adſtipula te Deo, victus eſt, à fragili ſexu, ſuperbus Leuiathan, quique videbatur montes appendere in ſtatera, Virgineâ ſupplantatus animoſitate, proiectus eſt.

De Paupertate, & ſumma inedia Virginis Betæ.

CAPVT II.

ERAT is ordo, quem intrarat Beta Beata, pauperrimus alioquin, maximè cœnobium quod incolebat, vbi tenuiſſimo victu, vix ægrè monialium vita ſuſtentaretur: ideoque cuiuis ex ijs manuum operâ, & labore conſulendũ fuit, Beta conniuente Obedientia, textrinam opellam aggreſſa, improbis laboribus, fatigabatur, vt rem communem domi ſolaretur, at prouentus indè tam modicus emungebatur, vt peræ grè, ſuis alimentis in diem ſufficeret. Acceſſit verſipellis inimici nouum ludibrium, quo nitebatur pauperculam, omni penitus alimoniâ deijcere, nam confundebat ipſe, quod ordinatum erat fuſum, & filum, in textrinâ, vt per longos medios dies nec in ordinem redigi, nec integrum colligi, nec niſi fruſtulatis particulis reſumi potuerit. Vnde Beta lucro ſuo diminuta, cogitationibus angi cæpit (licet hoſtis impatientiam & deſperationẽ ei ſuggerere maluiſſet) vt valedicere votis ſuis, & filum Religionis abrumperet: tamen illa in Domino ſolidata, & in potentia virtutis eius, ſpiritum quem ceperat, non deſeruit, ſed eum ſuum cibum reputans, vt afflicta dolore, cum dilecto ſuo maceraretur; non admodùm ſenſit famem, quæ corpuſculum inane cruciabat. quamuis tanta laboraret inediâ, quanta humanitùs vix ferri valuiſſet, nullum tamen impatientiæ ſignum, à generoſa ſponſa Dei proficiſcebatur. Veruntamen in penuria, famem ſuam hoc modo ſolabatur: reſpiciebat multa cũ attentione, ſi quid Gallinis, ex proiectis ſiliquis ſupereſſet, iſtis in terrã aduoluta, & cõmenſalis earum facta, reliquijs tanquã delicijs, ſtomachũ latrantẽ (ſobrieq; tamẽ) repaſcebat. Similẽ œconomiã inter feles inſtituit, vti iſtarũ ſordeſcentibus eſculentis ſine nauſea veſceretur.

De Fabrica Eremitorij, & Clauſura iſtius Sanctæ, deq́; triennali ieiunio eius.

CAPVT III.

QVIBVS auſteritatibus animaduerſis, Pater Spirituali Betæ (digniſſimus olim præpoſitus Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini prædicti Oppidi Wal dtſeenſis, qui per integros viginti annos, Betæ pœnitentij deſeruijt) inſtitit apud maiores ciuicos huius oppidi, pro do mo clauſtrali, vel potius eremitorio, in quod pudiciſſima il la virgo cum ſuis concederet. Placuit magiſtratui, & inco lis vniuerſis ſancta propoſitio, & certatim inter ſe, ad nouam fabricam conſpirantes, deſtinarunt ei locum vicinum æd Paræciali in oppido ſitæ, ibi clauſuram erexêre, (quæ in ho diernum diem conſpicitur) in quam introducta probatiſſi mæ vitæ Religioſa mater, cum ſua Beta, & paucioribus ali ſororibus; cæleſte quoddam conuerſationis genus exhibu it. Præ cæteris autem ſponſa Chriſti virguncula Beta; qu creſcebat dilectione, ac ſincero dilecti amore, & velut bria deſiderio, cum nil æquè peroptaret, quam ſeruire adhærere ei, quem deſiderauerat; & quanto augebatur a fectu, tanto inualeſcebat rigore, vigilijs, & abſtinentijs in delicatum Virgineum corpus, quodque ſupra modum m rabile, ipſa per tres annos, nullo penitus vſa cibo, cæleſtiu contemplationum dulcedine refecta eſt; nec interim viribꝰ caruit, neque corporis naturali elegantiâ, quin omnium oculis gratioſa videretur.

De

De Fraude, & Tentatione Diaboli, qua, ſtupendè, Virginem, laceſſebat.

CAPVT IV.

QVAMOBREM incitatus Cacodæmon varijs artibus inſiſtebat, quibus ad voracitatem induceret virginem; nam confecto quodam hordeaceo pulmento, oque, ſub ementita ſpecie Religioſæ matris, ad virginem elato, inſtabat, vt ſumeret; vrgenſque inſtruebat eam legimam habere cauſam edendi, non vnam, ſed plures: perlexa virgo (quæ cùm libenter propoſitum aſſeruaſſet, nec imen reluctari mandato matris auderet) tergiuerſari cæit; Et enarrare perſonatæ illi, fictæque matri, multa mirailia, quæ manus altiſſimi in antiquorum abſtinentijs oſtenuſſet; Tres enim pueros ieiunio formoſiores, & robuſtiores uaſiſſe. Moyſem & Eliam, cum tanto emolumento ieiuaſſe. Sic Iudith ſic Eſther, alioſque ſanctos gratiam inculis diuinis reperiſſe. At occultatus Satan, contrà, vrgeat obedientiam, huic eam teneri; manducandum eſſe; acuieuit imperio Beta, ſumpſit hordaceā fraudem, ſtatimque er eandem viam bolos remenſa eſt, & diſparuit Satanas; at la, grauiter infirmari cæpit; accurrit vera mater (vocauet autem illam Beta) & dolenti eam ſermone compellans; unquid inquit, O pia mater, non dixeram, charitati tuæ, bum viſceribus meis non conducere? Ecce refudi, quantū tuliſti, & præcepiſti vt comederem, obediui, & indè graiſſimè ſentio. Mater attonita, hac inſolita nouitate, negaat factum illud, & quod nec faciendi cogitationem habuiſt, vt Hordeaceis pultibus abſtinentiam eius, amabilem eo ſollicitaret. Dæmonem indubiè fuiſſe, cui quidem eſca on eſt, nequitia ſemper eſt. Hoc ergo ſtratagemate Virago eata audacior in hoſtem facta, nullius hominis illecebris

deuinci potuit, vt vel minimum libaret ab eſculentis, qu offerebantur; inuitabatur ad epulas ab admiratoribus, ſi qu poſſet induci, ad manducandum, illa verò clauſa in abſcon dito, cibum operabatur, qui non perit, ſed manet in vitai æternam; & Ieſu ſui præſentiâ ſaturata, non quærebat for refectionem.

De commento iniurioſiſsimo Dæmonis, in Betam Excogitato.

CAPVT. V.

HIc furens Diabolus, nouas technas argutiebat, vt i nocens Beta, turpiſſimæ ſimulationis hipocryſi, for appareret, deluſiſſe totum mundum; Ideoq́uo artii cioſus furcifer, in cellas ſororũ aliarum penetrans, quotqu edulia, videlicet, panes, obſonia, carnes, butyrum elixum, totum quantum ex labore manuum conquiſierant miſercu læ, ipſe clanculùm ſuffuratus, detulit in Cellulam Betæ, vl recondens omnia, dexterrimè ſub lecto, & ſedilibus, alijſ vtenſilibus; innocentulam Virginem in flagranti quaſi cri mine, ream coram toto Conuentu conſtituit, nam ſoror cum matre, demirantes, furtum factum in domo, colluſtra tis ac viſitatis omnibus dormitorij locis, tandem (ſine vlla quidẽ ſuſpicione) cellã Betæ perquirentes, ecce ſub illi⁹ ſtr to totam congeriem furtorum latere: Indignatæ ſorore ſupra quam dici poteſt, quam ſuſpicionem prius de Betâ no luiſſent habere, iam probatam veritatem contra miſeram aſſumunt; addebatur ad cumulum crudelitatis & credulita tis aduerſus innoxiam, quod ſatan congeſta hinc indè puti da purgamenta de feneſtris Betæ profudiſſet, quæ putulen tia, ſimul cum nauſea ſororum, præſumptionem q́uoq́ue i

Betam

etam clandeſtinæ voracitatis ipſis porrigebat; minuebant
rgo ſorores affectum ſuum primæuum in illam, & quam
ridèm æſtimârant, modò vilipendebant; ipſa verò tacebat;
omino cor ſuum aperiens in abſcondito, & neceſſitatem
nproperij calidis lachrimis illi exponens, & cum tam iniu-
oſè pateretur, patientiſſima tamen, magis dolebat de ſoro-
ım inquietudine, quam de verſipelli in ſe commento Dia-
oli ſcommate, remittens vindictam ei, qui nouit innocen-
æ propalandæ media, & tempus, & tempora. Etenim cum
indè ſorores vigilantiori oculo, per omnia eam obſeruaſ-
nt; liquidò fallaciam Dæmonis deprehenderunt, quippe
ım B. illa Virgo, precibus intenta, peſſulum cellulæ ad ex-
ındum aperuiſſe, vix vnquam aut rariſſimè deprehendere-
r: Nihilominus ſatan, more ſuo, ſubſannans, prædam a-
ere de Virgine omninò conſtituit: Nec redire prioribus
olis, amplius, ſed nouo inſtructus aſtu, comparêre; transfi-
ırabat ſe in Angelum lucis, & voce blandâ formata, porre-
oque cæleſti edulio, inuitabat eam, vt comederet. illa
æſentia ſpiritus lucis (quem putabat) mirificè recreata,
olatum cibum, vt, in os ingeſſit, ſubitò natura ſtomachan-
reiecit; quod accipiens Virgo pro omine, cognouit illu-
onem inimici fuiſſe; & orationem cum Ieiunio, pluris va-
re apud optimum Deum, quam Theſauros auri reconde-
. Stetit igitur immobilis in propoſito, & Triennio Ieiu-
orum ſuorum abſoluto. Alteros ad hoc, duodecim annos
ilecto ſuo Ieſu impetrauit, quibus, licet interdùm nonnul-
appoſitis veſceretur, nullâ tamen ad id pellente fame, aut
ppetitione cogebatur: Erat ergò in corpore ſine corporeâ
ole, aut moleſtia, tota ſurſùm aſſueta, & abſorpta in Deũ;
ius laudum præconia tantoperè diligebat, vt in ſingula
omenta, quædam ſuauia in cælum verba pronuncians,
uaſi balbutiendo, & muſſitando, in extaſin raperetur. Pu-
tas virginalis conſcientiæ erat in illa incomparabilis, nec
ſolum

ſolum verebatur culpam, vbi culpa non eſſet, ſed in confeſ-
ſionibus inſuper arguebat ſe, quod in pueritiâ, infantilibu
crepundijs, & nænijs oblectata, in terim Deum ſuo honore
priuaſſet. Quia verò dies cum noctibus memoriæ paſſio-
nis Chriſti inſumeret; Satan inſolentior ſupradictâ permi-
ſione Domini factus, eam flagris, & loris crudeliter excip-
ens, premebat pedibus proiectam in terras, vt fragor à ci-
cumſtantibus audiretur; Et tantiſper auguſtiabat puellam
donec ſanguineus ſudor ex vapulante manaret: ipſa inte-
rim ſpiritu rapta, abſque indicijs ſpiritus vitalis, ſic hærens
cubabat; quoad vſque reuerſam ad ſe interrogarent aſtan-
tes, vbi fuiſſet, quid actum, quomodo ſudaſſet? Et ipſa ſtu-
penda referãs myſteria, aſſeuerabat hoc modo, animam be-
ne defecatam vniri poſſe amplexibus Dei ſui; pandebat et-
am delicias Paradiyſi, cum vehementi Iubilio audientium
nec parcebat lugubri memoriæ extremi Iudicij. Singul-
propemodum oculorum ictibus, gerebat, Ieſum in ore
quem ferebat in corde.

De memoria paßionis, & vehementi com-paßione illius Deq́; Sacris acceptis ſtigmatibus.

CAPVT VI.

NVLLVM operum, exteriorum admittebat ſine part-
culari Ieſu memoria, adeò vt ad colum ſedens, f-
ſumque trahens, imaginaretur vellicationem barb-
& crinium Chriſti, & ſic per ſimilia, ſingulis operibus ſing-
la paſſionis adhibens argumenta. Dum ligna deferret, co-
ſiderabat illa Ieſum Baiulantem ſuam crucem, quo in cog-
tatu, eâ compaſſione mouebatur, quâ compages membr-
run

ū eius luxatæ, crepare inaudirētur, quaſi oſſibus & neruis, pſa deartuaretur; & illius præcordia commiſeratione fati- ;ata, palpitante corde, diffringi cogerentur: non obſtante amen interiori dolore, facies elucebat angelica foris; ſæpè tiam corolla aurea circum, irradiata ſplēdebat. Quid plu- a? meruit & illa, inſigniri ſignis amoroſi dilecti, *nemo ei mo- ſta ſit, iam enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore ſuo portat*, quæ e- iamnum patent aſpectui; & ſenſuum palpationi: & quam- is in viuente, non niſi ſuis diebus apparerent inſignia, tamē erebat occultum, quod omni momento pandere licuiſſet; nter hæc, vtrumque latus, per vices alternas quaſi cuſpide unctum & diuiſum apparens, largiſſimo ſanguine deflue- at, virgineū corpus pariter tanquam diſſectum verberib⁹, ruorem ſtillabat in abundantia, idque potiſſimum ſextis erijs, & in aduentus, ac quadrageſimæ diebus; & quoniam ccepta fuit Deo, neceſſe erat vt noua tentatio probaret eā, nmiſit ei ergo dilectus intolerabilem lepram, qua putens, t deficiens, vel ſibi quoque intolerabilis euaderet, & omni ircumſtanti; addidit illi æmul⁹ Deus horendū calculi cru- iatum, quæ omnia, cum gratiarum actione, & ſpiritus dul- edine recipiens certabat cum probante; proba me inquit Domine, & tenta me, quoniam miſericordia tua ante oculos neos eſt. Teſtimonio verò virginalis pudicitiæ, & inno- entiæ, eam poſtmodum Deus tanta pulchritudine & can- ore membrorum donabat, vt ſtuperent ij qui viderunt.

De miraculoſo fonte, precibus eius impetrato, de morte, & miraculis eius.

CAPVT VII.

CVM autem beata Dei electa, ſanguinis profluuijs, ex ſtigmatib⁹ aſſiduè madefacta, tùm etiam Corpore ſu- doriferum cruorē, ſæpius emittēre, cruentata; non ha-

beret lympham lotionibus ſufficientem; & panniculis rubricatis atque intincto cruore ſordeſcentibus, miſerè au perundem ipſi, aut, propè nouo miraculo ſuccurrendum eſſet, illa, diuino prædocta oraculo, magna confidentia roga aperiri ſcrobem, in altiſſima rupe, ibi inquit fluent aquæ, & ſorores meæ ab oneribus, & vecturis aquarum expedientur. Res prima fronte videbatur populo delirium eſſe, at illa ro gare denuò, ſi credideritis, inquit, videbitis gloriam Dei.

Tandem fodi cæptum eſt, ſpe contra ſpem, in rupe du riſſima, & vix dùm ſuſceperat ictus aliquot ſolidiſſima pe tra cum ſubitò obediens ancillæ Domini deprecanti, obtuli vndam, ſalientem in vſum viuentium, quæ pullulat in ho diernum diem, cuius potatio non modicas quoq; infirmita tes ab hominibus depulit. Demum famula Chriſti faſcijs mortalitatis exuta, circa curriculi ſui annum trigeſimun quartum, in delicias amoroſi dilecti recepta, famã ſanctita tis in moribus, & ſigna crucifixi in membris reliquit, ac mi raculorum ſubito multitudine claruit; cumquè iam ſupr ducentos annos in tomba quieuerit, nullo tamen mirabili genere, ad ſuccurrendum miſeris hactenus defuiſſe, conſp citur, cum ad ſepulchrum eius omnium fere morborum ma la pellantur: illic cæci nati (prout à paucioribus menſib exemplo monſtratum eſt) illuminantur, claudi reparantu oculorum ac dentium dolore fatigati reſtituuntur, paralit ci, membriſque debilitati & inutiles facti, priſtino robo ſolidantur? tinnitus aurium, earumque incom̃oda ſeponu tur: linguæ difficultates abiguntur, ſed & multorum ora ſo uuntur: leproſi mundantur: alijque pruriginum & impet ginũ ſcabie ac pruritu moleſtati, liberantur illic, videre e exuuias morborum dependentes, ſtipites, & fulcra, & id g nus alia infirmitatum argumenta, quæ, liberati, ſanatiqu memoriæ perenni poſt ſe poſuêre: illic Aſylum ſecurum r parationis inueniunt, qui ab induſtria medicorũ deſpera

ſ

ſub dio alium hominem, qui opem ferat, ignorant. Benedictus Deus in ſanctis ſuis, qui facit mirabilia magna ſol⁹, illi gloria & imperium in æuum, beatæ quoque Bètæ ſiuè Eliſabethæ laus, cuius corpuſculum, tanqnam organum ſancti Spiritus, efficacitatẽ, quam viuens hauſerat, modo reſpirat in ſanitatem gentium; quid mens illa non poterit iam ſociata Deo? vnusque ſpiritus cum eo?

Poſt Mala noſtra, tuis meritis, Eliſa, Beata
Beta, tuis precibus duc nos ad Regna Parata.

Hanc vitam ex originali, manuſcripto admodum Reuerendi Præpoſiti ſupradicti (Conradi Kiegle vocati) confeſſarij iſtius virginis fideliter deſumpſimu, &c.

Vita Beatæ Eliſabethæ loper deuotiſſimæ famulæ Chriſti, ex prouincia ſancti Gabrielis diſcalceatorum, tertiaria Reformata.

CAPVT VIII.

VIvit in præſens vſque dulcis memoria, virtuoſiſſimæ ſororis Eliſabethæ Lopeziæ, cui⁹ cum in ordinẽ Seraphicũ pietas eſſet incomparabilis, ſingulari tamẽ beneficio in Recollectos ferebatur. Nata in Villa noua (Bareacotta vulgo) adhuc iuuencula, parentum inſtinctu, matrimonio ſociata fuit, verum diſpoſitione diuina, breui, mariti lege ſoluta, ſicut à teneris annis languebat amore Chriſti, ſic iam ſui iuris effecta, non ſolum adoleſcentis ætatis laſciuiam ſupprimebat, ſed & alterius renouandi coniugij, nec conſilium, nec cogitatum vllum âdmittens, mundi ludibria animoſè reiecit; mox durioribus pannis delectari & tertiæ Regulæ Seraphico veſtiri amictu cæpit quem, quidem dúm vixit non depoſuit; ibat autem procedens nudis pedibus

diſcalceata, nulla penitus cæli obſeruata intemperie, nec ve
recũdata, temporum neceſſitate, habitus detritos conſue
bat, tanta quidem alacritate, vt in mundi vilipendium, &
contemptum omnis honoris, iuraſſe videretur: erat enin
pauperies, quam opulentiam, ſuam reputabat, & anim
deperibat, erat exemplum Ieſu, quo gloriabatur: & Franci
ſci regula quam ardebat. Ceterum vt vera ſancti Franciſc
pænitens audire mereretur: Nulla deſiderijs ſuis nimia fui
aſperitas, nulla carnis afflictio ſatisfecit, itaque creſceban
voluntariæ pęnæ, prout augerẽtur animi impet⁹, vt prodigi
fieret abſtinentiæ, & rigoris, omnibus intuentib⁹. Et tame
ſuper hoc, edomuit corpuſculum, nouâ (quamuis indebita
ſeruitute; fratrib⁹ enim recollectis minoritis ad pedes geni
culata perpetuum famulatus officiũ repromiſit; quod & i
finem ſeruando, & regularis ſoror fuit, & pediſſequa Fran
ſcanorum (tanta quidẽ tantique nominis hera.) Sed ad ch
ritatẽ illam nimiã proficere eam cogebat, quod neſciret qu
fuiſſet, aut nollet, niſi quod modò eſſet, recognoſcere, pr
indè collectis fratribus identidem in ædificulam ſuam, ſe
uiebat vt Apoſtolis, & ipſi Chriſto Ieſu; videbatur ſolicit
dine, & diligentia, & hilaritate miniſtrandi ſæpènumer
vſque adeò præoccupari, vt ſui penitus oblita, ceteris paſc
tibus, non paſta perſiſteret, pauerat enim bonam animan
ſancta ſuorum hoſpitum conſuetudine, quâ neque egeſta
moleſtiam, nec appellantem ſtomachum animaduertere
Habebat hæc Beata, (de licentia) relictum à marito æthi
pem, vernam, & ſeruum, cuius operâ & ſeruitio quidqu
lucri, ſimul & manuum labore inferre potuit, ſancti Fran
ſci filijs eleemoſinæ loco ſurrogabat; neminem amore D E
ſtipem orantem, vſpiam vel vnquàm, ſupplicatione fruſtr
tum dimiſit, ſed etſi ad manus non eſſet, quod erogaret, ſu
plex ipſa in genua collecta ante faciem poſtulantis, orab
Domincam precem, & Angelicã ſalutationem vti ſuper
plac

laceret ſubleuare inopiam eius, qui mendicarat, & ſuam onfuſionem auertere, patiebatur enim remorſum cordis iterni, quod viſcera Domini, membra inquam Chriſti refiere non valeret. Talibus agebat vitam operibus, & cum ianus ceſſaret ab opere, mens in oratione & cõtemplatioe exardeſcens, fumigabat Dei amorem, qui rurſum exuerabat in officia charitatis; quãuis vel in ipſo actuali opere, piritus interioris hominis quietus & modeſtus, nihil à dileti amore feriaretur. Iſtis excãduit inimicus homo diabol⁹, Idcircò dum (fortè cacodæmonis aſtu) in contiguis Beatæ liſabethæ domibus, excitata diſſenſionum tragedia, maiſtratum ad inquirendum compulſſet, iſque ex officio connes vicinos ad interrogatoria ſua adurſiſſet; ventum eſt ad imulam Chriſti, mandatumq; à iudice, bacillo porrecto, vt iper inquirendis iuſiurandum emitteret; illa, in ſimplicitae verè Chriſtiana, querebat quid eſſet quod iniungebatur? eſponſum eſt vt iuraret. Tum ipſa velut eximio terrore orrepta, abſit inquit, quia dum viuo, nunquam aſſueuit iuationi os meum, & quomodo in tantum malum, me miſeam, veſtro imperio compelletis? cùm iudex, mulier, inquit, uî vocaris? illa, reſpondit, vocari ſe ancillã ſeruorũ Chrii: at ille, non hoc quæro, ſed nomen tuum, rurſum iſta, noien meum eſt, ancilla ſeruorum Chriſti, eritque dum ſpiro iortalis; dixerat innocenter: at iudex è conuerſo, quod, iludi ſe à muliere perſuaderetur, pugnum inſignem illi in iciem incuſſit, & ſubitò ſtipendiarijs ſuis imperans, conijcie illam, inquit in carcerẽ, vt doceatur bonos mores modumue agendi coram iudice. Cũ ergò ducitur inſons, colaphis ontuſa, & confuſa exhilarabatur tam vehementi gaudio, t pergens, & accelerans, æſtimaretur ire ad epulas & delicis, ſtupentibus omnibus & commiſerantibus; detruſa eſt utem in tenebricoſum locum, vbi ſatis miſerè culta, nonullis diebus delituit (Iudex nãque qui recens in eas partes

aduenerat) multis nominibus Eliſabetham, ſuſpectã habe-
bat; vel maximê eo quod adeò pannoſam, tritam, ac la-
ceram, maturoque ſenio, conſpiceret, augurabatur aliquo
mulieris genus, quod turpi lucro operam locaſſet, vbi ver
mitius informatus fuit, laxauit pauperculam, multâ com-
miſeratione & reuerentia motus, at illa dolebat, quod ab er-
gaſtulo lætitiæ ſolueretur. Accidit in poſterum, vt in eadem
vicinia ſua, linum in domo pauperis, concepto igne, flam-
mam nimio voracem circum circa diffunderet; quæ ſingu-
lis accolis præſentiſſimum exitium cominabatur. Interim
miſeranda pauperum facies, duplicabat lamenta, & lamen-
tationem; præ ceteris ille, (cuius ædicula conflagrabat) ma-
nibus in cœlum cum ploratu leuatis, querebatur, iam tan-
dem cum miſera coniuge & orphanis filijs pereundum ill
eſſe, non extare medium amplius viuendi: flammam vora-
re in momento quod multis ſudoribus collegiſſet. Miſert
eſt Eliſabetha clamorum; & ſubito, abſtractum à collo pen-
dulum agnum Dei, in medias flammas inijciens, extemplò &
ignem & omnem aduſtionem, vnà cum fumo compeſcui
quod miraculum, licet per rem ſacram adoperatum ma
nibus nihilominus fæminæ ſanctæ, & merito illius quoqu
deferebatur: Ad diem defunctionis illius beatæ, tectum do
munculæ, vbi iam iam felicem animam exhalabat, cœleſ
lumine, & cometa magnifico colluſtratum fuit, qui anima
exſpirantem comitatus ad æthera, teſtimonium dedit vn
uerſo mundo, quàm gratum theſaurum, ſanctumque pig
ad cælos conduceret; exinde quoque Eliſabethæ ſanctim
nia apud omnes increuit maximè in Prouincia Gabriel
Fratrum Recollectorum, apud eccleſiam Deiparæ noſtr
dictam Racomadoris, vbi dum agonem ageret, corpus
ſuum tumulari inſtanter optauerat. (*videatur Ba-
piſta Moles in memoriali. Gonzaga, de
eadem.*)

Vit

Vita venerabilis Religioſæ, Eliſabethæ de ſancta cruce mirabilis abſtinentiæ ſororis, Tertiariæ, Prouinciæ Cartaginis.

CAPVT. IX.

ELISABETHA de ſancta cruce, profeſſa Monaſterij ſancti Franciſci; in Villanoua, Prouinciæ Carthaginis, profundiſſimæ humilitatis fundamento conſiſtens, cõuertione propemodum Angelica fuit; rariſſima quoque abnentia & continentia. Nam ea quæ dabantur communiti edulia, vix libabat ipſa, ſed aſſeruata, pauperibus diertiebatur: diebus veneris per annum, & vigilijs Matris rginis, perindè & longis quadrageſimis; victitabat ieiunio nis & aquæ; nec erat vllum officium, incommodum, vllũ malum, quod corpori accideret, cuius impulſu ieiunia ſtuliſſet. Triginta continuis annis membris debilitata, & auda, nihilominus pertinaciſſimo gaudio, ſubibat obediẽım ſacriſtæ, (in quo quidem munere immedicabile mam illud contraxerat.) ſolebat enim in ſacrarium veniens, adornaret Eccleſiam, ſtrato lapideo pauimento nudipes nnino procedere, donec ſingula decenti ordine comerenr; aſſerebat que dignitatem venerabilis myſterij DEI ſtri, tantundẽ, & longe ampliora mereri. Verùm quia cœbiolum ſuum, paupertate admodum premeretur, vt nec ecentibus ornamentis ad ædem decorandam ſufficeret; ip- Eliſabetha, incuruo licet corpore, & auſteritatum multudine confecta, nihilominus interdiu deſudabat opere anualio, pro communitatis emolumento, totis verò noctius meditando & orando rapiebatur, nec interea ſtratodembere viſa, neque lectis iacere comperta fuit: & cum ec manus ad ueſcendum adhibere poſſet, paraliſi quaſi enitus reſoluta, patientiam tamen eiuſmodi foris oſten-

oſtendit, vt ne facies quidem doloribus alterata, aut rugo quapiam contractione dolens notari poſſet. Cumque ia extrema neceſſitate, lecto accubandum eſſet, vtcunq immobilis per ſe iaceret, rogabat tamen aſſiſtentem ſoro vt reſupinatam ſe modicum è lecto pronam cōponeret ve ſus ſacramentum; vellem (aiebat) experiri, qualis fuerit d cubatio Chriſti in duriſſima cruce, adeò paſſionis amans auſteritatis erat, vt vel effetæ morbis, corpori ſuo non p percerit.

Appropinquante ſoleñitate immaculatæ Conception virginis in pane & aqua ieiunans, orabat ſe deferri ad aud endum miſſam, addendo quod aliam ſoleñitatem illius vi ginis Matris victura non eſſet (præſcia iam erat reſolutio ſuæ.) portata igitur in Ædē, & ſacris expeditis, relata in c lā cum tertiò conceptionis officium ardentiſſimè cōpleſſ iam inquit, finis impoſitus eſt penſo meo, quod debeo, d ciſſimæ Matri virgini; & aperiens os ſuum in gratia, pr dicatioris inſtar, per octiduum integrum de ſermone virt tum, & enarratione ſtupendarum rerum, nequaquam termittebat, tandem laſſa & deficiens, dormite, ait, iam, rores, & requieſcite, non enim noctu, ſed in aurora p dilectum ad emi gradanum vocata ſum, quod probau euentus, nam ipſa Conceptionis octaua, vna ante morte hora, conuocatis ſororib⁹, ſingulíſq; peramanter amplex veniam deprecata commiſſorum, aſſerebat, iam mo pergere ſe in protenſa brachia ſponſi ſaluatoris; cantato taque ad inſtantiam eius, ſymbolo, vultus illius in talem ponebatur iucunditatem, vt Paradyſi videretur ſubintra delicias, quo modo expirans, faciē relinquebat pulcher rima venuſtate conſpicuam, mirantibus vniuerſis; ſepulta fuit in eodem monaſterio, anima inter cælites indubié relatâ, *Blaſius Laguina in ſuo memoriali.*

Vi

Vita Beatæ Sororis Tertiariæ Mariæ Ruiz, eiuſdem monaſterij præmiſſi Religioſæ.

CAPVT X.

MAria Ruiz eiuſdem nominati Conuentus Villæ nouæ profeſſa, zelantiſſima profeſſionis, & paupertatis Franciſcanæ amantiſſima, quantumuis diebus ſuis roceſſiſſet, (numerabat quippè annos octuaginta) nihil tanen, quod ad diſciplinas, & communem auſteritatem per-ineret, remiſit; ieiunia & Regulæ ſuæ, & Eccleſiæ, punctim ſeruans, & ſpirituali quadam æmulatione iunioribus conertans. Hæc vbi ad mortem accederet, rogabatur à ſorore uadam (grauiſſima ſpiritus perplexitate laborante) dignaetur apud eum, cui tam fideliter ſeruijſſet, interponere reculam vnam liberationis ſuæ cauſâ, nec enim ſibi vires ufficere amplius tentationis vehementiæ ſufferendæ, ſic il-a; at Beata, conuerſa ad orationem, priuſquam pergereret iam vniuerſæ carnis, in momento ſorori afflictæ libertaem mali obtinuit, vt ex eo quidem tempore, nec reliquias exarum præteritarum perpeteretur.

Vita & Mirabilia B. Ioannæ de ſancta Cruce, Hiſpanæ Sanctimonialis, Ordinis S. Franciſci, tertij, inter Ectaticas Religioſas Ordinis noſtri, præcellentiſſimæ.

CAPVT XI.

HIc porrò, diffunderet ſe mare magnum miraculorum, ſiquidem calamo noſtro potẽtia fieret fluorem capeſſendi, ſed verò, vt ſtupidi potiùs, quã ſtupentes, ſuper

ſedemus honoribus, ab alijs adumbratis in laudem iſtius beatæ. Quis enim enumeret vel auſteritatem conuerſationis, vel angelica commercia? quibus ipſa familiaris, quotidie fruebatur? Quis edicat rapt⁹, & extaſes, orationum eius. Quis precum efficaciam? certè illius interuentu latiſſimu orbis gaudet orbicularibus globulis & corallis; quæ, à ſummo, ſecundum ordinem Melchiſedech Sacerdote, Chriſto IESV, proprijs manibus ſacrari in cælis meruerunt. iſtis porrò pelluntur febres, dæmonia pelluntur, tentamina fugantur ſpectra deficiunt, ſagæ torpeſcunt: Venena eneruantur ſanitas cordis & corporis inducitur; quorum, aliqua & nos viui ipſi teſtes experti, & viuos alios huius rei aſſertores aſſecuti ſumus. Libelli extant, & vitæ & mirabilium Ioannæ noſtræ, induſtrij quidem & elegantes, illi, ſed ſanctimonia illius beatæ, laus omnis inferior eſt; vnde & nos, tacendo mirabimur, quod alij proloquendo, non ſatis collaudarunt. Viuit modò in cælis veſtita duplicibus, quæ in terris, nuda tis, pedibus, & egens vitam exegit.

Vitæ Sanctimonialium Tertiariarum Diui Franciſci ſororum Beatæ Catharinæ Ruiz & Annæ Sanchez, mirabilis auſteritatis viraginum.

CAPVT XII.

MONASTERIVM, apud Villamnouam Carthaginenſi Prouinciæ, celebre colitur, dictum (Corpus Domini quod continua quadam pœnitentium mulierum a ſpredine florens, inter alias non vltimam produxit Catharinam Ruiz, cuius charitas emicuit, maximè in curandis ægrotis, quarum mores & miſerias, quatuor annis earum, & præfecta & deuota, ſingulariter imbiberat: vndè quotquo

elee

leemoſynas, liberali manu bonorum, excepiſſet, omnes in
ſum infirmorum impendens, nec fratrem, nec ſororem or-
inis, vllâ penuriâ laborare ſinebat, quin felici mendicitate
ıccurreret. Quæ multis virtutibus abſoluta, potiſſimum
umilitate & obedientia, famoſa ſanctimoniæ morte, pen-
ım quoque dierum abſoluit: Año 1515. cuius memoria in-
ːr opinione Beatas viuit, in illâ prouinciâ, non moritura.
laſi. in ſuo memoriali. Gonzag. in eandem.

Vita Venerabilis, Tertiariæ, Annæ Sanchez Sanctimonialis exemplariſsima.

CAPVT XIII.

SOROR præcedentis ſponſæ Christi, Anna Sanchez in eodem Monaſterio, velut lilium germinans, deuotione mira clarebat, mulier indefeſſæ orationis, iuxtaque, œ-
ɔnomiæ prudentia rara fuit, quæ cum earum virtutum, &
:, & opinione, vbique celebris haberetur, miſſa eſt, vt cœ-
obij matrem ageret, ad clauſtrum Beatarum Diui Clemē-
s, cui officio 20. annorum decurſu, ampliſſimis laboribus
: incommodis obſecuta, rediјt, (relicto fragrantiſſimo
ɔnuerſationis odore) in locum priorem; vbi pœnitentijs,
igilijs, & orationum pertinaciâ, fracta & fatigata, diem
ſanctiſſimè obijt, eius pauperculum ſtratum cum paruo ſuo Tuguriolo, ſplendore quodam inſolito irradiatum, aliquandiu multis inſpicientibus apparuit.

Vita Magnæ Dei famulæ Mariæ de fonte, e[x] Tertio, Sancti Franciſci, Ordine, Religioſæ

CAPVT XIV.

MARIA de Fonte, ex valle (de Pegnas Hiſpanicè) g
nus habens, apud cœnobium ſupradictum (corpo
Domini) in Villanoua, mira ſanctitate famoſa fu
inter cæteras laudes primariam tulit, quod paſſionis dom
nicæ, & comprimis ſudoris eius in horto, cultricem aliar
parem non habuerit: Dotauerat eam ſponſus amator, ſo
te valdè bona, principibus nempè & cardinibus virtutu
& in his, feruidiſſimo pænitentiæ & abſtinentiæ *Zelo*, q
bus Nouitiarum Magiſtra meritò creata, æmulas in Chri
multas diſcipulas in medium ſtatuit; Quindecim ann
neque vſa lecto, nec telâ veſtita fuit; viginti annis cu
ſeruijſſet in clauſtro nominato, Matrem eam conſtitu
runt ad Monaſterium, vulgò Beatarum (de Albazete) il
que conſummata, floribus virtutum, cum odore preti
ſo vicinarum gentium, in morbum Eticæ incidens, li
deſperaretur à medicis, immenſum tamen dolorem,
aiebat amore IESV ſui, promptiſſima ſponte
ſuſtinere, qua in profeſſione, Bea-
tum ſpiritum creatori
redhibuit.

Vita Abſtinentiſſimæ monialis, Tertiæ Regulæ Sancti Franciſci, Bernardinæ de Rota.

CAPVT XV.

BERNARDINA de Rota, ad Monaſterium Corporis Domini (ſæpè repetiti) Religioſam agens, pœnitentia, deuotione, & charitate plurimùm nominata fuit, præcipuè ſeruitio in Religioſas vtriuſque ſexus perſonas. Veſtiebatur ſubuculis ſiuè interulis ex ſcabroſo canapo, factis, aut crudioribus pannorum centonibus. Lectum neſciebat, niſi ex ſarmentis inſtructum; cingebatur ad renes chorda ſetoſa, & duriſſima, & ieiunabat omnibus Sabathis, panis & aquæ ſubſidio contenta; Inter hæc perdurabat immobilis in oratione, ad mediam vſque noctem. Cibus alioquin delicatior illius erat iuſculum macrum, & tenue, quod ſuperinfundebat, aquâ ex lotione culinaria, derelicta; ne videlicet ſenſualitatem foueret. Fruſtulis carnium reſiduis à menſâ ſororum, (cum lautè viuere vellet) veſcebatur. Erat ea geniculandi aſſiduitate, ad preces ſuas aſſueta, vt callos belluarum inſtar, in genibus obduceret. Per diem ad telam laboratorio munere, ſeruiebat communitati; Tandem in matrē Beatarum Diui Clementis euecta, ſex annos eidem cum honore & gratia præfuit; mox prælata monialibus Conuentus (de Veas) mortem ſimilem vitæ obiens, ſanctiſſimo ſine quieuit in Domino.

Vita deuotiſſimæ Deo, Euphraſiæ Rodriquiz Tertiariæ Seraphici Patris Prouinciæ Carthaginis.

CAPVT XVI.

EVPHRASIA Rodriquez, Monaſterij Immaculatæ Conceptionis Virginis Matris, alumna (cum ex illo cænobio, (non adeò veteri) prodirent Heroinæ virgines eximiæ, quæ collabentem ordinem repararent, & honeſtate atque aſpredine morum reducerent) ipſa inter potiſſimas Zelatrices, Euphraſia, continua pietatum deuotione promicuit; paſſionis Dominicæ monimentis, aſſidue angebatur, & ſicubi furtim ab alijs, ſolitarium angulum deprehendiſſet; arreptâ petrâ ſatis acuta pectus tundebat, & ingemiſcens, condolendo Saluatori, vocibus & lachrimis ſupplicabat patientiſſimo Agno, quatenus commiſerant miſereretur. Hæc eius erat aſſuetudo perpetua; ſed & illa quod à die Iouis ſancti, ad glorioſam vſque Reſurrectionem, nulla penitus corporis alimoniâ veſceretur. Inter primaria vota ſua, quæ rogabat dilectum, vnum erat, ne longâ tabe eam, aut morboſâ morâ conficeret, vndè reliquæ ſorores tædio fortè afficerentur. Exaudita eſt ergo pro ſuâ Reuerentiâ; Nam cum de more ſuo, quodam die veneris, ſancto exercitio, in paſſione Domini, lamentaretur; tacta grauiori debilitate, cæpit animam agere; itaque ſumptâ quantocius communione ſacrâ, mirabiliter deficiens, altero die Phaſe, in manus Amatoris ſui Ieſu animam efflauit; multa ſanctimoniæ laude, & euidentia, ſepulta eſt eodem in monaſterio Prouinciæ Carthaginenſis. *Blaſ. lag. in memoriali.*

Vita Famulæ Chriſti ſeruidiſsimæ, Mariæ Gonzalez Tertiæ Regulæ.

CAPVT XVII.

MARIA GONZALEZ euſdem Monaſterij, conceptionis Deiparæ (dicti de Veas) digniſſima filia; à perfectione ſumma collaudata fuit: ſiquidem culmen, & ſin illius contigerat, Humilitatem, cum vera charitate; cebatur *vulgo Humilior humo, & terrâ demiſſior*; conſummabar in Domino, duabus actionibus, altera ſeruitiorum promi: altera compaſſionis egenorum. Hoc erat illi commu-, vt alterutro iſtorum munere ſollicitata, refectiones, nitteret; Sed & quibus ipſa reficienda erat, illis ipſis, paueres qualeſcunque ſuſtentabat. Sine lecto cubabat. Et ræterquam totius anni parte ieiunia coleret, tamen & ipm quadrageſimam Sancti Franciſci, quam benedictam ocamus, exquiſitiſſimè ieiunans, addebat flagra & corpos diſciplinas, cum emiſſione ſanguinis copioſa. Sacrariũ cum, quòad vixit, in Obedientiâ ſummâ colens, omnia æ dono, aut mercedis vice illi ex labore ſubuenerant, orndis altaribus impendebat. Quandò autem, iam in fata ncedens, emigraſſet Anno 1577. Confeſſarius eius, tantæ nctimonialis honore commotus, aſſeruit eam & ſanctom albo, & Veneratione terrarum digniſſimam.

Vita Venerandæ Brigitæ Gonzalez eiuſdem inſtituti.

CAPVT XVIII.

BRIGITA GONZALEZ, prioris cænobij incola profeſſa. Tantam ab omnibus vtriuſque fori hominibus, in virtute

tute Charitatis laudem promeruerat, vt ne vix quidem
inter ſanctas eiuſmodi exemplum comperiamus. Nam v
mater ſpiritualis, monaſterij, perplexo conflictans morb
putabatur exſpiratura. Continuò Brigita ad orationem
conuerſa, multâ confidentiâ rogabat Dominum, dignar
tur, (ſeruata matre) ſe in fata conducere. Non enim, ta
intereſſe, ſuam conuerſationem in terris; quanti referre
æconomina illius piæ matris. Mirabile dictu! Brigita, p
oratione, in lectum ſe morboſa recepit; mater verò à m
bo ſurrexit; Hæc longos annos, ſuperſtes emeruit, illa
charitate mortem oppetijt. Vide quantum valeat in hon
ne precante, fides? Et quantum ſpei confidentia? maior
men horum eſt charitas: illa non excidit: ſed cælo maior,
fæminâ triumphat.

Vita zelantiſsimæ Virginis & Plantulæ ordi[...] Sanctæ Claræ, Angelæ Martinez ex Pro-uincia Carthaginis.

CAPVT XIX.

ANGELA MARTINEZ, ex Villa Elchia, Valentiæ Re
progenita, ſub Dominio Ducis Machedæ, diſtrict
Oriſuolæ Epiſcopatus; ſanctimonialis Diuæ Cla
fuit; Et non vltima fundatricum illius Prouinciæ, quæ
Oriſuola prodierunt: Hæc abſtinentia pridem continua
eo ſucceſſit, vt nec carnis vlla edulia, admitteret; At ſo
collectis cruſtulis induratorum panum, illiſque inſipi
quadam aqua liquatis, victitaret. Portionem verò, qua
de menſa communi porrigebatur, (cùm eſſet Ianitrix mo
ſterij) primo pauperi obuiam facto, largiebatur. Ipſa p
pertatis æmula, veſtitu lacero, & penitus attrito geſtie
calc

calceos quoque ſororum vetuſtos, & proiectos, deferebat: lectulus eius vel ipſam ingentem loquebatur inopiam: ſed ad hæc tamen aſperrimo cilicio cincta, reſtabat in oratione à matutinis officijs, ad horam primam, & in terram reponebat fagitatum corpuſculum; aut in ſcabellum ſeu pedale, ſubtus libros chori, non procul ab altari: quo loco ſaxum acuminatum recondens, hoc ipſo macilentum pectus feriẽdo ſauciabat. Accidit quando eam ſorores per ædiculam, ſurſùm deorſum perquirentes, deprehenderunt in ſtabulo genuflexam, & orantem, quã cùm acerbiùs increpuiſſent, reſpondit amicabili voce, eram, inquit, in conſideratione eorum quæ, Beatus Hieronymus ſcribit ad Euſtochium Virginem, ad religioſos mores attinentia; Et meditans obdormiui in caligine: Sed dominus volens vulgare ſanctimoniã dilectæ ſuæ; quantis paſſionis ſuæ contemplationibus abſumeretur: negotium aperuit. Narrauerat enim Angela, matri ſui conuentus aliquandò (indubiè Deo ſic volente) de Monacha, mirabilis integritatis, quæ vehementer inſtitebat apud Deum, vt noſſet, quænam maieſtati ſuæ exercitia, inter cetera, plurimum grata penderentur? hìc, cum bona Angela Reſponſum Domini ſubiungere ſatageret, vertit propoſitum cæptum de Monacha tertia, ad ſuam perſonam; ſpiritus enim linguam vrgebat (ſiquidem illa ipſa fuiſſet, qui reſponderat Dominus & figura Crucifixi) pergens ergò in diſcurſu ſermonis; *Et reſpondit mihi* inquit *Dominus pendens in cruce*; mox pœnitens huius ſententiæ, conata eſt ad tertiam perſonam reducere ſermonem; (nempè & reſpondit ei Dominus de cruce) *nullum humanorum actuum, illi magis arridere, quam exercitium doloroſæ paſſionis*; Mater vero audiens narrationem, & ſciens prodigium locuti Crucifixi, certo certius agnouit, eum, crucifixum fuiſſe, qui è regione, latentis Angelæ ſub ſedilibus, in eminentiori loco propendiſſet. Obijt Angela, dulciſſima mentis cõſolatione Anno 1526. ſecundo

Lib. 6. Vuuu Iulij,

Iulij, corpore ſpirante odorem ſuauitatis quaſi ab Auſtr
Paradiſi; Quare multitudo populorum accurſitans, certa
bat corollis roſariorum contingere ſpecioſam Domini
tàm ſuauè olentem, quæ Virgineis moribus, angelos adæ
quaſſet in carne, nunc ſimilis angelis, mente mergeretu
in Deum. *Blaſ. in memor: Gonzaga. de eadem.*

VITA

Deuotiſsimarum Ancillarum Chriſti, ſororun Franciſcæ Mariæ, & Beatricis, Gerao cognomine, item ſororis Munueræ cum duabus filiabus ſuis: ex tertia Regula

CAPVT XX.

IN ciuitate Loreâ, Prouinciæ Carthaginenſis, Monaſteri Sanctæ Elizabethæ, degebant ſupradictæ germanæ ſor res, Licentiâ quidem, ſatis ampla, & liberrima: adeò parentela earum, (præcauens aliquod malum inpoſterùn Breue Apoſtolicum obtinuerit, compellens, de loco priſtin eas moueri, minorique cum periculo, alibi cohabitare Quare comparata domo: ſeorſùm magna ſanctimonia cl ruerunt; Donec, vocante Deo, honoratiſſima quædam m trona, (dicta Munuera) ambabus ſtipata filiabus, ſororib iſtis ſociaretur: Erat hæc Minuera marito quondam nupt qui Nouitiatus anno deſerto, apud PP. Obſeruantes, Proui ciæ Angelorum, è cœnobio Catharinæ de monte receſſera igitur inter coniuges iſtos remordente mutuà conſcienti & aſſidua ſyndereſi, certatim propoſita ſancta, mota, & ag tata, eos compulerunt; vt quidem maritus ad cœnobiu vetus, ſe receperit, in eoq; ſancta morte conſumatus obier

Muli

Mulier verò cum vtraque prole fæminea, iam dictam domum intrarit. Vbi quinario numero cum laude viuentes, Monaſterium Diuæ Mariæ Magdalenæ conſtruxêre; tandemque poſt paululùm ad vigeſimum numerum ſororum, excreuêre, quæ, vt ſpeculum & ſpectaculum probitatis, vbique locorum, breui concelebrabantur. Inter quas ſoror Franciſca Gerao, Vna de numero Prouinciæ Fundatricum erat, austeritate in ſe deſæuiens, perpetuo cingebatur cilicio; eiunanſque in pane & aquâ, mira contemplationum altitudine, & orationum frequentia proficiebat; raptus ectaticos ſtupendos ſuſtinuit, namque vbi ſtabat in formam Crucis extenſa, & alienata à ſe, neque vellicantes ſorores, neque inclamantes perſenſit, donec impetu maiori, & violenta manu, ad ſe reducta, multis ſuſpirijs reditum eiularet, *parcat inquit ſororibus), parcat vobis benignus Deus, quoniam inquietaſtis me: Et conſolationem ſuſtuliſtis*; Quo ſanctitatis indicio ſuis omnibus commendata, fuſiſſimis earum lachrimis præ gaudio, ſæpius honorata fuit. Interrogata à monialibus aliquādo, quid in raptibus ſuis intueretur? Reſpondit; *peccatrix ſum, indigna ſum, quæ videam Regalia Regis mei, quæ mihi communicat in Excelſis.* In orationibus prima fuit eius, & Iugis inſtantia apud Deum, dignaretur eam experimento doloris ſui quem in vulneribus ſenſerat, vel ſaltèm quem in ſtigmatibus Beatus Franciſcus guſtauerat. Et factum eſt, vt optauit, nam, exiguo tempore ante mortem, immenſis doloribus, cruciari viſa eſt, proceſſionemque cæleſtem contemplata, in eâ Chriſtum cum Seraphico Patre, alijſque compluribus ſanctis, vidit; audijt autem Franciſcum inclamantem ſe, filia, inquit, mea, *Ecce Chriſtum Saluatorem, qui preces tuas admiſit, confide, quia breui Collegio noſtro ſociabere.* Ipſa poſt hæc, ſancta curioſitate ſollicita, accuratius intendebat, in colorem habitus Sancti Franciſci, ſi quà fortè eum ſynceriùs deprehenderet; ſed fruſtra; cùm quod multitudo ſpectaculorum,

mentis aciem diuideret, tùm quod cæleſti nutu, id quod ad rem non adeò pertineret, celaretur; Hæc, vbi morti appropinquauit, cæleſtem commeatum Virginum vidit, vnamque præ reliquis formâ decoram ac proceram (quæ nempè Mater erat & virgo cæleſtis) conſortio Beatæ Elizabetha circumdatam; cui cum eſſet Franciſca deuotiſſima, videretque tranſeuntem vias ſuas, *Siſte, inquit, Mater Domini, iam expedior, vt ſequar te.* Cui Domina noſtra, *in craſtinum exſoluéris a doloribus, ait*; proximaque illius diei hora ſequente, fatalia ſoluit, exſpirans autem domunculam cœnobij, ea compleuit fragrantia, quæ & ſpecimen eſſet indubiè ſanctitatis, & ſororum perpetuæ conſolationis. Neque funebria eius caruêre miraculis, ecce enim, dum exſequiæ illius celebrantur neque ardentium luminum cera conſumitur, neque lychn à flammâ voratur; meritò, iam enim erat ſplendor firmamenti, cuius Iuſta fiebant in terra.

Porrò Duæ huius Beatæ Franciſcæ ſorores germanæ non longè diſparibus claruêre prodigijs; quarum altera Beatum Antonium (Patronum ſuum) ad obitus ſui diem præſentem meruit, Altera, diua Agnete ſorore Sanctæ Claræ, opitulante, conducta fuit; itaque felicē tranſitùm vtræque poſſederunt. Ad extremùm Religioſa Minuera, præſignatum exitum ſuum Angelo docente didicit; quin etiam Mariti (de quo ſupra) mortem, Venerabilis cuiuſdam ſen oraculo, ſed ſubitò diſparentis, agnouit, cuius præſagium ſtatìm, illa moribunda, ſecuta eſt: Adeò vt domus illa ſor rum, & miraculornm paleſtra fuerit, & Hoſpitale ſanctor Et quanquàm de die obitus ſingularum non adeò punctin conſtiterit, tamen certiſſima notitia patet, corpora Beatarum, vno eodemque illius monaſterij loco teneri. *Blaſius, in memorialis. Gonzaga de ead.*

Vit

Vita Beatæ ſororis Helenæ de Lato, vel Latere, dictæ, Tertiariæ.

CAPVT XXI.

HElena de Lato, ex Conuentu ſancti Spiritus Turris
nouæ, Prouinciæ Portugallæ, profeſſa, veſtalis Chriſti;
hoc vno virtutum ſcuto impenetrabili, (quod eſt pa-
ientia) in tantùm excelluit, vt neque tribulationum moti-
us primis, & nec opinatis incidentijs moueretur; infirmi-
atum preſſuras lætabunda ferebat; potiſſimùm autem in-
urſus horrendos vltimæ morboſitatis, exantlabat animo-
è, cumque ſæpiuſculè iteraſſet, illam ſententiam (quicun-
ue inuocauerit nomen Domini ſaluus erit) dicto toties,
ESV, IESV, Animam ab ergaſtulo feſtinantem, prodegit, in
nanus Saluatoris: Reſplenduit autem mirâ lucis circumfe-
entiâ, in morte ſua, & ſororibus vale poſtremum, multis
um lachrimis & deſiderio ſui, reliquit.

Vita Beatæ ſororis Aldonzæ Pantoiæ Tertiariæ.

CAPVT XXII.

ALdonza, monialis cœnobij ſancti Spiritus Vallis nun-
cupatæ (Arrago) Prouinciæ Sancti Gabrielis, tertij
Ordinis, Seraphici Patris; quo tempore, ex mandato
Concilij Tridentini Sorores omnes degentes ruri, à domibꝰ
uis excedere, & intra mænia vrbium migrare compellebã-
ur; multum illa deuota veteri domui ſuæ; cum valida eſ-
et, ac ſana, compellabat Dominum feruidiſſimâ prece ne
alio in loco (eam) quàm domi ſuæ priſtinæ commori pate-

 retur.

retur. Res mira; cedentibus alijs, in puncto, ipſa nouo ge-
nere morbi, adeò infirmatur, vt poſt adhibita Eccleſiæ Sa-
cramenta, ſecundum votum ſuum exſpirarit Anno 1566.
Sorores reliquæ miraculo attonitæ, eam ex deſiderio ſuo, i-
bidem terræ condiderunt. Sed cum in eodem loco, iam di-
lapſis ſex annis, caſu circumfoderetur, & tumulus Aldonſa
detectus eſſet, apparuit illa, non ſolùm per omnia incorrup-
ta, verùm, & tam ſuauem efflauit odorem, vt turba Homi-
num, quæ confluxerat, cœleſti quadam dulcedine refici vi-
deretur, proindeque ſemper ab ijs, & pro nobili ſerua Dei,
& ſanctimoniali Beata, reputata fuit.

Vita Beatarum Sororum, Tertij Ordinis, Venerandæ Franciſca de ſancta Cruce, Mariæ de Ortega, Ludouicæ ſiuè Aloyſiæ Auendagno, Prouinciæ Carthaginenſis.

CAPVT XXIII.

FRANCISCA de Sancta Cruce, fundatrix illa nobilis, Mo-
naſterij immaculatæ Conceptionis Alcazarij, præter-
quam, quod omni virtutum genere luceret, erat tamen
innata quadam regiminis dexteritate, & amoroſa tractabi-
litate, famoſa. Hæc cum ſeptuaginta ætatis annos egiſſet,
nihilominus abſtinentijs, & ieiunijs, vigilijſque, vt quæuis
iunior, inſiſtebat. Noctu ad orationem experrecta, ſtabat
pertinaci continuatione meditabunda, vſque ad multam
diei lucem. Quadam nocte apparuit ei in viſione, Crux v[illegible]
ſplendidiſſima, ſic & longiſſima, quæ ad radicem ſuam in-
frà, canem moloſſum terribilem, & tenebricoſum ligatum
habebat. Quo aſpectu eam præmonuit Dominus; viciſſe
quidem illam, canem diabolum, (qui iam ligatus eſſet) ſed
crucem

rucem nihilominus ipſam manere, ad finem vſque lon-
è protenſam.

Accidit, pro more ſuo, quando ſermonem intenſius mo-
eret de ſuo dilecto IESV, & Seraphico Patre FRANCISCO,
ùm ſubitò extra ſe poſita, lōgo temporis interuallo, mem-
rorum omnium vſu careret: Tum adſe reuerſa, dulcedi-
em, & quietem interioris hominis profari non potens, ſta-
ſtupenti ſimilis conſpecta eſt & miranti. Hæc eſt virago,
uæ monaſterium illud fundamentis ſuis extollens, meruit
idem Anno 1574. bona morte defungi; & intrare ciuita-
m manentem, cuius conditor & artifex Deus benedictus
ſæcula; Reliquæ coadiutrices eiuſdem Beatæ, quarum al-
ra Maria, ſanguine, & virtute cognata illi fuerat, altera
rò Aloyſia in locum defunctæ ſuffecta; paribus ſanctimo-
æ paſſibus incedentes glorioſo fine conſummatæ ſunt, in
dē monaſterio, fama Beatitudinis ſuæ apud omnes quaſi
ctâ, relictâ. *Blaſ. Laguna, vbi ſuprà. Gonzag. de iïſdem.*

Vita præclaræ ſororis Tertiariæ, Beatæ Vrracæ Rodriguez.

CAPVT XXIV.

VRRACA nobilis, & pia Matrona, ex caſtello (de Vlme-
do) Prouinciæ Conceptionis, edita; cum per mortem
viri, vidua, poſſeſſionum, & auri ditiſſima, derelicta,
quando verbum Domini, quo perfectum eſſe volentem,
ndabat omnia vendere, & ſe Chriſtum ſequi, pro con-
ne audiſſet; ſine morâ, quaſi in ſe prolata eſſent hæc mo-
a; poſt Chriſtum pergere conſtituit; ſtatimq́ue mundum
dicans, præcipuaq́ue bonorum portione, Patribus Sancti
eronymi Conuentus, vocati (megliorada) legatâ, exi-
um inſuper Hoſpitale (de Vlmedo) vbi ſex egentes com-
modè

modè viuerent, extruxit, ſed & domum ſuam, in Monaſte
rium commutatam, ſacrauit, dictam poſtmodùm cœno
bium Sanctæ crucis, cætera mobilia ſub haſta quaſi, vænu
expoſita, contempſit potius, quàm pretio diuendidit; quip
pè quæ pretium diſtractæ ſubſtantiæ, totum quantum, n
numeratum, in Chriſti pauperes diffunderet. Quibus in
pedimentis iam expedita, accelerauit ad ſuaue iugum D
mini, habitumque Sancti Francisci tertij Ordinis, vn
cum quinque neptibus ex fratre & ſorore comitantibus,
temque tribus pediſſequis familiæ ſuæ Anno 1491 in n
uo Monaſterio lætantèr aſſumpſit; & nouennario illo n
mero (quaſi nouem choros Angelorum æmularetur.) i
ſtructa, Angelicam potiùs quam humanam vitam exeg
Hìc, illa vidua benedicta in paleſtra virtutum, cæteris co
grediens, ſingulas facilè patientia, humilitate, vigilia,
oratione, ſed imo labore manuum, & quotidiano victu
crifacto, exſuperabat; interim Zelo ſuo, & feruore, bon
forma gregis effecta, æmulandi anſam ijs exhibuit, quę al
quin ipſæ quoque, ſancta quadam virtutum inuidia, præ
tis veſtigia, conſequebantur. Et tametſi, multiformibus i
mici ſtratagematis vellicarentur, tamen adiuuante ſpon
ſatanam velociter ſub pedibus contriuerunt; ſemper de
ceps attentæ, nunquam ſecuræ; non enim ignorabant a
tudinem ſatanæ, & conſiliorum eius. Demum effæta
corpore, & virtute completa, ſancta vidua, in loco
ſuo, quieuit in pace. Et magna ſanctitu-
dinis opinione.

VIT

VITA.

Mirabilis Sanctimonialis Violantæ de Corduba, ex tertio Ordine Diui Franciſci.

CAPVT XXV.

VIOLANTA de Corduba nobiliſſimo ſanguine nata, nobilior autem familia Chriſti. Paſſionis Domini memoriâ tota ſauciata fuit, videbatur hoc vnum agere, t Chriſto, cruci configeretur, erat illa quidem ſoror celeerrimæ Catharinæ Aluarez, religioſæ eiuſdem Ordinis; ed neſcio, an non meritis pluſquam æqualis; aliquandò ſperrima niuium copia præpeditæ ſorores, ſolemnizare, iem Natalem Domini nequierunt, quòd ad matutinas hoas, per niues non liceret procedere (erat enim ædicula . Franciſci, quam colebant, aliquot paſſibus remota) uare mater monaſterij facta iuſſione, voluit preces domi elebrari: Violanta verò, quæ iam decrepita ſenio, dulciſmum IESVM natum, ab antiquis diebus, mirificè celebrat, mærore ſollicitata, ceteris (poſt nocturnos) ad orationē ntib⁹, ipſa in angulum ædiculæ ſe recepit; ſingultibus aens cum dilecto ſuo, quod eū pro merito diei, & voto ſuo, onorare nō poſſet; Et paululùm in meditatione progreſſa, idit Natum infantē Virginis, puellulū magni Dei pulchermū, tamq; eximiā teneritudine ludibundū, verſùs ipſam, præ delicijs abſceſſerit à ſe, rapta in ſpiritu, vbi diutina orâ cohærēs, cum ab extaſi reſipuit, ſub ſtipulato ſilentio, gnatæ ſorori, narrauit mirabilia quæ vidit, nec ante obitū um viſionē illam cum ſimilibus alijs, vllo modo, vulgari ermiſit. Quæ cum fundaſſet eiuſdē ordinis Monaſterium ānctæ Veronicæ (de Murcia) circa Annum 1576, iamue brauium in Chriſto, quod ſtadiū fideliter decurriſſet,

acceptura, Nonagenaria & ampliori ætate confracta, cæle
ſtem Patriam ambijt, mortua eodem 1576 Anno cuius
cellula fumigabat ab odore ſuauitatis admirandæ, & quid
mirum ſpirare odorem in menſura, eam, quæ hauſerat ſpi
ritum ſine menſura? libando quam ſuauis eſſet Dominus
& inebriata à torrente voluptatis eius? nunc immerſa in v
bertatem Domus Dei, & magnum mare miſerationum
eius abſconditur. *Blaſ. in memor.*

Vita miraculoſa viduæ, tertiæ Regulæ Sororis, Olaliæ Gomez Franciſcanæ.

CAPVT XXVII.

Ecce nobis aliam viduam priori (abſit odioſa compa
ratio) non diſſimilem, imò miraculis auctiorem, ſoro
rem Olaliam Gomeziam Anno 1583. florentem; qua
viduata marito, pœnitentiæ culmen illicò deſiderans, com
munibus feruentiorum aſperitatibus non acquieuit, ſed no
uo genere mortificationis inuento, at occulto, calceos quo
ferebat, ſoleâ inferiori ſpoliabat, vt nudis plantis terram al
lideret; Interim ſuperiores circumferentias ad pedem ade
accomodando, vt videretur communi gaudere priuilegio
quæ proprio rigore torquebatur. Quadrageſimas Eccleſia
& ſui ordinis ſancti, victu panis & aquæ decurrebat, nec o
mittebat, eo genere, venerari virginem matrem in vigili
eius: Nihilominus ſic exêſa & debilitata viribus, omnibu
tamèn domeſticis oneribus ſupponebat manum, & hume
ros bona Olalia; neque iſta ſolum, verùm quæ ab alijs vil
tate quadam obſoleta, reſpuerentur. Hoc mandabat ei hu
militas, quâ præualebat. Lectulus ipſi erat mendicitate pau
perior; & illa, paſſionis amore tàm immenſo conflagraba
vt doloris vehementiâ, temperare non poſſet, ab eiulatibu

&l

& lachrymis per communia monaſterij ambulacra ſonanti-
bus, & copioſè manantibus. Ad præcordia duo illi ingen-
tia tubera incumebant, quæ ſibimet duriſſima petrâ, ob me-
moriam paſſionis Domini incuſſerat. Ad hæc, diſciplinis
in ſe, de hebdomada, ternis vicibus deſæuiens, copioſum
ſanguinem eliciebat. Quæ ad extremum grauata Hydro-
piſi incurabili, cum eſſet octogenaria fermè, patientiſſimè
tulit & morbum aſſiduum, & ſororum abalienationem,
tantum ſiquidem ex infirmitate, putorem, in vicina loca
ſpirabat, vt ſororum quantumuis charitate feruentium, nul-
la, vehementiam corruptionis admittere ſuſtineret; quibus
deſolationibus exantlatis, cum iam iam exhalatura eſſet a-
nimam malè habitantem; inuitatis magno clamore ſorori-
bus: ſpectaculum Paſſionis cæleſte, videndum exhibuit, cō-
parentes autem illæ (Deo diſponente) videre inſtrumenta
paſſionis & myſteria omnia, quēadmodùm ſpeculo repræ-
ſentata, meruerunt; vndè, mox teterrimo odore, in ſuauiſ-
ſimam auram conuerſo, videbatur modò putens Olalia, ſpi-
rare paradyſi lilia, qui odor, non cubiculum duntaxat, ſed
omnes veſtes, & vtenſilia, reſque alias quas contigerat illa
viuens, quaſi manu cæleſti affricatas, infecit; ſorores mira-
culo ſtupefactæ, concertarunt inter ſe, veſtium eius oras, &
particulas prę ſcindere (quæ ſanè fruſtulatis minutijs ſibi co-
hęrebāt, perindè ac ſi miſerrimæ hoſpitalis incolæ mulieris
tegumenta fuiſſent) Quibus tamen ſorores poſtmodùm,
multa morborum genera ab infirmis propulêre. Quē-
admodùm vſque in præſens, manus dexteræ ex-
celſi conteſtatur. *Blaſ. Laguna in memor.*

Vita ſimpliciſsima non minus quàm pauperrim Tertiariæ ſororis Mariæ, Monachæ cognomento: ex cœnobio ſanctæ Magdalenæ Alcazarij Prouinciæ Carthaginenſis.

CAPVT XXVII.

MARIA Monacha Conuentus Sanctæ Magdalenæ A caraz, profeſſa digniſſima, tribus eminebat Surcu lis virtutum, oratione, humilitate, & patientia; ſim plicitate verò innocentiæ incomparabili erat, quæ non im merito conferri potuiſſet ſimpliciſſimo ſancto Iuniper per omnia. Ex ſimplicitate namq; ab omni carnis eſu, co tinebat ſe, quod nimia compaſſione occiſorum animaliu commoueretur; Poſtquam ordinis habitum induit comm nis ſororum de ea aſſertio fuit, nunquam peccaſſe lethalit Nec minor erat de illa vulgi opinio, nam populus à mult milliarijs approperans, committebat ſuas neceſſitates d meſticas, & curas infirmorum, ſimpliciſſimis precibus ei benè confiſus de tantâ gratiâ, quæ repulſam apud Deun referre non poſſe, exiſtimaretur; continua quoque in or tione, diem cum nocte coniungens, nihil interim dome corum officiorum, in minimo præteribat. Nemo eam r pentino caſu, iniuria aut quouis incommodo commota vidit, nemo facie turbatam excandeſcere; tota lenitas, mitis actio erat, quæ prodibat à Beata. Conflictationes t men obſtinatiſſimas experta eſt, & aliarum ſororum quo inſtinctus perpeſſa, volentium vti literaturam, cum ſcript ra (quam vtramque ignorabat) addiſceret; quæ, Res eam oratione verſantem acerrimè ſtimulauit. Quarè ad Beati

mar

iam Virginem Matrem, pro conſilio, conuolanti, apparuit egina cæli, diſſuaſit occupationem addiſcendi, aſſeuerans, ullo eam modo illi conducere: ſine dubio, quod iam introſſet in potentias Domini, id eſt filij Dei, vt feliciter, eo doctore, ignoraret literaturam, quæ aut inflare ſoleret, aut occidere. Atque ita, oraculo acquieuit, pergens in ſua Innocentia, & ſimpliciter ac confidenter ambulans de virtute in virtutem. Ad ceteras virtutes accumulabat cum mira abſtinentia caſtigationes corporis indefeſſas, In extremis ſuis adò pauper comperta eſt, vt neque infirmorum neceſſarijs audere volens, ſanctiſſimè obdormierit in paupere Chriſto, Anno 1573. ſepulta, cum opinione ſanctitatis, in Conuentu præmiſſo. *Blaſ: in memor:*

Vita Beatæ Sororis Leonoræ de ſancto Ioanne Nuncupatæ.

CAPVT XXVIII.

RODERICVS de Occampo, Nobilis Granatenſis, Anno 1530. fundamenta locarat Monaſterij Diuæ Mariæ de Angelis, in Granata, quod tamen (cùm is præueniretur morte) per alios obſolutum ſummam manum accepit. In hoc cænobium Tertiariæ Seraphici Patris eodem Anno conductæ, habitarunt ibidem ad Annum 1563. quo, ad Sanctæ Claræ familiam, tranſeuntes, in eodem loco, ſecundam Regulam profeſſæ fuêre. Primam igitur iſti⁹ cænobij Abbatiſſam agẽs Leonora de ſancto Ioanne, contemplatione ſupernarũ rerum, tam potentèr immerſa tenebatur, vt ne quidem alio ſenſu, aliud quidquam cognoſcere putaretur. Nam paſſionis amoroſa commiſeratione, totos ſpiritus vitales in humore lachrimarũ colliquãdo, viſum amiſit; carũculis aduſtis circũ pupillas oculorũ, iiſq; cõcretis; adeò

vt cæcutiens, cerebrum quoque ploratu deſiccatura time-
retur. Interiecto verò puſillo tempore, cæca manens, diem
ſuum obijt Anno 1563. tanto felicior, quanto lympidiori-
bus oculis dilectum viſura, quem tantopere deplorauerat,
ſepulta iacet in eodem monaſterio.

VITA.

Venerabilis Dei *Famulæ Sororis Tereſæ Sanchez, deuotæque Religioſæ Mariæ Gomez, Ordinis tertii Franciſcani Profeſſarum, Prouinciæ Carthaginenſis.*

CAPVT. XXIX.

TERESA SANCHEZ Auctrix fundati Monaſterij, Sanct
Franciſci, de Villa Noua, Tertiæ Regulæ: cum inter
plurimas, quæ, cænobium hoc, primæ introiêre, ipſa
præcipua comitaretur. Vna cum ijs cælitem viuendi mod
exorſa, orationis baſin ante omnia ſolidauit, meditationum
frequentia gaudens, dehinc vſu pauperiore Neceſſitatis, ie
iunijſque, diſciplinis, & vigilijs delectata, cilicia prædura
ad lumbos ferendi occaſionem ſororibus præbuit, ſimul &
cubandi ad terram ſuper rariori ſtramine, modũ inſinuan
Nulla earum, more communi calceabatur, ſed vtentes ca
ceis, funiculis ſuis in ſuperficie cancellatis, inſtar vilium ill
terræ ruricolarum procedebant: aberant telæ, & lintea
domo ſua, & potius ſtragulis crudioribus amiciebantur. F
runt hoc in laudem Thereſæ, & diſcretionis eius, quod i
ſtantibus ſororibus ſubditis, pro veſtitu quolibet, ipſa, ne
petentis Nobilitatem attenderit, nec quantum dotis nom
ne

e in clauſtrum tuliſſet,ſed quantum virtutum acquiſiſſet in
rdine,ponderârit. Hanc prudentiam vel à ſeculo, ſecum in
eligionem induxerat :fuerat quippe, dum matrimonio li-
aretur, in rerum diſpoſitione prouida, ſingula quæque,
d quæ manus extendere ſtatuiſſet, ab oratione inchoando;
nde in læuam fortuna illi cadere non potuit. Habuit hæc
irago inter ſuas ſorores conſuetudine introductum, vt
um paraturæ focum eſſent,ſi ignis ex cote, vnâ & alterâ de-
uſſione,non ſequeretur,mandaret ipſis ab vlterioribus icti-
us abſtinere, Voluntatem enim Domini eſſe præſumebat,
t eo die manerent non pranſæ, quin etiam ſibi à cœna tem-
erarent : quo caſu : panem & aquam delitias reputabant.
uod cum frequentiſſimè illis accideret,Deus egregiam ſo-
rum abſtinentiam aliundè penſauit. Ecce enim pranden-
bus illis, ex pane & aqua ; ſæpius conditiſſimi cibi, è locis
ec quidem præſumptis, obuenêre ; vt videamus quantæ
uræ ſint, magno patrifamilias (qui volucres paſcit inertes)
læ, quæ confidentiâ ſolidâ in ſeruitio ſuo deteruntur. Por-
Maria Gomez, de qua cæpimus dicere, miraculoſis ora-
onibus clara fuit, nam qua die ex Villa Noua, proceſſio
lennis ad eremitorium, quod fontis ſancti nominabatur,
ſtituta eſt, ipſa peditans in communitate, tanto ferebatur
npetu orationis in Deum, vt videntibus plurimis, ampliùs
no cubito de terrâ ſublimata, immobilis in aere, & longo
uidem tempore ſubſiſteret. Cum infirmaretur vltimo
orbo, ex quo conſumpta fuit, abundare cæpit eâ feſtiui-
tis & dulcedinis internâ lætitiâ, quam ſorores continua-
onem vitæ præſentis, non initium futuræ ſuſpicabantur:
uamuis enim conſuetudine ſua, faciem, ſerenâ ſemper be-
ignitate iucundam præſetuliſſet, tamen iſti vultus in diuer-
mutati, maiorem gaudij materiam denunciabant. Itaq;
nfirma, quantùm collectâ voce potuit, habitũ, & chordam
Matre & ſororibus inſtantiſſime poſtulans, aiebat abeun-
dum

dum eſſe, at verò ſorores ob prædictam lætitiã incredulæ fa-ctæ, negantes quod petierat, capta occaſione pedetentim abiere, relinquentes eam prætextu alicuius quietis, aut ſom ni capeſſendi; At Maria illis abſentibus, Animam Deo red didit, illæ redeuntes inueniunt habitu, & chorda veſtitam & tanquam ornatam ſponſo ſuo Chriſto (pro ſuo deſiderio decentiſſimè compoſitam. Habentem quidem manus in formâ crucis cancellatas, ſed vultum hilaritate ſuffuſum qui demonſtrabat reliquias ſpiritalium, quas ſenſerat con ſolationum. Sepulta eſt in eodem Cænobio dictæ prouin ciæ Carthag. *Blaſ. in memor ſuo.*

VITA.

Religioſiſsimæ Sororis Mariæ MugnoZ, ex terti Sancti Franciſci, Ordine, Prouinciæ Carthaginenſis.

CAPVT XXX.

MARIA MVGNOZ, cum aliquot annis Monaſterij Sa ctæ Magdalenæ Alcarazij, profeſſam multæ mod ſtiæ, ac virtutis egiſſet, vehementiori tentation pulſa, Monaſterium deſeruit; verùm extemporè facti pæn tens, magno dolore reuerſa, piaculum, quod commiſerat tantis lachrimis expiauit, vt quaſi glebis ſulcatam facien gereret, & rubedine corroſam, vnde in grauem infirmita decidens exſpectabatur in horas ſingulas moritura, Veru Deus pœnitentia illius commotus, eximijs eam viſionibu dignatus eſt; apparuit illi coràm aſtans Beat⁹ Antonius, cu Ioanne Baptiſta, qui ſolabantur eam, quibus reuerente aſpectis, Maria, Matrem cum ſororibus inclamauit, petijt adeſſet, ad diuinum ſpectaculum, quod cernebatur, & a

præſe

præſentibus illis, ſorores plurimum amatæ, locus iſte ſanctus eſt, & nos neſciebamus, inhabitat in eo, quædam diuina virtus, reuerentèr ergò habend⁹ eſt, *Ecce vobis Beatos Antonium, & Baptiſtam, præſentiâ ſuâ & viſitatione dignantes nos; ſed & hoc reuelatione diuina didici, Dominum magnifacere locum iſtum, quem & Beata Deiparens per ſingulas quindenas benedictione frequētans, inuiſit.* Quod diſagium, veritas probauit ex ore infantium prolata. Etenim duo puſilluli ſexennio non maiores, cum in Monaſterij ſacello nænijs ſuis luſitarent in ſabatho, ſubitaneo correpti metu, per oſtium foras erumpentes vehementi clamore & planctu vicinias impleuerunt, quæſita eſt lachrimarum cauſa, reſpondêre, vidiſſe ſe in Altari ſummo, mulierem nitidiſſimo fulgentem amictu, quæ in eo loco adgeniculata, ipſis tremorem incuſſiſſet, Itaque viſio ſororis huius infantili elogio firmata eſt, per os eorum perfecit laudem ſuam Dominus; Qui, eam trigeſimo ætatis ſuæ anno in cæleſtem patriam euocauit Anno 1533. ipſa in eodem Cœnobio, ſanctimoniâ benè audiens tumulata eſt.

Blaſ. Lag. in memor.

VITA

Deuotarum in Chriſto monialium, Tertiæ Regulæ ſororum, Bernardinæ de monte Maiore, & Eliſabethæ de Rota.

CAPVT XXXI.

BERNARDINA de monte maiore, prima omnium Mater apud Monaſterium Corporis Domini (de quo in præcedentibus actum eſt) cum tranſlata eſſet in eum locū, ex Monaſterio Alcarazenſi, mirabili ſanctimonia Deo hominibuſque commendata, vitam abſoluit; cui mortuæ ſurrogarunt ſorores alteram pietate non imparem, nomine

Eliſabetham de Rota, quæ hoc maioris authoritatis erat quo, melioris patris diſcipula fuiſſet, nam inſtructione pri- dem venerabilis Patris Didaci Ximenij, exemplariſſimam vitam edocta, quotidie prodebat maiora incrementa virtu tum; Hæc per 22. annos matris officio functa, demum ſoli tudinis & contemplationis auida, renunciauit officio. Ve rùm denuo ad idem reſumpta & compulſa, per decem alte ros annos plauſibili inter ſubditas æquitate, deſeruijt; cum infirmis infirmata, cum ſcandalizatis vſtionem in anima ſentiens, omnibus afflictis pia mater effecta, & conſolation promptiſſima, indigentibus vt mater filijs blandiens, afficie batur: Nulli operam ſeruitij denegaſſet. Præ cæteris me moriâ dignis, fulgebat patientia, cuius efficaciam innume ris perſecutionibus æquo toleratis animo, in ordine patefe cit. Finito iam dicto decennio miniſterij ſui, officio ceden omni conatu, in orationis delicias ſe conuertit, tantaque d miſſionis humilitate, præpoſitis ſubiacebat, vt potius nou tia, quam emerita ſoror videretur. Tandem infirmitate conſumpta, ad diem ſanctum Iouis, (cum in palmarum ſo lennijs decubuiſſet) Oleo ſancto peruncta, cum gaudi maximè illius diei Iouis, cui dum viueret, deuotior fuer Animam cælo reſtituit; Cuius facies, mox à morte notab claritate reſplenduit, & cellula piæ ſororis odorum fragra tiâ longo tempore, odorantibus ſolatio fuit, ſimul ac ſtup ri: fortè quod ſponſum floribus ſtipatum, obuiam habuerit, quæ virtutum floribus, per vitam, odorem ſuauitatis exhibuiſſet.

VIT

VITA
Miraculoſæ Tertiariæ ſororis Sanciæ.
CAPVT XXII.

SANCIA, multorum annorum, apud ſorores Cœnobij Sanctæ Magdalenæ Alcarazij, conuerſatione probatiſſima Mater, non vulgaribus miraculis emicuit; primo uidem cum ea terra, ſterilitate laborans, magnam rerum iopiam, & Annonæ difficillimam caritatem inuexiſſet, aeò vt vna mediocris frumenti menſura (Hiſpani Hanegam ocant) tribus aureis vænum daretur: approximatis Diuæ agdalenæ patronæ clauſtri ſolennijs, vtcunque Mater Săa, curâ prouiſionis anxiaretur, mederi tamèn malo, vlla tione nō potuit, tùm quòd inſtantia Feſti præpediret induriam, tùm quod communitas plebis, quæ annuatim hac ſonni die, liberaliter ex cœnobio tractari ſolebat, omnem ius monaſterij opulentiam (ſtante Annonæ coniuncturâ) mium excederet. Sancia igitur conuocatis ſororibus, exnit, aliàs communem neceſſitudinem, vetat inuitari, quēiam ad ſolennia, in culinâ quoque parcius agi iubet, & ne prà ſex dicti generis menſuras, ex farina pro coctura paim, aut farinaceis edulijs inſumerētur per hebdomadā; ictiſſimè, idque crebriùs (futurorum præſaga) præmonuat. Iàm enim inquit, nec eſſe panem in ædibus pro comoda ſuſtentatione ſororum. Sic mandauerat illa, ſed polus veniendi conſuetudine roboratus, etiam non inuitam ſe, ad ſolennia ingeſſit. Res mira! turbari Sancia, prorare ad orationem, ad eandem ſorores inſtigare, vt Deus æſenti neceſſitati adſiſteret, perrexit. Itaq; admiſſis hoitibus (qui ſupra ducentos collecti erant) appoſita ſunt æ ex ieiuno Monaſterio corradi potuerunt: & manducarunt illi, & ſaturati ſunt omnes; nec quidquam defuiſſe ex æteritis annis deprehenſum eſt, ſed imò reliquiæ & frag-

menta, ad carceratos, mandante Sancia, in abundantia d
nata ſunt. Et panis ex diuino Conuiuio reſiduus, ſuffeci
conuentui, ad ſexdium optimè repaſcendo. Ipſa Mirabili
Sancia librabat aliquandò ceram in ſtaterâ, (quæ candeli
miſſarum deſeruituræ erant) & cùm ad nonnullas candela
feſtorum, vigiliarum, & mortuorum officia, longo trac
miſſarum celebrarentur (ſtupenda Res) neque ceræ ſtill
diffluxit, nec menſura minuta fuit: quaſi ignis vim natu
ſuæ, ad inſtantiam Sanciæ penitùs amiſiſſet. *Blaſ. lag. in me*

Mirabilis Oſoriæ, Sororis Matris eiuſdem Cœnobij.

CAPVT XXXIII.

OSORIA, ſupradicti Monaſterij præpoſita Mater, n
abſimili liberalitatis manu ſupernè benedicta, pan
paucos, multiplicatos diuinitus emeruit. Cum eni
ſorores pinſendi panis cauſa, collaborarent in maſſâ ferm
tandâ, & coarctandâ: eam ſatis exiguam ad cocturam, ta
iam diſpoſitam in grandiori vaſe relinquentes firmiter
pertam, ad ſua redierunt. Vbi tempus aduenit (quo mate
aliquantiſper augmentari ſolet) reuertentes comperer
vas (latiſſimum) plenum maſſâ fermentatâ & paratâ, in
ollę bullientis ad ignem, copioſam materiam panum hùc
lùc diffundere; vt conſtringerentur ſorores ad colligend
ſuperfluenten maſſam cæleſtem nè periret, totum Conu
tum in auxilium adſciſcere: Indè panes innumeros comp
gentes; vt gratis acceperant, ſic gratis & effuſè in pau
res complures eleemoſynam erogarunt, & tantundem
in reſiduo remanens, alendis ſororibus, multis
temporibus, abundè ſatis fuit.
Blaſ. vbi ſup.

VI

VITA

Honorabilis Tertiariæ Sororis Catharinæ Ciaulinæ (Italo ſermone collecta quondam à R.P. Antonio Randezio, Ordinis Minorum Reformatorum, in proceſſu ſuo) in Latinū conuerſa iam modò.

CAPVT XXXIV.

CATHARINA Ciaulina parentibus honeſtis, Ambroſio Ciaulino, & Matre Margareta Lamotta, prognata; Naturali ſeminario Virtutum in lucem veniſſe videatur, tanta inerat Iuuenculæ pudoris honeſtas, tanta Nauſea liſſolutionis; fugit illa vel otioſum admittere verbum, deoque cum rarioris, & ſolidæ eſſet loquelæ, conuerſatioiem quoque vt impedimentum acceptæ virtutis, omni viâ leclinabat. Flexibilis illa ad nutum parentum, & ſuauitate norum tractabilis, omnium animis gratioſa parebat, deuoionalibus rebus mirè prolecta, comitabatur matrem in frequentatione Sacramentorum, ſpiritualibus perſonis libener adhærens, velut apis argumentoſa, mel de bonâ conuerſatione, collectum, animo ruminabat; Timorata ſemper, anquam à facie colubri fugiebat peccatum, hæc & ſimilia, um eſſet puella obſeruabat; Cum autem maturioris ætatis nnos viginti attigiſſet: ſurrexit animo ad altiora Dei ſui eruitia, potiſſimum autem applicuit ſe ad orationem menalem; cuius bonum deſiderium, Doctor ſpiritus ſanctus, reui ſpatio, multis compleuit illuminatæ vitæ perfectionius, & contemplationis ignitis amplexibus, Vt autem prorij ductus errore non falleretur, admiſit inſtigante ſpiritu, uiuſdam probatiſſimæ fæminæ ſpiritalis magiſterium, qua locente cognouit omnium orationum Baſin in doloroſa

paſſione dilecti Ieſu, ſtabiliendam eſſe: prӕterea cùm inte-
rioris tum exterioris hominis mortificationibus attentè va-
candum. Nec fuit auditrix verbi inanis puella ſancta, qui
ſtatim manu operi admota, mortificare ſe, ieiunare ſæpiu
alijs, ter per hebdomadam pane & aqua viuere, ciliciun
ferreum acutum corpori adſtringere, debilitatum corpuſ
culum vigilijs eneruare perrexerit. Quibus auſteritatibus
diſcretio confeſſariorum, modum deniq; per obedientian
ponere coacta fuit, cumque oculus ſit animi index, ipſa vir
guncula neminem vnquam facie conſpectâ, cognouit, ſe
modeſtiâ virginali, vultum in terram demittens, Verecun
diam hominis interioris oſtendit, quod, is in cuſtodia ſtare
nè oculus deprædaretur animam eius, proinde Teſtimoni
ſpiritualium Patrum, Conſcientiæ puritate ſingulari ſempe
enituit. Nec cum tantæ virtutis eſſet, pepercit loris & calca
ribus ad flagella defixis, quibus in ordinem carnem ſuam re
digeret, ſæpe vberrimum ſanguinem è tenello corpore
demungendo. In communione per hebdomadam frequen
tior erat, quam lachrimis aſſiduis irrigabat. Nec minus
affectum habebat oratio ei⁹, quam niſi profluuijs oculorun
humectaſſet, oraſſe non videretur ſibi. In paſſionis exerci
tio & memoria ſtetit ſæpenumero multis horis immobili
tanquam ſtatua inſenſata; cumque mater eius naturalis eg
ſtate premeretur, ipſa comprehendit fuſum, & labore ma
nuum ſuarum Victum matri quæſiuit, & domeſticis eiu
Hæc patrabat in ſeculo, ſine obligatione, & vllo voto, qu
non, ſi ſub vmbra Religionis victitaſſet, à ſancta virgine e
ſpectaretur? mouit ergò cor eius, ſpiritus Domini, vt relict
omnibus, in perfectione dilectum ſequeretur, Vndè non
ſuſpenſo deſiderio, nec dubio conſilio reſoluta, habitum
tertiæ Regulæ apud ſorores reformatas, expoſtulans, dila
ſpe (eo quod, Patres eam admiſſuri, de flore eius ætatis per
culoſo, ſatis ambigerent) primum non admiſſa fuit: ad I

ſtantia

tantiam verò continuam, vbi conuerſationis peractę maio-
em, ſuperiores, imbibêre notitiam, Virginem ſuſceperunt:
Admiſſà iam deinceps pœnitentijs quoque increuit; ſubu-
ula delicatæ Virginis nō linum aut lanum, ſed potius ſaccus
rat; Quæ tantum in oculis ſuis humiliata viluerat, vt nec
llius penſi & ſe & ſua coram Deo, & mundo faciens, impro-
erium exſpectaret Cor eius & miſeriam; Interim alijs, &
auperibus maximè, dum ſuccurrere non liceret, compatie-
atur. Paſſionis amatrix, deſiderabat à Domino, perſentiſ-
ere aliquem paſſum doloroſæ tribulationis eius, quicunq;
im eſſet, ex nimiâ illorum multitudine. Et certè cum non
eſſaret orare, merita fuit audiri, merita compati, ac conſen-
re: Erat enim quando (in die Veneris Anno 1618. qno in-
iderat Feſtum Apoſtoli Thomæ) moroſa cogitatione, co-
am Venerabili, in Coronatione Domini, abſorberetur, vbi
npetus compaſſionis tantos attrahebat, vt irrepens quidā
iſolitus dolor, circa tempora, & craneum vtrumque capi-
s eius, in immenſum pedetentìm augeretur. Animaduertit
gitur, ſe coronari cum dilecto: itaque Matri ſpirituali aduo-
atæ aſſeruit, non eſſe, cur ſe ob morbum ſuum ad medica-
a conferat, ſic enim, vt pateretur, ordinatum eſſe à ſupre-
no medico. Doctoribus itaque medicinæ comparentibus,
um rubore, diſcedendum fuit, tàm quod malum, ignorare-
ur, quàm quod medela longè minus in promptu eſſet: Hæ-
t, ſic, internè coronata, vt prædixerat ſeptendecim dies ac
octes, in ſpiritu læta, quod voto ſuo frueretur. Interea con-
emplatione non carebat, aliquando enim: Oculis in cælum
oniectis, ſic obriguit in ſtrato, abſque vlla commotione &
enſu, vt circumſtantibus expiraſſe videretur. Reuerſa por-
ò ad ſeſe, & conſolata Conuentum vniuerſum, prædixit
iem, meridiem, horam mortis ſuæ; Vndè confluentibus
atribus minoritis ſub noctem, ipſi periclitanti, reſpondit
n meridie decedendum ei eſſe, pergerent modò in quietem
ſuam;

ſuam; Vaticinium quoque veritate ſecutum eſt. Nam Añ
1616. Nona Ianuarij, cum viſitaretur à conſanguinea, illa
iam valedicens recedere pararet, mane, inquit, nobiſcum
fæmina, quia ecce iam appropinquat hora (erat autem m
ridies) qua reſoluemur in diem æternitatis, dixit, & Agon
cæpit, extinctaque eſt (prius quidem Sacramentalibus ſec
rata) quemadmodum candela exſufflatur, leniſſimè & ſa
ctiſſime; Eius caput demortuæ fertorum floſculis, & quo
virgo eſſet, & cum Ieſu coronata, mirificè comebatur, cui
feretrum tanto cum gaudio (non dolore vt aſſolet fieri)
clero baiulabatur, vt apparatus Nuptialis, potius quàm l
gubris actio putaretur. Sepulta eſt cum honore, in med
Eccleſiæ; quæ iam inter medios choros Angelorum exult
in cœlis, pennis columbæ deargentatæ, volitans, po
aureum dilectum, quocunque ierit ad vitæ fontes aqu
rum.

VITA

Pudiciſſimæ Virginis Sororis Archangelæ ex Tertio Sancti Franciſci Ordine Reformatæ.

CAPVT XXXV.

ARCHANGELA, cognomento, Tardera, ex ciuitat
Raeza, Parente Petro Tardera, matre Vincentia d
Mutinis, ambobus diuitibus, ſed Deum timentib
nata, qui copioſam ſobolem ſuam, quam, Deus morte cu
ijs partiebatur, iacto pietatis fundamento mirificè inſtruc
omnibus bonis commendauere; inprimis deuota mate
quæ tribus filiabus & vno doctore filio ſuperſtitibus exe
pl

plar integritatis viuum exhibuit, filiabus autem vigilantiſ-
ſimo inſiſtens oculo, lineam probitatis adeò ad beneplaci-
tum Domini exactam præſtituit vt nullam ex his, in
quietem lecti concedere permiſerit, quin prius depura-
ta conſcientiâ, nocturnam de Paſſione Domini meditati-
unculam præmiſiſſent. Ornatum filiarum con compſit
auro & argento, & capillaturæ vanitate (de conſuetudi-
ne matrum) ſed ſtatus ſui, & honeſti, conuenientiſſimo
temperamento, (& quod caput eſt in virginibus) vere-
cundâ morum ac modeſtiæ compoſitione. Exeuntem
Matrem ad ſacrificia, comitabantur & filiæ, moranti
domi ſuæ, commorabantur & illæ; iam enim imbiberant
ſanctum humorem matris, & matris actio erat earum in-
ſtructio. Ceterùm marito mortuo, ſancta Mulier ordinem
Seraphicum Tertium ingreditur, apud Reformatos, ſecu-
ta eſt parentem, maior natu filia Archangela (de qua no-
bis ſermo) & 17. ætatis anno Chriſto inaugurata, traxit
& alteram ſororem Lauriam nomine ad ſeruitium Chri-
ſti, ipſa verò Archangela pœnitentijs ingentibus primor-
dia ſumens, Magiſtram ferè ceterarum in virtute profite-
ri valuiſſet. Caſta, pudica, verecunda, & vilioribus con-
tinuo gaudens, amiculum lineum nunquam agnouit,
quinimo deferuens in membra innocentula, diſciplinis &
cilicijs, exteriorem hominem edomabat. Communione
crebrius, ſed attentius vſa, cæteris amandi IESVM ſtimu-
lus & anſa fuit. In Paſſionis memoriâ tota recondebatur,
adeo, nec corporis victum reputans, à carnibus abſtinuit,
& ab omni vino; panis & aquæ fomentis ſatis ſuperque
refecta. DEVS autem patientiæ qui dilectas in paleſtra dolo-
rum, velut aurum in igne, ad purum ſcorijs abſumptis exco-
quere cōſueuit, immiſit egregiè famulanti, & ex nimia du-
ritia vitæ deficienti, morbum cum dolore immedicabilem:
Doctor medicus, qui Germanus frater illius erat, per quin-

quennium integrum, medicinas, vt pretioſas ſic & præſentiſſimi remedij, exhibuerat, ſed in caſſum omnia, itaque re deſperata Archangela in manus committitur Seruatoris; qui morbum immiſerat, aut ſanaret aut tollere de medio laborantem, pro volutate ſua, in qua eſt ſalus & vita.

De patientia inæſtimabili virginis Archangelæ.

CAPVT XXXVI.

ADIECTI ſunt ad doloris augmentum iuſtiſſimo Deo ſic ordinante, adhuc vnus annus & viginti, quibu in amaritudine ſuprema deficiebat caro illius: verun tamen per 21. annos, & priores quinque, id eſt per vi ginti ſex annos, quibus cum morbo intolerabili confli xerat, verbum impatientiæ non prodijt ex ore eius, no ſignum, aut nutus, vllaue muſſitatio, cum tamen (vt fieri aſſolet) in ſeruitijs & edulijs circa pauperem afflic tam, multoties, licet citra culpam, committeretur. Ne que hic malorum terminus hæſit, verum quatuor v quinque annos ante mortem, denſiſſima cæcitate percu ſa, amore dilecti inuicta permanſit: Cum antea ferè tribu annis cæcutire cœpiſſet; viginti annis clauda & manca paululùm de lecto prodire, & cæſpitare offenſo greſſu va lebat. 21 annis ne loco moueri potens erat; Hæc omnia & maiora, dulci nomine IESV ſæpe repetito ferebat, gloriabatur cum Apoſtolo in infirmitatibus ſuis; Nun quam orationem aliquam, ne quidem deſiderium adm ſit, inſtandi pro liberatione intolerabilis mali quo pr mebatur, ſed grates habens, dignationi diuinæ quod vi taſſet eam, toto ſpiritu exultabat, ſciens voluntatem D

mi

mini regulam eſſe iuſtitiæ, & quod ſi ſocia paſſionum fuiſſet, tandem futura eſſet & gloriæ, itaque ſtabat animoſa reſignatione, prona, ad quodcunque imperium ſponſi ſui, quo pacto gaudebat multitudine pacis, tanquam in roſis & floribus verſaretur.

Et cum eſſet omni iure, & obedientia prærogata, ad corporis aliqua ſolatia ob infirmitatem admittenda: Nulli tamen omnino ſenſui (quos omnes freno mortificationis cohibuerat) blandimentis quibuſſibet condeſcendit, quin potius morbo durante, ciliciorum cruciatus dolori ſat vehementi ſuperadderet.

Tantà in pupillos & oraphanos pietate ferebatur, vt ob viſceroſam propenſionem, plublicè Mater orphanorum diceretur. Subueniebat ijs omni modo, & medio, & ordinarijs vijs deficientibus, etiam res ſacras ab altaribus, eorum neceſſitatibus impendebat.

Pro tribulatis & afflictis preces Quadraginta horarum in oratoriolo inſtituens, incentiuum ſanctum erat mirabilis ſequentis deuotionis, cum omnes qui in afflictione poſiti reperirentur, ſpe de cælo venturi auxilij, & vocati & non vocati, ad Angelicum illud precarium contenderent. Vbi & multi deſideriorũ voto potiti, feliciores rediêre. Porrò, Miraculum, erat Lingua, huius virgunculæ, maximè in conciliãdis, quorũcunque animis; coniuges Zelotypos, aut mutuò diffidentes tam potenter reducebat in vnum, vt quilibet occultam energiam ſpiritus ſentiens, manum & mentem conciliatrici ſubderet exhortãti.

De Mirabilibus ante & poſt mortem eius editis.

CAPVT. XXXVII.

AD Eam tanquam ad oraculũ, ab omni terra proper- batur. Illi, qui dubijs rei ſuæ agendæ conſilijs fluctu- bant, ſtatam certamq́ue ab illâ Reſolutionis ſente- tiam obtinuere. Qui perplexo deſperationum barathr- periclitabantur, vt eam audiſſent, ſubitò reſipuerunt Quiq́ue alio quouis animi languore aut tribulatione mac- rabantur, copioſam apud illam conſolationem recepere Omnes votorum ſuorum facti compotes, ad propria cun- lætitia commearunt.

Frequentiores illa raptus, ob vehementiam flamma- tium precum ſuſtinuit. Quodam Natali Saluatoris, ectati- facta, abſq́ue motu & ſenſu, Vidit puellulum Ieſum rece- natum, reclinari in præſepium; quarè teneritudine medu- litus illecta, & ſupplicabunda, obtinuit puſillum dilectu- ad oſculandum, fixiſq́ue mellitis oſculis, ad ſe reuerſa, ſpir- bat oculis blãdis diuinam adhuc reſiduam ſerenitatem, qu- ex commercio infantis Dei, contraxerat.

Proceſſit autem adeò in paſſionis ardore, & affectu n- mio, donec tandem, gratioſa dignatione Crucifixi, quinq- ſtigmata in corpore ſuo patentia, reciperet: Qua de re e- tant inquiſitiones in forma proceſſus habitæ, quæ videri po- ſunt apud Venerandũ Patrem ſupradictum Antonium Ra- dezium Minoritam Reformatum. Et patet ex famâ public- vti mox dicetur. Non quieuit tamen in amore Beata Arc- angela, tametſi iam Crucifixi inſignijs (quæ occultabat fruereтur, ſed inſtantius agens cum dilecto, geſtiebat & ict- plagarum eius experiri) factum eſt ergò, & tot preſſuris, to- ſionib⁹, plagiſq; in corpore etiam apparentibus diſcuſſa fui-

V

vt ſpiritum quantocyùs actura timeretur, iacebat vix ægrè aerem ſpirans, velut deartuata, & bonis fuſtibus delumbata, tamen neque ſic exſatiebatur, vtique ſolus ignis amoris eſt, qui nunquam dicit ſufficit perindè nunquam extinguitur. Verùm dilectus fideliſſimam ſeruitutem filiæ ponderans, ſtatuit coronidem ponere laboribus eius. Reſponſum igitur mortis accipiens à Domino, Nunciauit ſororibus, quo die ab ergaſtulo reſoluenda eſſet. Diſponens ideo domui ſuæ, poſtquam Prophetico ſpiritu innumera, quæ facto probata ſunt, prædixiſſet, Sacroſanctis Eccleſiæ munita Sacramentis Anno 1608. cum ſexaginta compleſſet annos exſpirauit. Cuius mortem ſtatim miracula inſecuta ſunt, implorarat illa viuens, ſororum beneuolentiam, vtì eam defunctam, ſub limine ædis Sancti Petri, terendam pedibus hominum reconderent. At ſorores maiori eam dignantes honore, in ipſam Eccleſiam tumulatam terræ mandarunt: vndè ad eas vox ſonora & indignabunda intonare audita eſt, quare eam vltimæ ſuæ Voluntatis inſtantiâ defraudaſſent? Hinc territæ ſorores, conſilium facti mutauêre. Itaque ſæpius recluſo tumulo, membra illius corporis ſignata, multorum videntium teſtimonio reperta fuêre: Et fidem æſtruunt miracula continua, eorum qui à morbis expediti, Nomen ſuum ſub aſſeueratione veritatis, Teſtibus fide dignis depoſuerunt. Certè reliquiæ veſtium eius, contactu ſolo, infirmitates abegerunt. Et parturientes, vſu illarum, difficultatem enitendi, aut minorem, aut nullam penitus expertæ, feliciſſimè genuerunt. Angelam vitâ deſcripſimus, Archangelã prodigijs. Illa quæ ſexu Angelus eſſe non potuit, ſuper Angelos ſignata fuit, ſicut alter Angelus ſignatus effigie Angeli Teſtamenti noui, qui eſt Chriſtus benedictus in æuum.

Sororum Cappucinarum origo.

CAPVT XXXVIII.

NOn abs re ſaciemus (quandoquidem ex Reformatio
num deſiderio, vel ipſa laudatiſſima PP. Cappucinor
congregatio, ſanctiſſima puritate ſurrexit) ſi virginum
quoque Heroicarum quæ eidem inſtituto nomen dedêre
originem ſummis ſaltem digitis attingamus; Nam contexe
re hiſtoriam, & meditari encomia ordinis illius tam excelſi
& in Eccleſia Dei fructu innumerabili proficientis, nec pro
poſiti noſtri modò, nec ſufficientiæ, vllatenùs reſpondenti
eſſe cognoſcimus, quoniam meritis rei dicendæ, laus omni
inferior eſt. Anno igitur 1575. Mediolani ſedente Beato Ca
rolo Boromæo Archiepiſcopo ſine pari ſanctiſſimo. Inclit
quædam Domina Martha Plantanida, eiuſdem Vrbis, cur
ſuo impendio collectas non paucas Virgunculas, ad pieta
tem ſanctiſſimo zelo imbuiſſet, iamque eaſdem Diui Pau
li inſtituto ibidem, ſociandi eas propoſitum eſſet; Mutat
conſilio ſpiritus ſancti operâ, Regula Sanctæ Claræ, quæ a
Origine purior habetur, deuotæ mulieri ſuggeſta fuit; pla
cuit Zelanti, placuit, & Virginum Coronæ, quarè quampr
mum Antiſtitis Sancti Caroli licentiâ, & gratioſâ authorita
te imploratâ, Negotium probatũ eſt, moxq; ædificari cæp
tum, & vixdum ad culmina ſua, ædiculæ religioſæ porrect
ſunt, Cum innumerabilis virginum Chriſto nupturientiu
chorus, ad Cappucinas illas conflueret, creſcebat ergo nym
pharum Diuæ Claræ proſapia, creſcente feruore: non ab
que ſtupore omnium, qui Principia rei, admodùm tenui
ſatis conſideraſſent.

Rurſum, eodem Sancto Boromæo, & fama ſua per or
bem radiante, Anno 1584 opulentiſſimus Mercator Ann
bal Veſtarinus, cum Ioanna coniuge fæmina honorata, &
ſecun

ecundum cor Dei, ſed ambo in matrimonio ſine ſpe prolis
arnalis, agentes; vt tanto feliciore Adoptione ſobolis ſpiri-
alis nobilitarentur, ſtatuerunt mutuo conſilio, ſubſtantiam
niuerſam dicare Chriſto, & ad pias cauſas Eccleſiæ. Mulier
rgò deuotionis amore, ſupra viginti filiolas virgines Me-
iolani exquiſitas, in familiam ſuſcepit, aluit, ſeorſùm in-
luſit, bonis moribus induit, in Timore Domini exercuit, &
uaqua verſùm pientiſſimam earum matrem egit; creſcen-
puellarum ætate conſpirantibus votis, Turba illa cæleſtis
ræſulem Beatum appellat, ad Diuæ Claræ (more Cappuci-
arum) tutiſſimo ritu, regulam ſuſtinendam: nec mora,
uod petitum impetratum fuit. Perrexeruntque in fabricis
dium ſacrarum, Deo mirabiliter cooperante. Verùm cùm
tereà in fata concederet (ſanctiſſimum illud lumen Ec-
eſiæ) Boromæus, meritiſſimus eiuſdem Cardinalis: vacil-
re primùm, & nutare inchoatum Negotium cæpit: donec,
ımmo miraculo, virgines illæ ad Inuocationem Beati Ca-
oli exauditæ fuêre; comparuerat enim Beatus ille per vi-
onem Domino Ioanni Fontano, Vicario Generali Archie-
ſcopi Viſconti, ſiue vice comitis, cui iterùm ac tertiò ſe-
erum mandatum imponens Beatus, vti ad Cappucinas Mo-
ſterij Sanctæ Praxedis, Mediolanum ſuo nomine perge-
t, vehementer adurſit. Qui dicto ſubitò audiens compa-
it, viſionem Abbatiſſæ expoſuit, & conſcientiæ ſuæ ſyn-
reſin, ad cæpti operis abſolutionem, ſyncerè depoſuit;
ui interim alij, alijque ſtupendo miraculo manus auxilia-
ices (& quidẽ nec opinato) præſtiterunt: Hac viâ mirabi-
æmulator, artiſſimæ paupertatis Boromęus, etiã à mor-
ſua ijs, (quas Viuens honorauerat pauperculas Chriſti)
odigijs fauere non deſtitit. Inter quæ non vltimo loco
nſeri debet, quod Veſtem ſuam propriam, (mendicam
tis & tenuiſſima inopia velut ſcabroſam) teſtimonio
rennis gratiæ, & benignitatis, Cænobio Sanctæ praxedis
ſorori-

ſororibus delegarit, vti cognoſcerent, quali deſiderio Car dinalis tantus, tantæque familiæ ferretur in Seraphicum Pa trem Franciſcum, eiuſque veſtigia ſequentem pauperrim poſteritatem: Et Profectò is ipſe concreditæ veſtis theſauru vt amantiſſimo zelo, à ſororibus aſſeruatus, ſic & mirabili ſua continuò inter eas operatus fuit. Duæ ſorores, deſpera to languore enecabantur eodem in loco, quibus vbi perſua ſum fuit, ſuperindui ſanctiſſimi viri derelicto veſtitu, in ductæ ambæ, dicto citius conualuere. Quod ſi veſtis abſent in morbos imperium habuit, quid non patrabit obſequiur præſentis? & in ſubſidium Implorati? *Sancte Boromæe protec tor egenorum, interpone precem ad ſalutem Clientum tuorum.*

Hic ergò parcemus calamo & labori, quem pro ſanct ſororumque illarum decore, indubiè aliæ manus dexteric re Minerua, ſuo die delineabunt. Merentur enim publicar lucem, tot ardua, pœnitentiarum facinora, quæ Viraginur iſtarum ædibus, in ſilentio hactenus latuerunt. Certè vel i lud iſtarum laudi merito ceditur, quod Cremonenſes, & Pa pienſes Cappucinæ illarum prælucentium ſpeculo, tanto in Eccleſia profectus oſtenderint. Vt optimo Iure, ſub T tulo huius operis, dixerimus Franciſcum Rediuiuum, quip pe qui conſpirantibus vndique animoſis pectoribus, veluc quodam ſtertentium Lethargo expeditus, diebus nouiſſim reſuſcitari videatur; id quod paulatim, & rigidæ heluetion cautes, & Bauariæ pientiſſimæ ditiones conteſtabunur, Vi tùm Cappucinorum feruor excolitur; tùm ſtrictiores Franciſci mores, formata viuendi linea prædu cuntur. *Vide Ioan. Petrum Guiſanum in Vitam Beati Caroli Boromæi.*

VIT

Vita ſororis Nunciæ, Tertiariæ, ſanctiſsimæ.

CAPVT XXXIX.

NVNTIA Neapolitana, in ſæculo quõdam viro Syracuſano Siculo nupta, duorum menſiũ tempore, matrimonio per viri mortem ſoluta. (Vt erat pientiſſima) iubilis ætatis illecebras, & pericula viduitatis, moroſa meditatione ponderare cæpit, tandemque cum DEO ſuo concludere, pro cœlibe vita perpetuò colenda. Derelicta igitur mariti patria, & affinium commercio, Romam properauit, conceptum ſpiritum enixura. Vbi tertiæ Regulæ Franciſcanæ pænitentibus adnumerata; propè Vaticanũ Diui Petri ædiculâ ſatis tenui commorata eſt: decurſus vitæ illius erat, ab aurora ad meridiem fermè, in domo DEI moram conſumere, & à veſperis ad finem completorij, ibidem orationibus agere. Lectus erat ſtorea; ſomnus parcus, vigiliæ orationum ardore continuæ. Per hebdomadem terna flagellatio: totque vicibus ciliciorum vſurpatio. Victus panis erat, & vinum modicum, obſonium herbæ, & radices. Hæc tanta ſpiritus S. familiaritate nobilitabatur, vt mira, & ſecretiora quæuis ediceret, & cum fama volante, eam B. Angelus de paſſio (cuius libro quinto meminimus) viſitatũ veniſſet, ſancto colloquio protelato, cæpit B. mulier, Patri quærenti de ſtigmatum impreſſione, diſertis verbis (ſpiritu docta) aſſerere, non facilè eſſe extra domum Seraphicam ſignari vulneribus Chriſti. *Solius enim* (inquit) *Seraphicæ Regionis eſt Stigmatizari*, (vel quod idem eſt ſignari ſtigmatib⁹.) Quæ cum paſſionis amore vehementius ageretur, intendit Hieroſolimam pergere, vt vel ſaltem loca dolorum Chriſti videret, & vbi ſtetiſſent pedes eius, ſed pater Angelus, ſpiritu eam Prophetico præoccupans, *non ibis*, inquint *in Hieru-*

lib. 6.

alem priuſquam ego conſcendero (hoc dixit de Hieruſalem cæleſti) nam bimeſtri indè prouoluto, Angel[9] mortalitate expeditus eſt: & ipſa, tantundem poſt eum temporis, vbi viaticum & neceſſaria, ad viam terreni Hieruſalem, paraſſet, mutato cõſilio Domini, in cæleſtem, ciuitatem, manentem, bono ſenſu, & ſacramentorum viatico, deſumpta fuit

Anno 1596.

APPENI

APPENDICES LIBRI SEXTI.

Vbi de locis terræ ſanctæ; à Fratribus minoritis Exemplarioribus, incultis. Deq; Guardiani Autboritate ad ſepulchrum Domini. De militibus quoque ab illo inaugurari ſolitis. Et tandem de Monte Aluernæ ſuccinctius agitur.

Terræ ſanctæ loca Minoritarum vſui relicta & Cuſtodia terræ ſanctæ.

CAPVT I.

SERAPHICA Religio Hieroſolymis quatuor præcipua loca tenet ſeu monaſteria. Montem ſion, Bethlehem, ſacroſanctum reparatoris Chriſti, itemque ipſum gloriæ virginis Mariæ ſepulchtum, in valle Ioſapath : quæ ante ſucentos viginti ſex annos, à fratribus noſtris, bona fide, ac pacificè poſſeſa, & occupata ſunt, cuius poſſeſionis extat in ſacri montis ſion archiuis, bulla, qua habetur, Dominum Ioannem Gradenſem Patriarcham (qui & Hieroſolimitanus Patriarcha fuit) à Martino V. Pont. Max. delegatum comiſſarium, poſt irrefragabilia multorũ, omni exceptione maiorum teſtimonia, contra Ordinis noſtri æmulos, ac contradictores tuliſſe ſententiam, in Eccleſia cathedrali ſancti Petri Mantuanæ ciuitatis, anno Domini M. CD. XX. in fratrũ Minorum fauorem, pronuntiando, interloquendo, & diffiniendo; illa quatuor dicta monaſteria, pleno, optimoq; iure

ad Ordinem noſtrum pertinere & legitimo præſcriptionis iure noſtra eſſe: eò quod fratres iam ante ſexaginta annos ea nullo penitus refragante, bona fide poſſediſſent. Quam quidem ſententiam, vt plenius ex allegata bulla apud fratres aſſeruata docetur, ipſe Martinus V. (omnes defectus, ſi qui fortè interueniſſent, ſupplendo) confirmauit, ratamq; habuit. Poſſidemus itaq; pacificè præmemorata illa quatuor monaſteria. Primò ſedis Apoſtolicæ, de cuius auctoritate non eſt penitus ambigendum, conceſſione. Secundò præſcriptionis iure: nam cum quadraginta anoorum poſſeſſio, bona fide continuata plenum ius poſſidenti tribuat, vt habetur L: *ad aures C. de præſcriptionibus*, multò magis poſſeſſio plurium annorum id conferet. Tertiò ratione ſententiæ à Papæ delegato latæ, quæ maximæ auctoritatis eſt. Nam vt ex *L: ſanè C. de officio delegati. atq; ex c. vltim: diſt. 93.* liquidò inſtruimur, delegatus vicem delegantis gerit, & ſi Pontificius ſit, eodem honore, quo ſumus ipſe Pontifex inſigniendus erit. Ex ijs terræ ſanctæ monaſterijs, tanquam ex equo Troiano, permulti emerſerunt fratres, qui vitam cum doctrina pariter copulantes, multum frugis in Dominicum horreū inuexerunt; quorum nomina vti credere pium eſt, in libro vitæ ſcripta ſunt. Quod plerique ſummi Pontifices conſiderantes, plurima priuilegia (vt inferius patebit) & Reuerendo Patri Guardiano montis ſion, & eius fratribus, in orthodoxæ fidei fauorem, contulerunt. Inter quos fuère Alexander IIII. Calixtus III. Clem. V. Eugenius III. Gregorius XI Innocentius IIII. Innocentius VI. Ioannes XXII. Martinus V. Nicolaus V. Sixtus IIII. & Vrbanus V. quorum Bullæ cū authētico originali aſſeruātur in archiuis ſacri montis Sion.

Primum priuilegium. Abſoluere poſſunt fratres, ex Eugenij III. facultate à quibuſcūque caſibus, & excommunicationibus, ab apoſtaſia, ab infidelitate, à ſchiſmate, & ab omnibus peccatis, præterquam à falſificatione Apoſtolicarum literarum.

Secun

Secundum priuilegium. Baptizare poſſunt fratres, ex Clemente V. nnocentio V. & Ioanne XXII in locis infidelium diſpenſare.

Tertium priuilegium. Confiteri poſſunt fratres, ex Caliſto III. ſacerdotibus ſecularibus in abſentia fratrum.

Quartum priuilegium. Diſpenſare poſſunt, ex Clem. V. Innoc. IIII. oanne XXIII., & Gregorio XI. cum irregularibus.

Quintũ priuilegium. Fratres diſpenſare poſſunt, ex Clem. V. Innoc. III. Ioanne XXII. & Gregorio in 12. caſibus diſpenſatione indigentibus.

Sextum priuil. Poſſunt expellere Chriſtianos malè viuentes, per enſuram Eccleſiaſticam, ex Clem. V. Innoc. IIII. & Ioan. XXII.

Septimum priuil. Poſſunt recipere noua loca in partibus Orientis, x Greg. IX. Innoc. IV. Clem. V. & Ioan. XXII.

Octauum priuil. Poſſunt ordines recipere à quocunq; Epiſcopo, catholico, extra tempora ſtatuta, ex Nicolao V.

Nonum priuil. Poſſunt emere neceſſaria pro ſuis neceſſitatibus occurrentibus, item commutare, & vendere non neceſſaria, & cogere procuratores ad computum, ex Calixto III.

Decimum priuil. Guardianus montis Sion habet auctoritatem degati in partibus Orientis, ex Calixto III.

Vndecimum priuilegium. Guardianus poteſt diſpenſare in aliquius ſuper rigore Regulæ, ſecundum loca, tempora, & neceſſitatem, ex alixto III.

Duodecimum priuil. Guardianus, ex Calixto III. poteſt retinere pſam eleemoſinæ apud ſe.

Tertium decimum priuil. Fratres, ex Clem. V. Innoc. IIII. & Ion. XXII. poßunt vota commutare, demptis Hieroſolymitano, SS. Petri Pauli, & Religilionis votis.

Quartum decimum priuil. Poſſunt, ex Clem. V. Innoc. IIII. Ion. XXII. participare cum excommucatis, hæreticis, ſchiſmaticis, infidelibus.

Quintum decimum priuilegium. Guardianus montis Sion, ex Calixto III. poteſt ad ſe vocare fratres voluntarios ex alijs Prouincijs, abſq; conſenſu Miniſtrorum.

Sextum decimum priuil. Guardianus, ex Caliſto III. habet auctoritatem ſuper ſacerdotes ſæculares, & Laicos etiam

Septimum decimum priuil. Fratres, ex Martino V. & Calixto III. poſſunt ante diem celebrare, parcè tamen.

Octauum decimum priuil. Fratres poſſunt benedicere Altaria, calices, corporalia, eiuſq; generis alia, quæ ad diuinum cultum ordinãtur ex conceſſ. Calixti III.

Nonum decimum priuil. poſſunt annullare Breuia Apſtolica, cum id ijs ex neceſſitate viſum fuerit, ex Innocent. VI.

Vigeſimum priuilegium. Poſſunt conferre Ordines Minores illis, qui modo venerunt ad fidem, in quo quidẽ ſuperant Abbates, ex Greg. IX. Clem. V. Innoc IIII. Ioan. XXII. Eugenio IIII.

Vigeſimum primum priuilegium. Poſſunt pro ſui defenſione, & ſacrorum locorum, quemcunq; infidelem occidere inuaſorem, abſque eo, quod incurrant irregularitatem;

Vigeſimum ſecundum priuilegium. Guardianus montis Sion, Apoſtolica auctoritate creat equites S. ſepulchri, & Doctores Theologiæ, ex Leone X. anno Domini M. D. XVIII. 4. die Februarij viuæ vocis oraculo apud S. Angelum Romæ id publicante, ſimiliter ex Imperiali authoritate. Iudices, & Notarios creat.

Ex quibus priuilegijs liquet euidentiſſimè quanta prædictus Guardianus dignitate refulgeat, cum poteſtate delegati ſummi Pontificis perfungatur. Docent enim leges Imperatoriæ, Codice de officio delegati; & capit. vltimum decreti dinſt. 9. delegatum gaudere eadem authoritate cum delegante, adeoque ſi delegetur à Pontifice Pontificio frui honore, vt inde non ſolum à fidelibus maxime honorandus ſit, ſed & infidelibus iſtarum nationum. Proinde Mitra redimitus, & paſtorale pedum in manu geſtans, miſſam & veſperas decantat, cæteraque exercet officia paſtoralia. Aſſiſtens menſæ reficitur quidem in præſentia aliorum fratrum, ſed remotior in menſa ſolitaria, in ſignũ acceptæ dignitatis, nec vllum ad latus admittit, niſi & ille gauiſus fuerit quandoq; eâdẽ honoris præeminentia. Quæ priuilegia præeminẽtiæ &

& officia ad Guardianum ſpectantia, Paulus V. prædeceſſorũ veſtigijs inhærens, anno Dñi M. DCVII. 4 Maij viuæ vocis oraculo confirmauit. Et Reuer. Pater Frater Gaudentius Caybantius Prouinciæ S. Antonij de Padua, citatus ad Capit. generale Toletanum Hoſpaniæ, anno ſuperiori M.DC. VII. in Guardianum eiuſdem loci ſuffectus eſt.

Multa ſunt, & alia priuilegia, quæ breuitatis cauſa ſubjicentur.

Ordo militum S. Sepulchri Saluatoris Ieſu Chriſti. Quo pacto, á Guardianis Seraphicæ Franciſcanæ Religionis inaugurentur.

CAPVT. II.

PRIMO omnium, candidatus miles ad deuotionem accinctus, parat ſe pro ſuſcipiendis munijs, & officijs militiæ, præmiſſa confeſſione, & venerabili ſinaxi corporis Domini, inde admittitur ad ſepulchri ſanctiſſimi Atriũ; vbi mox, congregatis quorum intereſt, intonatur, Hymnus *Veni creator.* &c. verſ. *Emitte Spiritum tuum* &c. cum reſponſ. *Domine exaudi.* &c Oratio. *Deus qui corda fidelium.*

Dehinc à Guardiano interrogatur miles, quid quæritet?

Ille genuflexus reſpondet, quæro miles inaugurari S. ſepulchri Domini. Guardian. pergit, cuiꝰ conditionis es? reſpondet miles, nobilis genere, aut generoſis ortus natalibꝰ. Guard. habes vnde honeſte ſtatum conſeruare poſſis.? reſp. miles. Habeo Dei gratia ſuſtentandi ſufficientiam. Guard. Paratus ne es iurare, corde & opere, adbitis militaribus ſacramentis, ſeruaturũ te ea quæ ſequuntur? primò etenim miles S. ſepulchri, quotidie data occaſione miſſam audire tenetur. Secundò, vbi neceſſitas exigit, bona & vitam exponere debebit, nimirum cum bellum ingruit contra Infideles vbi etiam in propria perſona comparebit, aut ſurrogare ſufficien-

ficientem. Tertiò obligabitur ad defenſionẽ Eccleſiæ catho-licæ, & miniſtrorum perſecutionẽ patientium, vt pro virili eius liberentur. Quartò aſtringetur bella iniuſta, lucra, & ſtipendia illicita, haſtiludia, duella, & huiuſmodi (niſi quæ recreatiõis modo fieri poſſent) omnimodò deuitare. Quin-tò, per omnẽ modũ, inter Chriſtianos pacem conciliabit, rempublicã Chriſti augebit, viduas & orphanos tutabitur, iuramenta verò, periuria, & blaphemias, rapinas, vſuras, ſa-crilegia, homicidia, ebrietatem, loca ſuſpecta, perſonas in-fames, ac vitia carnis declinabit omninò, tanquã luem pe-ſtiferam, vt ſe coram hominib⁹ & Deo reddat irreprehẽſibi-lẽ, demonſtretq; ſe verbo & opere, tali tantoq; Equeſtris militiæ dignum honore, quod præcipuè fiet Eccleſias fre-quentando, cultum diuinum augendo &c.

Quæratur poſt hæc vtrum ſit paratus præſtare ſupradicta? & curare vt per alios præſtentur?

Reſponſio militis inaugurandi. Ego N. N. profiteor, & promitto Deo Ieſu Chriſto, & B. V. Mariæ, hæc omnia pro virili me obſeruaturum. His peractis.

Benedicitur enſis à Guardiano, ſecundum infra poſita ſi aliàs nõ eſt benedict⁹, ſi benedictus eſt, vel poſt benedictio-nẽ, vocato vno ordinandorum, & genuflexo ante ſanctiſſi-mum ſepulchrum, Guardianus ponit manus ſuper caput ei dicendo: & tu N. eſto fidelis, ſtrenuus, & bonus, ac robuſtu miles Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctiſſimi Sepulchri e ius, qui te, cúm electis ſuis in gloria ſua collocare dignetu Amen. Hoc finito, Guardian⁹ militi porrigit calcaria inau rata, quæ pedibus ſuis accomodare debet in terrra exiſten Poſtea dat nudum enſem militi: dicens, *Accipe N. ſanctum gl dium in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.* (ibi terti ſignum crucis exprimit) *& vtere eo ad defenſionem tuam, & ſa ctæ Dei Eccleſiæ, & ad confuſionẽ inimicorum crucis Chriſti, & fid Chriſtianæ; & quantum humana imbecellitate poteris, eo nemine*

iniu

iniuſtè lædas; quod ipſe præſtare dignetur qui cum Patre, & Spiritu ſancto, regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

Deindè enſis in vaginā reconditur, eoq; illū Guardian⁹ præcingit, dicens, *Accingere N. gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè, in Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & attende, quod Sancti non in gladio, ſed per fidem vicerunt regna*; Tum Enſe præcinctus miles ſurgit, & genibus flexis, inclinatoque capite ſuper Sanctiſſimum Sepulchrum à Guardiano inauguratur, Scapulis militis tertiò percuſſis, & ter dicendo, ego *Te conſtituo, & ordino N. Militem Sanctiſſimi Sepulchri Domini noſtri IESV Chriſti, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen*; *Signo crucis ter efformato.* Poſt quæ, oſculatur eundem, ponens, more maiorum, torquem auream cum pendula cruce ad collum eius, Ordinatus autem oſculatur Sanctum Sepulchrum: poſtea recedit, reſtituitque omnia; & vocato alio, Is iiſdem ceremonijs in militem creatur. Ordinatus intereà, in atrio S. Sepulchri remanere cogitur, donec omnes eiuſdem militiæ candidati, fuerint promoti: Cuius, vel quorum ordinatione peracta, Religioſi noſtri Franciſcani, *Te Deum laudamus &c.* inchoant, perguntque cantando ad ſacellum Fratrum, vel pro vt libuerit Guardiano ſtatur in loco Ordinationis: Deinceps dicuntur ſequentia, pro vno, vel pro pluribus variando ſecundum ſubiecta. *Specioſus, formâ præ filijs hominum N. accingere gladio tuo potentiſſime.* Verſus. *Domine Exaudi.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat. Dominus Vobiſcum.* ℟. *Et cum Spiritu tuo.*

OREMVS.

DA Eccleſiæ tuæ DEVS, vt Sancto Spiritu congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur. Omnipotens Sempiterne Deus, ſuper hunc N. (vel hos NN.) famulum tuum qui eminenti mucrone circumcingi deſiderat, gratiam tuæ benedictionis infunde, eundemq; dexteræ tuæ virtute munitum, fac contra omnia aduerſantia cæleſtibus armari præſidijs, quibus nullis in hoc ſæculo tempeſtatibus bellorum tur-

betur, per Dominum Ieſum Chriſtum &c. Ad extremum cum am-plectitur Guardianus, alijque qui voluerint.

BENEDICTIO ENSIS.

Js qui benedicit, tenet enſem Nudum ante ſe, & dicit *Adiutorium noſtrum in Nomine Domini &c.*

OREMVS.

Exaudi quæſumus Domine preces noſtras, & hunc Enſem, quo ſ Famulus hic tuus cingi deſiderat, Maieſtatis tuæ dextera dignare bene-dicere, quatenus eſſe poſſit defenſor Eccleſiarum, Viduarum, Orphano-rum, omniumque Deo ſeruientium, contra ſæuitiam Paganorum; alijſq ſibi inſidiantibus Terror ſit, & formido, præſtans ei æquę perſecutionis & iuſtæ denfeſionis effectum, per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

OREMVS.

Benedic Domine Sancte Pater, Omnipotens æterne DEVS, per Inuocationem Nominis tui, & per Aduentum Chriſti Domini noſtri, & per donum Spiritus Sancti, hunc enſem, vt hic famulus tuus, qui hodi-erna die, tua concedente pietate præcingitur, viſibiles, & inuiſibiles ini-micos proſternat, & conculcet, Victoriaque potitus, maneat ſemper illæſu per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen

Benedictus Dominus DEVS meus, qui docet manus meas ad præ-lium, & digitos meos ad bellum, miſericordia mea, & refugium meum, Suſceptor meus, & liberator meus, qui ſubdit populum meum ſub me. Gloria Patri, & filio &c. Vers. Saluum fac ſeruum tuum Domine. ℟. Deus meus ſperantem in te. Eſto ei Domine turris fortitudinis. à facie inimici. Domine Exaudi &c. Dominus Vobiſcum.

OREMVS.

Domine Sancte Pater, Omnipotens æterne Deus, qui cuncta ſolus ordinas, & rectè diſponis, qui ad coercendam malitiam, & improbita-tem malorum, & tuendam Iuſtitiam, Vſum gladij in terris hominibus tua ſalubri diſpoſitione permiſiſti, & militarem ordinem ad populi pro-tectionem inſtitui voluiſti, quique per Beatum Joannem militibus ad ſ

in de-

in deſerto venientibus, vt neminem concuterent, ſed proprijs contenti ſtipendijs eſſent, mandari præcepiſti, Clementiam tuam ſuppliciter exoramus, vt ſicut Dauid puero tuo Goliath ſuperandi largitus es facultatẽ, & Iudam Machabæum de feritate gentium nomen tuum non inuocantium triumphare feciſti, ita & huic famulo tuo N. qui nouitèr iugo militiæ colla ſupponit, pietate cæleſti, vires ac robur, ad fidei, & Iuſtitiæ defenſionem tribuas, præſteſque ei fidei, ſpei, & charitatis augmentem, & tui timorem pariter & amorem, humilitatem, perſeuerantiam, obedientiam, & patientiam, cunctaque in eo rectè diſponas, vt Neminem gladio iſto, aut alio iniuſtè lædat, ſed omnia iuſta, & recta illo defendat, & ſicut ipſe de minori gradu ad nouum militarem prouehitur honorem, ita veterem hominem deponens cum actibus ſuis, nouum induat hominem, vt te timeat, & rectè colat, perfidorum conſortia vitet, & ſuam in proximum charitatem extendat, Propoſito ſuo in omnibus rectè obediat, & ſuum in cunctis iuſtè officium exſequatur, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

De Conuentu Montis Sion. Conu. I.

CAPVT III.

HABITARANT Fratres noſtri plurimis annis pacificè ſatis in ſacro Conuentu montis Sion, donec impijſſimi Turcæ, peſſimo genio ducti, iuxta Annum Dominicæ ncarnationis M. D. L. quæſito colore, quod Dauidis ſepulhrum ibi eſſet, eos depulerunt: Vndè de alio monaſterio ntra ciuitatis Hieroſolymitanę mænia prouidere ſibi coacti ſunt: Nempè de conuentu Sancti Saluatoris, qui ad alteius nationis Chriſtianos prius pertinebat, in quo frequenti⁹ iginti quinque Fratres commorantur. Difficile relatu eſt, ercenſere quàm ægrè Fratres noſtri eam eiectionem tulent; cùm ſacer ille mons Sion, qui non procul à Hieroſolyitanis muris diſtãs, modò Turcarum delubrum (prô dolor) uaſit, cùm plurimis ſacroſanctis myſterijs à Chriſto Domi-

no donatus ſit. Ibi Diſcipulorum pedes lauit; Tremendum Euchariſtiæ Sacramentum, in vltima illa, atque celeberrima cæna inſtituit; ibi diſcipulis, & ipſi Thomæ poſt dies octo apparuit; Ibidemque Spiritus Sanctus ſuper Apoſtolos deſcendit, & diuus Matthias ab eiſdem ſorte electus eſt: Et Beatus Iacobus Minor ab ipſiſmet Hieroſolymitanus Epiſcopus creatus; & Beata Virgo MARIA, per continuos quatuordecim annos, ab Aſcenſione dilectiſſimi filij ſui remanſit; Et ex hoc ſæculo migrans in cælum aſſumpta eſt, ibi prima mundi Eccleſia fuit; & Beatus Ioannes Euangeliſta miſſam coram Beata Deiparente ſæpius peregit; & Beatus Stephanus protomartyr cum Gamaliele, Nicodemo, atque Abibone ſecundam ſepulturam accepit; Et ibi paſchalis agnus aſſatus. Ibi quoque Chriſtus Dominus, glorioſa Matre præſente, ſuis Apoſtolis ſæpius prædicauit; Et in eodem loco alapam excepit; ibi tribus Marijs poſt glorioſam Reſurrectionem, Auere iuſſis apparuit; Ibidemque fuit Oratorium Beatæ Virginis glorioſæ poſt filij Aſcenſionem; ibi Rex Dauid, cum filio Salomone ſepulti ſunt; Nec non & Iudæi Beatæ Virginis corpus, quando Apoſtoli illud ad Sepulchrum tulêre, rapere voluerunt. Ibi locus, vbi Petrus Apoſtolorũ princeps, poſt trinam negotionem, fleauit amarè; Et diuus Iacobus maior decollatus eſt. Ac tandem inde Chriſtus Dominus Diſcipulos ſuos per vniuerſum mundum emiſit, *Prædicare Euangelium omni creaturæ &c.* Quibus omnibus conſideratis, meritò locus hic vocatur, Sacer mons Sion. Qui etiam à Propheta celebratꝰ eſt, cum ait, *de Sion exibit lex &c.* Et à plurimis ſummis pontificibus maximis gratijs, & indulgentijs cumulatus eſt. Quæ tamen omnes ad nouum Sancti Saluatoris monaſterium ſimul cum ipſis fratribus, ex Apoſtolicæ ſedis auctoritate, translatæ ſunt.

Gonz. fol. 108.

De

De Conuentu Sancti Sepulchri Conu. II.

CAPVT IV.

CONSVRGIT intrà eiuſdem Hieroſolymitanæ ciuitatis mænia, prægrandis quædam Eccleſia, in qua ſex Chriſtianorum nationes ſeparatim commorantur, diuinumque in ſuis idiomatibus perſoluunt officium. Ibi tres, aut quatuor ex noſtris fratribus perpetuò perſeuerant, quibus ſubſequentia loca curæ ſunt. Nempè ſacellum, vbi Chriſtus Dominus cruci affixus fuit; Et alterum ſacellum, vbi eiuſdem Saluatoris mundi corpus aromatibus conditum eſt. Et Tertium in quo ſanctiſſimum eiuſdem Reparatoris Sepulchrum adhuc apparet, vbi exceptis Minoritis fratribus, vel abſque eorum peculiari licentia, nullus (dummodo latino idiomate, & ritu celebret) rem diuinam facere permittitur. Et quartum, idque pulcherrimum Sacellum, vbi idem mundi Redemptor Chriſtus chariſſimæ ſuæ matri poſt Reſurrectionem apparuit; & magna pars eius columnæ, ad quam ipſe idem Dominus alligatus, flagellatuſq; fuit, etiamnum habetur: & ibi fratres diuinum peragunt officiũ; ex eo loco fratribus, & peregrinis, ſiue comedendi, ſiue dormiendi, ſiue alterius rei faciendæ cauſa ad Franciſcanæ domus penitiora loca patet acceſſus. Eſtque in Vicinia quoddam altare extra præcedentis ſacelli ambitum erectum, in quo Saluator Chriſtus Beatæ Mariæ Magdalenæ, poſt mortẽ, in hortulani ſpecie apparere dignat⁹ eſt. Et locus vbi ſanctiſſima Chriſti crux, (donec à ſancta Helena Conſtantini matre inueniretur) delituit. Qui adeò ſub terra deprimitur, vt per L. gradus eò deſcendi oporteat, in quo & bina altaria erecta ſunt. In illius ſcalæ meditullio (quà deſcenſus eſt) ſacellum quoddam Beatæ Helenæ ſacrum offertur, in quo plenaria omnium delictorum indulgentia, accedentiũ reſpectu, Apoſtolica auctoritate conceſſa eſt. Sunt præterea eadem

inEccleſia deuotiſſima quædam loca à fidelibus maxima ve
neratione retenta, videlicet digniſſimus illeCaluariæ mons
in quo Chriſtus Dei filius pro totius mundi ſalute in crucen
actus eſt. Et vbi idem Dominus in delectiſſimæ Matris ſu
manibus reclinatus fuit. Et Capella quædam Beatæ Virgin
dicata, vbi Chriſtus ei apparuit, & carcer in quem Chriſtu
ante Crucifixionem detruſus fuit. Et locus, vbi eiuſdem ve
ſtimenta à militibus diuiſa. Item & alius locus, in quo coro
na, lãcea, atque claui inuenti ſunt. Prætereà locus, in quo A
dæ caput repertum, ibi & alia pars columnæ, ad quam Chri
ſtus deriſus, facie velatus, atq; ſpinis coronatus. Ac tandẽ ib
creditur medium terræ habitabilis iuxta multorum opinio
nem, vt verificetur Dauidicum illud oraculum. *Operatus e*
ſalutem in medio terræ, Pſal. 73. Quæ maiori ex parte, modò a
alios diuerſarum nationũ Chriſtianos pertinere fatemur.

De Conuentu Bethlehemitico Conu. III.

CAPVT V.

AD Quintum miliare ab Hieroſolymorum ciuitate, o
currit percelebris illa, ac multis nominib⁹ celebrand
Bethlehem, dom⁹ panis latinè interpretata, in qua d
uinus ille panis pro nobis immolandus, & à nobis ſumendu
Chriſtus, non materialib⁹ mortalium aut Angelorum man
bus compoſitus, ſed diuina Spiritus Sancti operatione, ex d
uina humanaq; naturis (Hypoſtaticòs) vnitis conſtans, na
ci dignatus eſt. Ibi enim ædificata conſpicitur magna qua
dam, atq; pulcherrima Eccleſia Beatiſſimæ Virgini Mari
ſacra, à Mauris tamen ac Turcis iniuſtiſſimè poſſeſſa, ſed pl
rimis Priuilegijs illuſtris. Per hanc eundo, fratrum noſtro
Conuent⁹ Beatæ Catharinæ dicatus (qui ab octo fratribus
plurimum incolitur) petitur, qui ei contiguus eſt, & vni
tantum ferrea porta ab ea diſtinguitur. In qua quidẽ Beat
Mari

Mariæ Eccleſia, cripta eſt, vbi dulciſſim⁹ ille puer IESVS pro
nobis naſci voluit: Et locus vbi tres Magi Reges ad Chriſtum
puerum adorandum cum muneribus properârunt. Et alius
ocus, vbi ſtella illis diſparuit. Et alius, vbi idem Chriſtus
circumciſus fuit, & nomen eius, prius ab Angelo impoſitũ,
vocatum eſt IESVS. Ibidem eſt Sanctorum Innocentiũ Sepul-
chrum. Inſuper & Sanctorum Hieronymi, eiuſq; diſcipuli
Euſebij, necnon & Paulæ, eiuſq; filiæ Euſtochij ſepulturæ;
bi cubiculum, in quo quidem D. Hieronymus ſacra Biblia
ranſtulit. Ac tandem Eccleſia ſancti Nicolai; ibiq; cripta eſt,
n qua Beata Virgo cum Puero IESV Herodis Regis tyranni-
em fugiens, latuiſſe fertur; cuius terra miracula operatur.
xtra Bethlehem verò Eccleſia Sanctorum Angelorum eſt,
bi paſtoribus excubantibus *gloria in altiſſimis Deo* ijdem de-
antârunt: Ibi præſumitur duodecim prophetarum Sepul-
hrum. Et Sancti Simeonis domus, qui Chriſtum Dominum
vlnas accepit, & lapideo cultro iuxta Hebraicum morem
rcumcidit, ibi Therebinti arbor, ſub qua Beata Virgo Maria
quieuit. Et Rachelis Sepulchrum. Necnon & locus ex quo
ngelus Abacuch Prophetam in Babylonem trauexit. In-
per & tres ciſternæ, vbi ſtella magis reſplenduit.

De Conuentu Vallis Ioſaphat. Conu. IV.

CAPVT VI.

VALLIS JOSAPHAT montem oliueti à Hieroſolymo-
rum ciuitate diſtinguit: ea inquam eſt, in qua fina-
le, tremendumque mundi iudicium à Chriſto Do-
ino percepimus habendum. Jn hac Valle pulcherrima
cleſia ad noſtros Fratres ſpectans conſtructa eſt: quam
noſa quædam Sepulchra, atque alia memoratu digniſ-
ſima

ſima commendatiſſimam reddunt. Ibi namque eſt ſacroſanctum Sepulchrum glorioſæ Virginis Mariæ ſubterraneum, in quo, licet aliarum nationum Chriſtiani proprias lampades habeant, eas oleo fouentes, nulli tamen alij quàm Fratribus noſtris ibi celebrare permittitur. Ibi ſunt ſepulchra Sanctorum Ioachim, & Annæ eius vxoris, & Sancti Ioſeph Deiparæ Virginis caſtiſſimi ſponſi. Ibi locus, vbi beatus Protomartyr Stephanus lapidatus fuit. In ipſo verò Montis olíueti iugulo, ædificata eſt altera Eccleſia, in qua vnius pedis Chriſti Seruatoris veſtigium viuo lapidi, dum Apoſtolis, & Virgine glorioſa cernentibus, in cælum aſſumptus eſt, & nubes ſuſcepit illum ab oculis eorum, impreſſum adhuc perſeuerat: Quam quidem Eccleſiam, licet Turca eam in Idolorum templum, pro viribus transferre voluerit, adhuc Fratres noſtri, per Dei gratiam pacificè poſſident. Neutra tamen earum Eccleſiarum à fratribus inhabitatur: Sed cum ad eos ſpectent, illarum cura ſollicitudoque ipſis incumbit. In hac eadem valle Ioſaphat eſt torrens Cedron, ſub cuius ponte per multum temporis ſpacium (vt fertur) ſanctiſſimæ Crucis lignum ſtetit. Et deſcendentibus ab ea ad vallem Siloë fons occurrit, de quo Propheta aliquando prædixit. *Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro.* In quo fonte Beata Virgo pueri IESV panniculos lauit, cuius aqua à febre liberat. Hacque de cauſa, & à Mauris, & ab ipſis quoque Turcis maximè frequentatur. Eſt & ibi fons Siloë, vbi cæcus à Chriſto Domino illuminatus fuit. Præterea ibi Eſaias Propheta ſectus, occiſus & ſepultus eſt: à cuius ſepultura non longè diſtat Haceldama, ager ſanguinis triginta argenteis emptus. Et locus vbi Apoſtoli tempore paſſionis Chriſti delituerunt. à miliari verò ab eius Eccleſia, quæ in ſummitate Montis olíueti conſtructa eſt, Bethania diſtat, quæ olim ad

Beatos

Beatos Lazarum, Martham, atque Mariam Magdalenam eius ſorores pertinuit. Inibique Eccleſia quædam conſtructa eſt, cuius vſus ad noſtros fratres pertinet, & in ea Beati illius Lazari Sepulchrum, ex quo ad vitam à Chriſto Domino reuocatus eſt, conſpicitur.

De Conuentu Baruth. Conu. V.

CAPVT VII.

PRÆTER hæc & alia ad nos ſpectantia loca: eſt monaſterium nomine Baruth in Syria Damaſci, quod Martinus. V. Pont. Max. cum omnibus Iuribus, pertinenijs, oblationibus, & emolumentis indè prouenientibus in ratrum ſuſtentationem, noſtri ordinis, in perpetuum doauit: prout plenius in eius Bulla continetur. In eo ſiquiem Monaſterio Fratres noſtri, non abſque maximo fidei Catholicæ fructu, & emolumento, pridem commorati unt. Sed poſtquam emporium indè ſublatum, & in Alepiam (vulgò Aleppo) translatum eſt, mercatoribus indè ecedentibus, & receſſère fratres noſtri, cùm nulli eſſent, ui illis victum ſuppeditarent. Sunt & alia monaſteria in tis partibus; ſed ad Fratres Græcos, & Armenos, ac ſyros ertinentia: qui omnes ſub Regula Diui Patris Baſilij deunt, aſperam ſatis vitam, & pauperem, ob in fidelium habitationem ducentes.

De Conuentu Perenſi. Conu. VI.

CAPVT VIII.

PAVCIS ab annis Eccleſia quædam Sanctiſſimæ Virgini Mariæ dicata, propè Conſtantinopolim Terræ Sanctæ

Guardiano à nobili quodam græca oblata eſt. Quam &
Gregorius. XIII. Pont. Max. vltimo ſui Pontificatus anno,
noſtris confirmauit. Hanc ſacram ædem, quæ omnimo-
dam minabatur ruinam, idem pater, qui tum Hieroſoly-
mis Guardianum agebat, pro modulo reſarciuit, conſtru-
ctaque domo, in monaſterij formam redegit, vt decem
fratres, de cætero, qui illius Patriæ Chriſtianis, præcipu
verò captiuis maximo ſolamine, atque adiumento mini-
ſtrant, admittere poſſit.

Jn alijs terræ Sanctæ locis non paucis, Sedis Apoſtoli-
cæ nomine Hieroſolymitanus Guardianus, Gubernator eſt
Primus autem locus, qui peregrinis è mari egreſſis, ſeſe
offert, Ioppe eſt, vbi contritis & confeſſis datur ex Apoſto-
lica auctoritate plenaria omnium peccatorum indulgentia
Ibi Apoſtolus Petrus Thabitam à morte reduxit. Deind
ciuitas Lidde, duobus â Rhama milliarib⁹ diſtans, vbi iden
Apoſtolus Æneam paralyticum reſtituit, oſtenditur. Tùn
in Rhama (in qua domus in Xenodochij modum pro fratri-
bus, peregriniſque hoſpitio recipiendis, erecta eſt, cuiu
poſſeſſio ad Patrem Hieroſolymorum Guardianum refer-
tur: cura verò cuidam Græco, mercede ab eodem Gua
diano conducto incumbit) acceditur. Tùm denique in E
maus, vbi duo diſcipuli Dominum in panis fractione cogno
uerunt, itur; ibi ſepulchrum dicitur Sancti Cleophæ Et i
via viſitur Machabæorum Ciuitas, Modin dicta, &
Rhamatha oppidū, de quo Ioſeph, qui Chriſtum
ſepeliuit, prodijt, & Silo, vbi Samuelis
Prophetæ Sepulchrum con-
ſpicitur.

De

De Eccleſia Ciuitatis Nazareth.

CAPVT IX.

AD Fratres noſtros ſpectat Eccleſia, quæ eſt apud Ciuitatem Nazareth eo ipſo in loco, in quo glorioſiſſima Virgo Maria ab Archangelo Gabriele, Deique Opt. Max. Paranympho ſalutata fuit, & mundi redemptorem concepit, ædificata: licet à nullo fratrum, ſed ab vno tantum græco, qui eius mundandæ, diſponendæ, & luminis aptandi curam gerit, mercenario modo inhabitetur.

De Montis Oliueti Prærogatiuis.

CAPVT X.

IN Monte oliueti prima Eccleſia eſt Sancti Iacobi Minoris, vbi Chriſtus illi in reſurrectione apparuit: Deinde Zachariæ Prophetæ Sepulchrum: Præterea locus, vbi Beata Virgo Maria, ex ſacrorum eiuſdem montis locorum viſitatione defatigata, reſpirare ſolita fuit, Inſupèr & locus vbi Chriſtus futurum iudicium prædixit: Item Bethphage: Item vbi Angelus Gabriel Beatæ Virgini Mariæ palmam præſentauit, aſſumptionis eius diem prænuncians: Item locus, vbi Chriſtus fleuit ſuper Ciuitatem; rurſùm antrum, in quo Chriſtus ter orauit, & ſudorem ſanguinis emiſit: Item locus vbi Chriſtus captus, & ligatus fuit. Et locus, vbi Petrus amputauit Malcho auriculam.

De Bethania.

CAPVT XI.

HIc eſt domus Simonis Leproſi. Item locus vbi Chriſtus flens infremuit, & alia de quibus ſupra.

De Iordane.

CAPVT XII.

IBI domus eſt Sancti Ioachim Patris Beatæ Virginis: Item locus, vbi homo deſcendens ab Hieruſalem in Hiericho, incidit in latrones: dein mons, vbi Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus: amplius Monaſterium Sancti Ioannis Baptiſtæ: Item locus vbi Chriſtus à Ioanne baptizatus eſt: Iterum Monaſterium Sancti Hieronymi in vaſta ſolitudine: Adhæc mare mortuum, quo ſubuerſa Sodoma, & ſubmerſa eſt. Vltra Iordanem eſt deſertum Beatæ Mariæ Ægyptiacæ.

De Montanis Iudææ.

CAPVT XIII.

MONASTERIVM Sanctæ Crucis, vbi creuit cedrus, vnum de lignis Crucis CHRISTI, ibi celebre eſt. Item Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ, vbi natus fuit, & domus Zachariæ, vbi Beata Virgo ſalutauit Eliſabeth, & edixit Magnificat. Inſuper deſertum Sancti Ioannis Baptiſtæ, vbi pœnitentiam egit. Porrò vicus Anathoth vbi natus fuit Hieremias Propheta.

De Ebron.

CAPVT XIV.

IN Valle Mambre eſt locus, vbi Abraham tres videns (ſanctiſſimam Trinitatem myſticè adorauit) poſt quæ cripta vbi Adam, & Eua pœnitentiam egerunt, & commiſſum planxerunt inobedientiæ. Itē camp⁹ Damaſcen⁹ vbi Adā plaſmat⁹ aſſeritur: Ex terra illa fiunt coronæ, quæ apud Chriſtianos, Mauros, Turcas & Arabes magna æſtimatione florēt. Hinc eſt loc⁹ vbi Cain occidit Abel fratrē ſuū. Et ſpelunca duplex, vbi Abrahā, Sara, Iſaac, & Iacob ſepulti ſunt.

Naza-

Nazareth.

CAPVT XV.

OSTENDITVR locus hic propè, vbi Virgo Maria & Ioſeph cognouerunt puerum IESVM non eſſe in comitatu. Et Ciuitas Sichar (quæ nunc dicitur Nopuloſa) ibique iuxtà puteus Samaritanæ. Præterea ciuitas Behtuiæ, de qua erat Iudith. Rurſùm caſtrum Zanim, vbi Chriſtus mundauit decem leproſos. Item Naim vbi ſuſcitauit filium viduæ. Ac ciuitas Nazareth, quo loco Gabriel Virginem ſalutauit. Poſtea fons, è quo Chriſtus tulit aquam Matri Virgini; amplius mons Thabor, vbi Chriſtus transfiguratus eſt. Et locus vbi Chriſtus filiam Archiſynagogi à morte ſuſcitauit. Poſthæc mons ille, vbi 4000. hominum ſatiauit. Et Cana Galileæ, vbi aquam in vinum conuertit. Dein Ciuitas Sydon, vbi mulier inclamauit beatus venter qui te portauit. Et locus vbi Chriſtus ſanauit filiam Chananææ. Item Ciuitas Capharnaum & Tyberiadis, vbi Chriſtus multa miracula edidit.

Damaſcus.

CAPVT XVI.

VNDE ad vnum miliare eſt locus, vbi Chriſtus Paulo improperauit: *Saule, Saule &c.* in muro ciuitatis eſt feneſtra, per quam Diuus Paulus ſubmiſſus fuit in ſporta. Et Eccleſia, vbi Diuus Paulus baptizatus fuit, & domus Ananiæ.

De Hieruſalem.

CAPVT XVII.

HIc viſitur Hieroſolymis Eccleſia Beatæ Virginis Mariæ, vbi fuit præſentata, & litteras addidicit. Ruſùm Eccleſia, vbi nat⁹ eſt Sanctus Ioannes Euangeliſta. Et carcer Sancti Petri. Item domus Veronicæ. Deinde triuium vbi Iudæi angariauerunt Simonē Cyræneum, vt tolleret crucem

 Chriſti.

Chriſti. Ibidem Chriſtus mulieribus ait; *Filiæ Hieruſalem &c.*
Item eſt Capella, vbi Beata Virgo Maria dicitur ſpaſmum
paſſa, & gladius doloris tranſijt cor eius, dum videret dulciſ-
ſimum filium crucem portantē inter duos latrones. Iterum
domus Pilati, vbi Chriſtus flagellatus, coronatus, & condē-
natus fuit. Hinc domus Herodis, vbi fuit deriſus. Inde Eccle-
ſia Sanctæ Annæ, vbi Beata Virgo concepta fuit. Amplius
porta aurea, per quam Chriſtus intrauit in die palmarum. Et
probatica piſcina. Adhæc templum Salomonis. Deincep
porta Sancti Stephani, per quam eductus fuit ad lapidandū
Porrò domus Annæ, & iuxta eam oliua, ad quam Chriſtus
ligatus aſſeritur. Deniq; domus Caiphæ, & vbi Petrus Chri-
ſtum negauit, & gallus cantauit.

De locis Sanctis apud Ægyptum.

CAPVT XVIII.

PRIMÒ occurrit ciuitas Gazæ, in qua Samſon obijt. In
monte Sinai nota eſt Eccleſia Sanctæ Mariæ de Rubo, in
qua requieſcit corpus Beatæ Catharinæ. Creditur ibi-
dem locus, vbi apparuit Dominus Moyſi in medio rubi. In
medio montis Sinai locus patet, vbi Elias Propheta delituit
Ac in cacumine montis locus eſt, vbi Deus Moyſi duas tabu-
las decem mandatorum exhibuit. Ad radices montis Eccle-
ſia. 40. Martyrum colitur. Alius item mons oſtenditur vbi
eſt Petra Horeb, de qua emanarunt aquæ largiſſimæ. Inde
ad vnā dietam eſt mare rubrum. Et ibi propè locus vbi erant
duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ.

De Alexandria.

CAPVT XIX.

EST locus hic, vbi Sancta Catharina martyrium ſubijt.
Item vbi ſanctus Marcus, cum miſſam celebraret, à pa-
ganis occiſus eſt.

De Cayro.

CAPVT XX.

HIc locus Eccleſiam Sanctæ Mariæ de columna continet, in quâ ſepultum fuit corpus beatæ Barbaræ. Ibi patet fons, vbi Virgo Maria lauabat panniculos pueri IESV cum eſſet in Ægypto, cuius aquam dulciſſimam pagani maxima reuerentia colunt. Curat enim varias infirmitates, ob contactum pueri IESV, vbi erecta eſt infanti DEO capella. Ibi etiam creuit vinea balſami mirifici odoris. Ibi monaſteria Sancti Pauli primi eremitæ, Antonij, Macharij, & aliorum plurimorum celebrãtur. Ad quadraginta miliaria à Maſſara ſiue Cayro, eſt locus Elmarath, vbi eſt Capella, quam Virgo Maria incoluit ſeptem annis, cum puero IESV, cuius eſt feſtum in die palmarum.

De Syria.

CAPVT XXI.

VBI Ciuitas Antiochiæ, vbi Beatus Petrus ſeptem annis Euangelizans abraſo vertice capitis ab infidelibus contumelioſè deluſus eſt. Apud Barutum, quod Cappadocia dicitur, Sanctus Georgius draconem interfecit. Hæc ſunt præcipua loca ſancta Terræ Sanctæ, intus & extra ad quæ peregrini data obedientia reuerendi Patris Guardiani ſacri montis Sion (nunc verò Sancti Saluatoris) proficiſcuntur, ſtaturi, in quibus à pluribus ſanctiſſimis Pontificibus magnę indulgentiæ ſunt conceſſæ, vt patet in bullis eorum. Pater Guardianus ille quotannis mittit aliquot Fratres prædicatores, & confeſſarios Alexandriam & Cayrum & in Syriam, in Aleppo, ac Tripolim, qui verbo & exemplo multos ad ſagenam Euangelicam perducere conantur.

De

De Martyribus terræ Sanctæ.

CAPVT XXI.

NOn defuère Zelotes Franciſcani, qui hanc terram ſa
ctiſſimam ſuo ſanguine pro Chriſti fide ſparſo ill
ſtriorem redderent: nam vt acceptum à teſtibus om
exceptione maioribus: à plurimis annis Prouinciæ Baſili
tæ fratres apud Damaſcum, poſt multa & varia torment
Saracenis eis illata, martyriũ pro Chriſto conſtanter ob
runt, quorum hiſtoria (vt accepimus) in Baſilicatæ Proui
cia fertur haberi. Fuit prætereà & alius quidam ordinis n
ſtri Frater Laicus, qui poſtquàm per humanam fragilitate
& Turcarum timorem, fidem abnegaſſet, tandem in ſe
uerſus, & à Patre Guardiano Hieroſolymitano accepta be
dictione, in templo Salomonis coram innumera Turcar
& Maurorum caterua Chriſtum liberè prædicans, ad m
tyrij palmam peruenit.

Non pigebit his annectere Hiſpanam quandam m
lierem, nomine Mariam, quæ non paucis ab hinc annis, ſi
feruore ſuccenſa, ipſo die palmarum crucem per totam
uitatem Hieruſalem baiulans, ac Mahumeticam impie
tem miſeris ipſis Turcis improperans, in rogum ignis ard
tis iniecta, ante atrium ſancti Sepulchri, inuicto pector
martyrium ſubijt; non ſine maxima virorum ac mulieru
infidelium admiratione: quòd Chriſtiana muliercula t
conſtantèr, pro ſua fide ad martyrium properaret. Eius o
& cineres Mauri, & Turcæ Chriſtianis magno pretio ven
derunt. Fuerunt plerique & alij martyres, quorum n
mina, ob raram cum Turcis conſuetudinem, & f
quentem Conuentus Hieroſolymitani Fratrum mutat
nem, hactenus latent; eorum tamen nomina in lib
vitæ non ignorantur.

T

De his quæ à nouo Terræ ſanctæ Guardiano, dum eam cum commiſſa ſibi familia petit exponenda veniunt, deq; his quæ occurrunt difficultatibus.

CAPVT XXIII.

ABs re non erit, in medium adducere (ſuccinctiore quidem verbo) quibus expenſis quibusq; difficultatibus, fratres noſtri Hieroſolymam tranſmittantur, ibidemq; ſuſtententur. Nam cum primum vel in capitulo generali, vel à Generali totius noſtri inſtituti Miniſtro, Hieroſolymitanus Guardianus inſtituitur, is ſummi Pontificis præſentiam, ab eo omnium priuilegiorum, gratiarum, atq; indulgentiarum ſuis prædeceſſoribus à ſede Apoſtolica conceſſarum confirmationem petiturus, benedictionemq; accepturus, accedit: Quibus obtentis Venetias cum vniuerſa familia ſecum pro ſuo tempore, Hieroſolymis commoratura (quæ quadragenarium numerum, vt minimum claudit) extempore petit. Dumq; nauigium, quo transfretare poſſit, operitur, ſimul cum Hieroſolymitanis procuratoribus ibidem degentibus comparat quæ pro viatico, & pro captanda Turcarum beneuolentia, atq; tranſigenda Hieroſolymis vita, neceſſaria ſunt, puta vinum, caſeum, ſalſas carnes, panē biſcoctum nauticum, piſces, pannum pro fratribus induendis, cereos, tedas, & ceras, item candelas albas pro miſſarum cultu, ſacrum oleum pro baptizandis, atq; Chriſmate ſignandis, nec non & pro extrema vnctione, per loca Aleppi, Alexandriæ, Tripolis, & Peræ ac portæ Hieroſolymæ, inungendis; ſericum quoq;, purpuram, ac ſubtiliores pannos,

plurimaq́; alia, vt Turcis, pro munuſculis diſtribuát, exi mico precio ex Eleemoſynis in Italia, Francia, & in Hiſpania congeſta, maximo labore comportant. Quibus debitè diſpoſitis, conſcenſaq́; naui vel conductitia, vel gratis à pijs mercatoribus oblatâ, Ioppen, vel Tripolim rectà contendit. Quo demùm appellens Nuncium in Rhama, ad Turcicum exactorem (vulgò Elemi) & ſubaſſam, qui Sanzachi ſiue Gubernatoris vicem gerit, ſaluum conductum, quo liberè eam patriam ingredi poſſit, ab ijs petitum ablegat; aliumq́; ſiue eundem Hieroſolymam, ad Guardianum officio prædefunctum remittit, vt is adiunctis ſibi Turcicæ linguæ interpretibus, (quos vulgò Turcimanos vocant) de animalibus conductitijs, quæ ſarcinas è naui eductas Hieroſolymam deuehant, opportunè prouideat, Ioppemq́; perducat, obtento itaq́; ſaluo conductu, impedimentisq́; expoſitis, omnium bonorum & fratrum exactio officialibus regijs, non quidem ea, quæ à magno Turca impoſita eſt, ſed quæ illis pro libitu placuerit, è veſtigio penditur: & iuxta ſex ſerica magniq́; pretij purpurea veſtimenta illis pro antiqua, eaq́; neceſſaria conſuetudine, oblata, ad quadringentos aureos coronatos exponi debent. Mox vbi, non abſq́; periculo, & ſummo labore ad Hieroſolymorum portam, nouus Guardianus acceſſit: Turcicos officiales ad ſe vocat, qui tùm eius tùm fratrum comitantium aliorumq́; ſæcularium, ſi qui ad ſint, nomina libro deſignant, & omnes ad Conuentum ſanct Saluatoris deducunt, vbi cunctam ſupellectilem adductan explorant: Quorum tanta eſt libertas, tantaq́; procacitas, v impunè quidquid libuerit, nemine contradicente, ſubtra here poſſint. Sequenti verò die vterq́; Guardianus Soci atis interpretibus, Hieroſolymitanos Satrapas accedens, il lis & ſericas veſtes, & purpureas, nec non & plurimas pe cunias ad captandam beneuolentiam, pro more, deferri la borant.

Quibu

Quibus diſpoſitis, Guardianus officio cedens, ſimul cum antiqua familia Tripolim Suriæ, nauim, qua in Italiam traijciat, præſtolaturus petit. Poteſt nouus Guardianus aliquem ex antiquioribus fratribus pro libitu deligere, vel aliquem ex recentioribus, qui magis arriſerit; & qui minori adiumento futurus ſit, remittere.

Deindè æconomiæ benè diſponendæ, & ſui muneris exſecutioni diligentiùs intendit. Et primò quidem vicarium, qui eius vices gerat; niſi fortè illum Venetijs creaſſet, inſtituit. Poſtmodum alterum fratrem in Guardianum, ſeptem illi adiunctis fratribus, eligit, qui Franciſcano Bethlehemitico Conuentui per annum præſit; cui omnia ad victum neceſſaria pro ſe ſuisq; fratribus ex Hieroſolymitano conuentu transmittuntur. Ad ſacroſanctum verò Chriſti ſepulchrum binos Sacerdotes, binosq; laicos fratres aſſignat, qui integrum trimeſtre concluſi, niſi infirmitas vrgeat, in loco tenentur, victumq; carceratorum more, ſingulis diebus, ex conuentu ſancti Saluatoris per feneſtellam ſiue rotam recipiunt. Tum demum ex ijs qui ſuperſunt, fratribus Aleppum quatuor, quorum alter ad Chriſtianos mercatores, illius loci incolas, concionibus fungitur. Tripolim Suriæ binos emittit: & quando nationis Gallicanæ conſul, qui illius gentis mercatoribus iure dicundo præeſt, proprium ſacellanum habere deſiderat, ternos: & Alexandriam quoque totidem fratres ablegat: qui coram Chriſtianis, illis in locis degentibus, rem diuinam agendo, illorum confeſſiones excipiant, pueros baptizent, nec non & alia ſacramenta miniſtrent. Quorum operâ aliquæ eleemoſinæ fratrum locis proueniunt.

MONS ALVERNÆ

Ex Dialog. de monte eodem F. Mely. Et F. Dionyſij Pulinaris.

Deſcriptio Montis Aluernæ, vnius iſtorum mon-tium (qui ſub doloroſa paſſione Saluatoris quaſi condolentes ſecti ac diffiſſi ſunt) facilè primarij, quem non immeritò ſimulacrum, & figuram ſacra-tiſſimi montis Caluariæ dixerimus, ac proinde præ-rogatiuas illius & myſteria in eodem patrata mox à deſcriptione ſanctiſſimorum terræ locorum pro ſpirituali deuotione lectoris, adnectimus.

CAPVT XXIV.

QVo tempore Hannibal Carthaginenſis, Amilcaris fi-lius, & fortiſſimus belli dux Alpes ſuperarat; dubi-tantes Romani ne fortè eo terræ loco quietus pedem non figeret, ſed vlterius irrumpendo diuagaretur, omni in-duſtria collaborantes, arcem quandam munitiſſimam in valle Caſentinâ, mille paſſibus à monte Aluernæ diſtant conſtruxêre, cui nomen indidêre, (quod modò ſonat Italis Chiuſi giouane) hoc eſt, concluſi iuuenes. Ad differenti-am vnius oppidi Toſcaniæ. Quod quidem caſtellum poſt modum multis hæreditatum varietatibus, cum tota vicin regione, delapſis plurimis annis, in ditionem venit Illuſtriſ ſimi comitis Orlandi Chatanij. Quibus diebus, venient Domino Vniuerſali illius Territorij, & Patrono caſtelli S Leonis, vt crucem equeſtrem, ſiue equitum indipiſceretu Inſignis nobilium apparatus cum eo confluxit, inter quos &

come

comes ille Illuſtris Orlandus; ſed & ipſe Seraphicus Pater Franciſcus comparuit, qui iam ſacrificio miſſæ, ritu Equeſtris illius ordinis celebrato, ſermonem è feneſtra ſacræ ædis eiuſdem caſtri, ad populum habens, tanta ſpiritus vnctione mentē Orlandi imbuit, vt omninò accelerans, & propemodùm moræ impatiens Beatum acceſſerit, illi, & filijs ſpiritualibus Ordinis ſui Montem Aluernæ in perpetuum ceſſerit, appoſita quidem conditione, vt eodem loco fratres contemplationi myſteriorum Chriſti intenti, religioſa decentia verſarentur. Pater ſanctus acceptâ conditione, & ſocijs duobus ad inſpectionem montis emiſſis, conuentus ædificium præmeditari cœpit. Itaque comperta montis amœnitate, & vaga ſolitudine, Pater Beatus cum ſuis illectus, tugurium pauperrimum extemporè ceſpitibus, lignisq; rudioribus congeſſère, vbi non exiguo tempore ijs commoratis; Seraphicus Pater in partes infidelium, ardentiſſimo martyrij deſiderio conceſſerat: vnde tamen diuinitus ſpe fruſtrata reuerſus (quod ad ſtigmata eum maieſtas diuina reſeruaret) complures obuiam concurrentes ex ordine patres, & cum alijs, duos, quos in monte reliquerat coniunctis gratulationibus obuiantes offendit, quorum narratis, cum tanta de Montis Aluernæ prærogatiuis inaudiſſet: Et quia iam eremitorio conſtructo, pro voto ſpiritus fruerentur: Sanctus continuo expeditus, montem duobus aſſociatus repetijt, & raptim cellula ſua, ad veterrimam arborem fixa, cum montis auram iucundam, & nemora condenſa ſolitudini apta comperiſſet, & quod mons duobus fluminibus nominatis, (Tybere videlicet, & Arno) circumallueretur, lætus & alacer hanc requiem ſuam æſtimabat, vbi pœnitentijs & cœleſtium conſideratione pleniſſimè ſatiaretur. Montem hunc honorabilem reddit non vnius Franciſci pœnitentia, ſed aſſidua Saluatoris & Deiparæ viſitatio, & multorum millium Angelorum frequentia: ibi comparuêre ſigna Redemptionis

nis noſtræ in membrana humana ſerui Dei, ſecretarij, & ve
xilligeri omnipotentis Franciſci. Cæterum comes Orlan
dus, dabat in mandatis, vti in vertice montis ædicula Virgi
Matri Mariæ Angelorum, ad formam à Seraphico Patre d
menſam in honorem illius Deiparæ, ſanctorum Ioannis Ba
ptiſtæ, & Euangeliſtæ, erigeretur, quo loco indies per inc
las fratres Capellæ ſtigmatum B. Patris, ibidem quoque i
ſtructæ, ſuffragia à prædictis ſanctis ſollicitarentur. Q
locus nomen vulgo ſortitus eſt, Eccleſiæ veteris. Tanden
que populorum excreſcente deuotione, diuerticula paup
rum fratrum ſuſcipiendis hoſpitibus ex deuotione accu
rentibus nullatenus ſuffecêre, quare iam annis ſex & vigi
ti, poſt tranſitum Seraphici Patris, ampliatis eleemoſinis,
deuotorum collectis, ipſæ quoque habitationum commo
tates, dilatatæ ſunt; authoritate nihilominus Innocentij P
Quarti, qui ad congregationem illam pro cauſis pijs pri
legium, Lugduni Anno 1252. 17. Nouembris, ampliſſimu
dederat: prout & ipſe Alexander Quartus, qui (quod
monte Aluernæ Seraphicus Pater vulneribus Chriſti inſi
nitus eſſet) eum & præcipuo venerabatur honore, & vol
ne locus cum ſacellis ſuis inferiori cultu, quam B. Maria
Angelis Aſſiſij, vbiuis haberetur, quodque amplius, vt
æqualem in omnibus, vel certè maiorem authoritatem
æſtimationem cum Aſſiſiana, quam diximus, æde ſorti
tur. Eccleſiolam verò in monte poſitam conſecrari, & l
nedici conſtituit à ſeptem ſequentibus Epiſcopis, Areti
Vrbinate, Florentino, Aſſiſiano, Peruſienſi, Feſolenſi, & ci
tatis Caſtelli antiſtite; qui deuotionem papalem, ſingul
diligentia proſecuti, coram infinita multitudine & nob
& plebeâ, primum quidèm ædiculam conſecrare, mox
ſtum montem obequitando gyrantes, quaqua verſùm e
dem benedicere perrexerunt. Cuius quidem ſolennit
memoria & conſecrationis, annuali ceremonia celebrat

eiq́; auidiſſimis precibus, intereſſe conſueuere populares Vicini: Et ipſe Vniuerſi Ordinis Seraphici Generalis Miniſter B. Bonauentura, inter infulatos illos primates non vltimus, conſecrationis ſolennia cohoneſtauerat. Exinde mons ille ſanctus in Franciſcanorum feruentiorum manus deueniens, aliquantulum hæſit; donec porrò, ex vſu eorum operâ Franciſci Cathanij reductus fuit (quod is ex conuentualibus eſſet, & legitimus ſucceſſor comitis Orlandi) dein ad obſeruantiæ patres Martino V. pontifice Anno M. CD XXX. deuolutus eſt, ſtatimq́; à pontificis huius obitu, rurſum in iuriſdictionem conuentualium ceſſit. Ad extremum Anno M CD XXXI. Eugenio Quarto papa, poſt capitulum primum Boloniæ, apud conuentum S. Pauli de Monte, à PP. obſeruantibus habito, obſeruantiæ denuò redintegratus fuit, inſtinctu Reuerendiſſimi P. Guillielmi de Caſale, Generalis Miniſtri, ad inſtantiam magni Hetruriæ ducis Coſmi medices, totiusq́; Reipub. Florentinæ, ex quo tempore bono titulo, & fide non interrupta, etiamnum à noſtris poſſidetur. Quamuis obſeruantiæ Patres ſub principio redhibitionis, multis cauillis, iniurijs, & perſecutionibus impetiti, vixdum eleemoſinæ ſtipem ab indurata & refractaria plebe, obtinere potuerint; quæ machinatio, in gratiam conuentualium, miſeris obſeruantibus texebatur. Sed denique recepti ſub curam, & protectionem ſenatus Florentini, neceſſarijs omnibus (vel ipſo quoque papa Eugenio procurante) prouiſi, & ab inſequentium mordaci petulantia, libertati aſſerti fuêre: paulatim animis maleuolorum manſueſcentibus, vbi nimirum exemplarem eorum ſanctimoniam penitius aduertêre. Anno M. CD. LXV chorus præmiſſæ ædiculæ ex aſſere ſimplici contignatus, longo tempore manſit. Tandem, anno M. CD. LXXXVI eccleſiola ſplendidiori exculta ornatu pientiſſimo Dominico Bartholi curante (eadem tamen lignorum materia) reſplenduit, Mandatum ſiquidem

quidem erat commune patrum, ne forma ædiculæ, quamui minimâ portione, mutaretur, neque additamentis, deuotionis ergò quæſitis, laxaretur: Né diuinam iram, & Seraphici Patris indignationem irritantes cum tribus alijs Guardiani (qui in ſanctum locum, innouationem quandam præſumẽtes, celeri pœnâ miſerè perierunt) & ipſi interminatione ferirentur: formam enim, quam Zelotes illi Patres, ad amuſſim aſſeruabant (ipſâ Deiparâ Virgine dictante, cum ſancti vtroque Ioanne) delineatam fuiſſe, & præfixam B. Patri Franciſco (vt præmiſimus). Quæ ſanè vna cauſa fuit, cur ædicula prædicta ſua vetuſtate priſtina conſiſtens, mirabilem reſpectum obtinuerit, apud accolas, & exteras gentes; maximè cum (vt præmiſſum) Chriſti, & B. Virginis, Angelorumq; acceſſu, non rarò viſitaretur, & modò in dies viſitetur. Eaq; de re diebus Sabathi litantur ibidem ſacrificia omnipotenti Deo, & in honorem Matris glorioſæ. Hanc ipſam ædẽ ſepulturæ loco delegit Dominus Orlandus, cuius perinde latera cumplures alij, cingunt ſepulti, & viri nobiles, & generoſi cum alijs ſanctis Ordinis noſtri Patribus. In ſacello præterea montis huius turricula minor, campanili ſuo inſtructa, multum deuotioni popularium deſeruit. Anno M. CD. XC Dominicus Bartholi ciuis Florentinus, ſumptibus ſuis à fundo ad culmen Eccleſiam adduxit, cui & illa puſilla turris cum multa conſpicantium gratia connexa fuit, maiorem verò campanam, quæ comitis Orlandi fuerat, Illuſtriſſimus Florentiæ Dux, Laurentius Medices, (Pater Leonis decimi papæ) ſuo loco reſtituit.

Eadem capella, ſiue ſacellum, quod paſſim vulgò (Cardinalis nomine) intitulatur, prima Seraphici Patris cellula fuit; induſtria quidem comitis Orlandi ſub altiſſima quadã arbore fabrefacta: at poſtmodum reducta in eam formam, (quà modò conſpicitur) ab Illuſtriſſimâ Heroinâ Dominâ Catharinâ comitis Ruberti de petramala, conſorte honoratiſſimâ,

tiſſimâ, quæ mira in B. Patrem Franciſcum pietate fereba-tur, nomenq; is locus accepit Cardinalis, quod in illo, Illu-ſtriſſimi Galleotti Vbertini Aretini, comitis Petræmalæ, S. R. Eccl. Cardinalis oſſa, recondita conſeruentur. Ad ar-cum Ianuæ illius Epitaphium hocce exaratum legitur.

Anno Domini M. CC. XXV. Beatus Franci-ſcus ſub hac arbore, ſæpè cum gratiarum actione, & lætitiâ ſpiritus, comêdit.

ET circa feſtum exaltationis S. Crucis Franciſco in late-re montis oranti (vbi in præſens capella viſitur) alatus Seraph in ſpecie crucifixi, apparuit, qui & redemptio-nis noſtræ ſignis Beati corpus, quaſi ſtylo ferreo penetran-te ſuis locis apertè perſtrinxit. Ad interiora capellæ occur-rit intuenti petra quædam in quadro ſita, lamina ferrea, ſuperinducta, qua beatus Pater ſæpè defeſſus reficiebatur, ſupra quam præterea Chriſtum vidit, & (dum ad inferio-rem ſacelli ſitum, vbi B. Magdalenæ altare recolitur, ſpi-ritu orationis acriori inſiſteret, peteretque ab eo re-uelari futurum Ordinis ſui ſtatum, quem correctorem, reparatorem, inſpectoremque habiturus eſſet) audiuit eundem ore ad os repromittentem: Ordinem eius ad finem vltimi iudicij ſuamet inſpectione, & gratia protegendum, aſſeruatum iri, eumque, qui illum affectu proſequeretur, quocunque peccatorum pondere tene-tur, miſericordia tandem ſua præuentum iri, è contra qui eum quolibet inuidiæ genere infeſtaſſet, niſi pœnitu-dine ſubitò habita reſipiſceret, breui periodo vitæ ſuæ finiendum. Quodque ij qui mortali peccato quouis maximè notabili grauati, in ordine verſari non vereren-tur, niſi conuerſione ſyncera ſubſequente, in gremio Re-ligionis duraturi non eſſent. Cætera quæ à Domino ſe-

denti in loco ſupradicto, tanquam viuæ Vocis oraculo ex-
ceperat ſanctus Vir, humilitate ſua conſueta, ſilentio texit
Quamuis eorum nonnulla Beatus Leo indiuiduus Collega
iſtius, iam defuncto patriarcha pauperum euulgarit, vt de
flagello quod Italiæ interminatus erat Chriſtus, & ſubito à
morte Patris, eam annonæ charitatem experta eſt, quæ co-
geret paſſim homines victitare radicibus, & herbis, ſed imo
inſipidis arborum corticibus, vbi videre fuit in omni loco
crudeliſſimæ mortis imperium, æquo pede pulſantis pau-
perum tabernas, regumq́; turres. *Hæc de reuelatione ſatis.*

Porrò cum B. Leo more ſolito menſam, quâ ſederat
Dominus, mantili denuò cooperire conaretur, Pater è ve-
ſtigio opponens ſe, *abſit*, inquit, *quinimo primum diluatur aqua
puriſſimâ, tùm Vino, deniq́; lacte ſuperinfuſo emundetur, tandemq́
nouo oleo confricata, balſami nobiliſſimo liquore tingatur: Dominus
enim* inquit, *erat qui in eâ conſidere dignatus eſt, & reuelare auricu-
lam ſerui ſui, oſtendens (quæ ſupra per ordinem ſignata ſunt).* In ea-
dem menſâ ſequentia verba exarata leguntur. (*Menſa beat
Franciſci ſuper quam habuit mirabiles apparitiones, ſanctiſſimumq́; ſu-
per ipſam effudit oleum dicens. Hic eſt ara Dei*) quæ tabula ducenti
propemodum annis in Sacrario reſeruata, patrum conſilio
delata fuit in locum ſecretiorem, vbi ferreâ crate cuſtodita
peregrinantium vellicationi non pateret, etenim cum pa-
tres illi, deuotioni accurrentium primitùs conniuere ſatis
egiſſent, paulatim famoſa petra, raſuris, tonſurisq́; & detri-
tionibus mutilata, deuotionem non prius in deuota gent
minuiſſet, quàm ipſa fruſtulatim, & ſenſim minuta, penitu
euanuiſſet. Quare autem ad inferiorem ſacelli plagam Bea-
ta Magdalena coloribus adumbrata fuerit, cauſam dedêr
crebriores illius apparitiones Deuotiſſimo P. Fratri Maria-
no de Luco factæ, homini quidem vitæ ſanctiſſimæ, vti a
calcem huius rei, narrabitur.

Cum olim Seraphicus Pater ſacrum iſtum montem

diuerſis vijs oberrans, locellum aliquem contemplationi aptiorem deprehenſurus abijſſet, ſedulò & auidè quærenti ſaxum præruptum, immane oſtenſum eſt, prorſùs atque artificio ſtudioſo in cameræ figuram efformatum; arriſit primus aſpectus illi, & intrans concauitatem, adgeniculatus ſeptem Pſalmos Pœnitentiæ magno deſiderio genioſi illius artificis agnoſcendi, perſoluit. Non defuit reſponſum diuinum, reuelator enim Angelus aſſerebat, hanc eſſe de petris vnam, quæ ſub doloroſa Chriſti morte disruptæ patuêre, quare eandem maiore (quâ par eſt deuotione recoleret) cui mandato Franciſcus pluribus contemplationum ardoribus, & raptibus (comprimis vbi pulueres contractos ex humana conuerſatione diſcuteret) morem geſſit. Pars infima ſaxi huius pauimentum quaſi dolatum exhibet; pars ſuperior tecti pulcherrimam ſpecum refert; & vnâ quidem hiulcat apeturâ per latus alterum, (quam feneſtram aptatam diceres capiendo lumini accomodatiſſimam) hanc humilem habitare caſam, paratam à Deo, tanquam ſponſali thalamo ornatam, decebat virum eum, Virum dexteræ Domini, qui carni, & ſanguini eius, ſocio & ſaucio Vulnere communicaturus erat.

Redeundo porrò ad benefactores, fundatoresq́; illius loci, Illuſtriſſimus Simon Guidonius filius Comitis nuncupati de Battifolio, & Puppio, Baro Tuſciæ, duo ſacella (quorum alterum ſacrorum ſtigmatum erat) intra ædiculam in monte ſancto erexit, alterum quidem in D. Antonij abbatis honorem, alterum vero martyris S. Sebaſtiani; & impendio ſuo, ne fratres euagari cogerentur, quinque fratres victu & amictu largè prouiſos aluit: Tenebatur enim Seraphici Patris immenſâ reuerentia, & amore; proinde nec aliud iſtorum religioſorum erat quam diuinis vacare officijs, & continuis inſumi ſtudijs orationum. Ideoque ex ordine ſelectiſſimos quosque viros euocantes, tales obtinuêre

nuêre à Generali Miniſtro. In quibus non infimo loco depu-tamus Conradũ Offidanum prouinciæ Marchiæ meritiſſi-mum patrem, qui cum eò deſtinatus (vt inuitus) indignum ſe tanti loci habitatione cenſuiſſet, literis ad deuotam ſororẽ Benuenutam Anconitanam tertij noſtri ordinis, ſupplicibus egit, interponeret illa ſuam precem apud Generalem Miniſtrum, vti de loco iſto, quem ſanctiorem ſuis meritis reputaret, leuaretur. At illa contrariũ diuinitus edocta, Conradum perſuaſum in loco perſiſtere, confirmauit; addiditq́; euentu ſecundo negotium finitum iri, modò ſolido pede conſiſteret: id quod probauit effectus, meruit enim is, quinque mortuorum ſuſcitator glorioſus euadere, dignusq́; cu Virgo Virginum in ſolennijs purificationis ſuæ, dignanter appareret, infantemq́; Ieſum in vlnas proprias cõmitteret.

Itaque ſtatio illa quinque Fratrum noſtrorum, in rigore feliciſſimè conſtitit, donec, (prô dolor) in amplos mores Religio prolargaretur, & à tramite primœuo deſciſceret, quo tempore & ipſæ pauperes cellulæ ruinam pati ceperant: quâ de cauſâ, cũm primùm (Eugenio IV pontifice) locus ſancti montis in poteſtatem obſeruantium reductu fuit, habitationes ſacerdotum præcedentium demolitæ ſunt. Sed conſilio patrum introductũ, vti ad ſacellum ſacrorum ſtigmatum dietim ſacrificium miſſæ Deo litaretu vtq̃ue inſuper ſinguli patres incolæ, per modum ſolenn proceſſionis in capellam Virginis Matris, ad cantandu nocturnum (Benedictam vocant) concedere tenerentu experientia quippe compertum erat, cantum prædictu Reginæ glorioſæ, præ cæteris arriſiſſe; viſum enim eſſ dum Religioſi altitudine niuium circumſepti à proceſſion cohiberentur, ex procera vmbroſaq́; quadam arbore (qu capellam S. Antonij abbatis, & alteram vocatam Cardina lis ramis ſuis protenſis obtexerat) animalia diuerſoru generum paribus ſingulis combinata, proceſſionum mo

à v

à veteri eccleſia ſollicitè prodire, & verſo greſſu ad capellam ſupradictam procedere. Hoc viſo patres attoniti, conſtituêre nunquam inpoſterum, quacunque ſuperingruente niuium ſpiſſitudine, aut grandinum, tempeſtatumq; furore, proceſſionum actu ſuperſedere.

Quibus commotus Pontifex Clemens VII, plenarias indulgentias, viuæ vocis oraculo, cuilibet fratrum, qui proceſſionum iſtarum ſolennijs, intereſſet, indulſit.

De Capella ſanctiſſimæ Crucis in monte Aluernæ.

HÆc Capella, quæ ſecunda fuit cellula Seraphici Patris, primitùs è vilibus lignis, & communiori terrâ, ac arborum ramis, operâ fratrum Leonis, Angeli, & Maſſæi conſurrexerat. Quam Beatus Pater ſuper lias omnes in deſiderio animæ fouebat, eligensque eam d maiores cum hoſte conflictus; Quadrageſimam de Anelis dictam, ibidem inſtituit, vbi ſolertius, & ſolidius, anquam in ſolitudine exquiſitâ, cum ſolo Dilecto verſaetur; ideoque ſtrictiùs ſuis iniungebat, nè in eundem loum procederent (vno excepto fratre Leone) quem tanen non niſi cum limitatione, & ſubindè ad reddendum enſum diurnum, in ſocietatem admittebat, aut certè, ſi lius quiſpiam, qui panem & aquam refectionis ergò, eferens, admitteretur, non ſine magnâ cautelâ modeiæ, & ſilentij fieri conſuêrat. Ibi Beatus Leo Seaphicum patriarcham creberrimè in oratione raptum, ectaticum offendit. Ibi in aërem ſublatum quaſi olantem crucigera diſtenſione notauit. Ibi ſublimè ectum eum in porrectiſſimam arborem trauolantem, ſpexit. Ibi amicus altiſſimi picam auem enutriens, er ſingulos dies, eam ad laudes diuinas cantandas, diinctis horis inſtruxerat. Quæ res adeò demoliuit in-

 teriora

teriora Simonis baronis Florentini, vt cellulam eam in proportionem ſacelli ſub titulo ſanctæ Crucis, elatam, Anno M. CC. LXIV condecorárit. Cuius quidem euidentia teſtimonia reddunt verba, quæ ſequuntur. *Anno Domini M. CC. LXIV. feria quinta poſt feſtum aſſumptionis glorioſæ Virginis Mariæ, Comes Simon, filius illuſtris viri Comitis Guidonis, Dei gratia in Tuſcia palatinus, fecit fundari iſtud Oratorium ad honorem Beati Franciſci,* vt ipſe, (*cui, in loco illo Seraph apparuit, ſub anno Domini M. CC. XXV; infra octauas natiuitatis eiusdem Virginis, & Corporis eius impreſſit ſtigmata IESV Chriſti*) *conſignet eum gratia Spiritus ſancti.* At verò in arcu eiusdem Capellæ, proſtant ſequentia indicia, potius quam metra menſurata.

Hic quondam diui Franciſci, hæc cella ſecunda
Extitit, in ſcopulis, nunc verò dicta Ducis:
Hic quater arcta decem, ille, dies, ieiunia ſoluit,
Ordinis Angelici, ductus honore, ſacri.

Ad Hæc, Beatus Pater, oratoriolum própria manu fabricatus erat ſub eminentiſſimæ arboris vmbra, vicinumq́ eidem capellæ, vbi dies cum noctibus infatigabili pre cum inſtantiâ cum Deo ſuo luctabatur. Quadam ergo die cum præuiâ nocte (velut alter Iacob cum Angelo col luctans) ipſe cum Deo mollitis ſuper oleum ſermonibu conſeruiſſet. Iam aurorâ promicante, Vir Dei inuſita to concluſus ſplendore, vidit facie ad faciem, Chriſtum in formâ Seraphicâ de ſupernis accedere, & poſt viſcero ſum communicatum amorem, verbaq́ue, quæ non licet ho mini loqui, ſignis Redemptionis noſtræ, Ducem crucige rorum ſignatum reliquit; Fratres verò, poſtquam ijs inne tuiſſet ſacramentum altiſſimi Regis, præcauerunt, ne locu ille ſacer impreſſionis diuorum Vulnerum conculcanti um pedum dedecori paterèt; Sed crate ſitum vndiqu munientes, conſpectui ſoli propatulum reliquêre: crat tamen deinceps remota, (quæ ex ferro fuerat) Deuotiſ

ſim

ſima fœmina Eliſabetha Domiui Angeli Bardi legitima coniunx, cratem ex ære, elegantiori forma, & maiori impendio ſubſtituit, Anno M. D. XXXVI. nec creditu facile futurum ſit, ſi produxerimus, quantis populorum concurſantium confluentijs ſacer ille ſtigmatum locus attritus fuerit, & opertus. Et huic deuotioni maiorem illecebram poſuit Generoſus ille (quem diximus, Comes Simon) qui capellam ornamentis Angelicis exultam, ridentium oculis ſubitò conſpectu rapiendis expoſuit. Sed & in memoriam receptorum quinque Vulnerum totidem bi lampades perpetuo igne ſeruantur accenſæ: ibi Vota peregrinorum & latera, & culmen ædiculæ, vndequaque cingendo, præoccupant, vt miracula ſanctorum, & gratiarum quæ in loco contingunt, appenſa, totum ſitum inuoluant, & meritò locus ſacer, vnum videatur magnum mundi Miraculum. Accedit ad ſtimulum deuotionis, illa ſolennis (de quâ ſuprà) ſub crepuſculum inſtituta proceſſio, quæ n honorem Deiparæ, Beatorum Baptiſtæ, & Euangeliſtæ, Angelorum quoque, Hieronymi, & B. Franciſci, deuotiſſimis antiphonis celebratur, maximè verò communi illa (*Cœrum candor ſplenduit*) & illa (*crucis apparet hoſtia tenſis in cruce racbijs &c:*). Cum anno M. CCC. X. Illuſtriſs: & Reuereniſs: Reginaldus Rauennatium Archiepiſcopus, ſociatus euerendiſſimo Aldobrandino epiſcopo Aretino, ſacrum Aluernæ montem, ignitiſſimo viſendi loci feruore, honorai veniſſent. Summis precibus apud Patres noſtros inſtitêre, uatenus Capellam ſanctimonia propemodum exuberantē, ceret conſecrationis honore prouehere. Annuêre tandem atres; vndè eodem año loc⁹ alioquin de ſe glorioſus, accentib⁹ ſacris inaugurationib⁹, ſāctiſſimæ Cruci, & Seraphio Patri, Totiq; celeſti Curiæ dicatus eſt, aſſignatis vnius an Indulgentijs, ſuper pœnitentijs iniunctis (à fidelibus aut eglectis, aut obliuione ſopitis) qui aliquo prædictorum

ſancto-

ſanctorum feſtiuo die ſacrum locum viſitauerint, præte
iſtas P. F. Angelus Feducius de Bibiena, Epiſcopus Piſanus
vbi montis Aluernæ loca inuiſens, ſacraria eiusdem perlu-
ſtraſſet, mirifica deuotionis teneritudine ductus, altare
maius capellæ ſacrorum ſtigmatum Anno M.CCC.LXXV.
XXV Ianuarij, in honorem Dei, Virginis Matris, & Sauli
conuerſi, ſancti Franciſci, S. Ludouici Epiſcopi, B. Anto-
nij Paduani, ac B. Claræ conſecrauit. Cuius faciendi co-
pia, ab Aretinenſi Epiſcopo Ioanne Albergotio (tanquam
legitimo locorum eorum ordinario) omni meliori mod
& nota, fuerat impertita. Conceſſit idem Reuerendiſſimu
prædicto loco, quadraginta dierum indulgentias in vſum
fauoremq́; eorum, qui diebus ſanctorum illorum feſtiui
veniſſent frequentatum officia diuina ibidem; ſanctum ve
ro altare oſſium reliquijs Beatorum Baptiſtæ, Sebaſtiani
Bartholomæi Apoſtoli, & capillorum eiusdem, donauit. Pō
tifices quoq; non minori affectu propenſi, huic ſacello ſtig
matum, veteriq́; ac nouæ ædiculæ indulgentias reliquêr
easdem, quibus gaudet B. Maria de Angelis, non procul a
Aſſiſio, (id eſt plenarias & ampliſſimas) quotannis, alter
die Auguſti promerendas. Ab hac Capella, paulò ſuperiù
cundo, fiſſura quædam grandior panditur, vbi creditum e
Seraphicum Patrem compluribus orationum exercitijs d
lituiſſe; ibi Secretarius B. Patris F. Leo, puſillo conſtruct
Locello, viſionum cœleſtium multitudine ſuperfuſus, m
rabilia præſagijt: diſtinguitur autem vterque locus ab i
uicem, protenſiſſima quadam arbore intermedia, quan
dum miles, (ſtimulatus inuidiâ diaboli) præciſam, i
latus Capellæ impingere conaretur, (vt eam peſſund
ret) arbor ipſa, impulſu diuino, auerſo motu contra ictu
ferientis, in alterum latus demiſſa fuit. Añ M.CD.XCVII
non procul à ſacrorum ſtigmatum Sacello, inferiorem pa
tem verſus, alterum à frequentia populorū inuiſitur, quo
ſu

ſitu ſuo aliquantulum vergit ad locum eum, quo Beatus Franciſcus in genua flexus, & protenſis brachijs ad impreſſionem Seraph, præſtolabatur: dicitur autem vulgò ſacellum Bonauenturæ, non quod ille erexerit, ſed infatigabili deuotione (dum Generalis eſſet) illud incoluerit.

Beatus Antonius Paduanus, eum locum montis ſacri, elegerat quaſi in hæreditatem ſibi, nequaquam tamen induci potuit, vt (iam celebrato Capitulo ſecundo Generali Aſſiſijs, ſub quo licentiam ille ad habitandum montem obtinuerat, quoue iam finito Seraphici Patris translatio facta fuerat) in alterutram cellularum B. Franciſci commigraret, quod indignum ſe hoc loco reputaſſet, ergo ad latus, ædiculam tenui farragine compilauit, in qua vigilanti induſtria nobilique calamo nonnullos ſermones ad Gregorium Papam Nonum, vno libro eleganter perſtrinxit, eam Capellam, Comes Simon (vbi duo ſacella illa, ſtigmatum, & ſanctæ Crucis, à fundamentis erecta ſolidaſſet) ſimul incluſit; proindè nomen Antonij de Padua ſortita eſt.

De Spelunca, vnde ſatan B. Franciſcum præcipitare conabatur.

VISITVR itèm, in monte Aluernæ, Cauerna ſpeluncæ quam orationibus ſuis Seraphicus Pater, velut incenſo gratiſſimo thuris coràm Deo fragrantem reddiderat; cum aliquandò, more ſuo, in ſpiritu efferueſceret, Inimicus ſatan improuiſo terrore, ac ſtrepitu, terriculamentum illi incutere volens, ſed imò impellens Beatum in ruinam, præcipitatum iri ſperauit; at ſanctus animoſè reſupiens corpuſculum ſuum, quod iam lapſui proclinabat, manus in duriſſimũ ſaxum amplexando coniecit, quod ſtatim

amplexibus adeò molle, atque tractabile ſe præbuit, quem admodum ſi cera, & argilla, ad nutum flexilis eſſet, machi nator ergo deluſus eſt, & Beatus à caſu ereptus; reſtantibu in ſaxo emollito digitorum preſſuris, quæ longis annis ap parentes, cratibus ab iniuria temporum & hominum appli cantium defenſæ fuère; ſed non multis interiectis anni dæmon inuidiâ ſtimulatus, quod in Seraphico Patre fruſtr tentaſſet, in diſcipulos eius architectari contendit. Na cum Frater quidam Ordinis, viam circa eandem ſpeluncan planiorem, & peregrinis æquiorem pararet, facto in eu impetu diaboli, præceps deijcitur: reliqui Fratres ruina cognoſcentes, quà, in præruptum chaos, iter inuenire pot rant deſcenderunt, inſtructi luminibus & ſancta Cruce ſe & feretro, vt nimirum dilapſum fratrem, pro conſuetud ne collectum, reuectumque in ſacrum locum reconderen illis autem eò pertingentibus, is qui ex tanta celſitudi corruerat, ſanus & integer reperitur; aſſerebat autem ipſ quod inuocato ſanctiſſimo Patre ſuauiſſimè in terram d poſitus, nec ſcopulorum prominentium dentes attigiſſ Grates igitur habitæ ſunt, & magno Deo, & ſeruo eius m rabili Franciſco.

Angelus Baccius ciuis Aretinus Anno M. CD. LXX pro Zelo quo in ordinem noſtrum ferebatur, & quide inſtinctu Fratris Laurentij à Fabriano, vulgo (*Zachæo* v cato) capellam nouam in memoriam S. Sebaſtiani ado nauit: Cum diebus illis Italia tota grauiſſima mortalit tis lue conſumeretur: Capella iam erecta, Fratres para tes quatuor honeſtiora loca ad latus illius, aliquot oſſa d mortuorum patrum è Cemiterio ſtatim effodienda d ferre, conſuluerant, vt eo reconderentur, dumque iam er tis oſſibus ad comportandum accinguntur, ecce nubecu in crepuſculo diei, ac noctis exorta, flammeum globu rotans, eumque demittens, totam congeriem oſſium, ſt

pentib

pentibus omnibus in cineres redegit, illi honoranter excipientes cinerem, relictis quatuor ſepulchris, in alium locum ſacrum condidêre.

Proximè ad capellam Diui Antonij Abbatis Oratoriolum deprehenditur, vulgò nuncupatum Lectus Franciſci, quod in eo frequentiori contemplationis quiete, tanquam lectulo ſponſi florido, decubare, & membra geniculationibus fracta, pauliſper inclinare ſoleret, ibi Illuſtriſſimus Petrus de ſancto Paulo Vrſinus, ſacellum in prædicti Abbatis memoriam erexit, cum primò, ab infirmitate (medicorum confeſſione, incurabili) & membrorum omnium luxatione ac reſolutione miſerabili conualuiſſet; Mox enim, vt erat iam ab omni auxilio deſperatus, animo deuotiori ad Seraphicum Patrem addictus, iuſſit portari ſe (vt vt extremè langueret) in montem Aluernæ, ibi per omnia loca, vectus & gyratus, ad lectum (de quo iam dictum) Seraphici Patris adductus, reclinari in terram voluit, depoſitus ergò, corpuſculum ſuum, quàm optimè poterat, in lectum illum diſtendit, quaſi per omnem angulum eum commenſuraturus. Vix ſe thalamo ſancto compoſuerat, cum iam toto corpore nouus homo reuiuiſceret, quarè grati animi memoriam poſteritati relinquere volens, capellam iam dictam Anno M. CD. XL. propendulis armis Ducalis ſuæ familiæ, in teſtimonium accepti beneficij perenne, conſtruxit. Verba Teſtimonij appoſuimus. *Hoc opus fieri fecit Petrus Ioannis Pauli de Vrſinis, de Vrbe, olim Capitaneus Generalis populi Florentini.*

In vicinia, Capellæ illius, arbor fuit, (cuius mentio facta ſuperius) ex cuius vertice Glorioſiſſima Virgo, non raro, fratribus benedictionem impertita fuerat, quæ cum ſucciſa eſſet, alia in locum eius exſurgens ſtillabat liquorem adeò præcellentem; vt quibuslibet

 oculo-

oculorum malis continuò mederetur. Rurſum à latere portæ ſacelli illius, quæ ad nemora vergit, altera conſurgit capellula, non minor deuotione; quam Illuſtriſſimus Comes Franciſcus, cum Alexandra conſorte ſua anno M. D. XXXII, ingenti pulchritudine conſtruxerat, cui propinquior hæret turris campanilium, quibus pulſari conſueuit. Hocq; ſacellum à Iacobo quodam Stroconio, Comitis prædicti curatore in memoriam B. Stephani prothomartyris dicatum ex parte fuit, altero reſiduo circa Annum M. D. L. à ſucceſſoribus eius abſoluto.

In Colliculo, paululùm vltra Capellam SS. Stigmatum, alia ædicula patet, in memoriam B. F. Ioannis de Aluernia (cuius Angelica vita & contemplationum ſublimitas, cum incomparabili abſtinentia iuncta famam vltrò citroque ſanctitatis emeruit) is in colliculo iſto, fixo tabernaculo ex cæſpitibus congeſto, per multos annos commoratus, Aluernatis cognomen accepit, cum prius Firmanus diceretur: ibi ſacellum illi dicatum eſt; fecerat ſanctus ille prope colliculum, ſemitam ad nemus, ac proceram quandam arborem crucifixo inſignitam, quò cum aliquandò plenus cæleſtium rerum ſpeculatione procederet, ſublatis oculis in crucifixum ibi pendentem, vidit Chriſtum inter ramorum iuncturas, graui quodam paſſu inambulantem: Hoc ille miraculo, & reuerentia tactus, coniecit ſe in genua, iterùm, & iterùm ſecundò, delictorum ſuorum veniam orans, verùm cum ne ſic quidem audiri ſibi videretur, arrepens viciniùs, ad ipſam arborem, totoque in terram corpore proiecto, inſtantiam primæ & ſecundæ orationis repetijt, tanta quidem animi connixione, v propinquior Domino factus, pedes vulneratos, cum manibus, & ipſo cruentato latere exoſculari mereretur. Vndè vi conſolationis diuinæ in extaſin raptus multo

multo tempore ſine ſenſu remanſit. Quæ res vbì
vulgò innotuit, tantus impetus popularium ad ar-
borem irruit, vt nec fratrum interuentu defendi po-
uerit, quin importunis iſtorum manibus decorticare-
ur, corticesque pro reliquijs auidè ſeruarentur. Ar-
bor itaque contegmine naturali ſuo viduata, exaruit:
quam Guardianus montis Aluernæ F. P. Angelus Raſ-
ina, (ne penitus periret arbuſti deuotio) in fruſta
oncisam applicuit ad ſacellum nouum, quod Anno
I. D. XVIII conſtruxit; & truncum illius miracu-
oſæ arboris, in ſtructuram altaris abſumpſit. Poſtea-
uam Montis huius ædes antiquior, in ruinam pro-
endere cœpit, ne populis, inde, & ipſis ibidem Re-
giosis habitantibus detrimentum cauſaretur, Illuſtriſ-
mus Comes de Petramala Tarlatus, cum conſorte
oanna comitiſſa de ſancta flora (qui magno ſuo de-
derio, in Tertiæ Regulæ ſancti Franciſci conſortium
dmiſſi fuêre) cum feliciter ipſis edita eſſet altera
roles, ædem prædictam multo illuſtrius priore in-
aurârunt, & ſacratam ſub tutela matris Dei collocauê-
. Cuius rei teſtimonium extare volentes, ad principa-
m introitum ſequentes literas arcui inciſas poſuêre.

*Anno Domini M. CCC. XLVIII. Nobilis Mi-
s Dominus Tarlatus de Petramala, & Domina
omitiſſa Ioanna de ſancta flora vxor eius, ædifica-
ri fecerunt iſtam Eccleſiam, ad honorem
Beatæ Mariæ ſemper Virginis.*

VERVM ædificio ob præmaturam vtriusque coniu-
gis mortem, imperfecto relicto, ipſi nihilominus ta-
bulis vltimæ voluntatis ſuæ, vt abſolueretur, lega-
nt mille aureos; & quotennes aureos XXV ad fratrum

 indu-

indumenta paranda, quibus tamen emortuis, legatum hoc ad pias cauſas ab hæredibus neglectum, nec ſolutum fuit. Adeoque conſules ciueſque Florentini (qui montis curam ſuſceperunt) contribuentes fratribus qui ex eleemoſina, quædam corrogabant, ædem ceptam anno M. CD. XCVII. compleuerunt. Cuius quidem primariam Capellam Anno M. CD. LVII. Franciſcus Medices, Florentiæ Princeps, liberalitate ſua conſtruxerat.

De Reliquijs in monte Aluernæ, quæ aſſeruantur apud Eccleſiam recentiorem.

HÆc ſunt, quæ montem ſanctum illuſtriorem reddunt. Primò, Reliquiæ trium Crucum, ex ligno Viuificæ Crucis Saluatoris, quæ capſulæ criſtallinæ incluſæ, in forma crucis conteguntur. Item alia eiuſdem ſanctæ crucis particula, & portiuncula veſtis Dominicæ. Iterum fruſtum Sudarij ſiuè ſyndonis quâ inuolutum erat corpus eius, & aliquantula pars ex purpure[o] veſtimento. Rurſùm de lectuli loco, quo Saluator in de[-] ſertis decubarat. De loco vbi ſanguineo ſudore madui[t]. Ex petra cui adgeniculabatur in lotione pedum diſci[-] pulorum. De columna flagellationis. De ſancto S[e-] pulchro. De Rupe, ſanguine Chriſti, tincta: De concha [...] pelui lotionis pedum in cœna: De linteo quo præcinctus [e-] rat. De Tabula vltimæ cœnæ. De Veſtibus Chriſti. De ſt[a-] bulo, & præſepio eiuſdem. De Arca veteris Teſtamenti. D[e] Petra cui inſidebat Glorioſa Virgo Mater, adueniente Sp[i-] ritu ſancto in penthecoſte. De Capillis. De Lacte. De S[e-] pulchro eiuſdem Deiparæ. Deque veſtibus eius. De C[a-] pillis S. Ioan: Baptiſtæ. De Sepulchro illius. De ma[...] deque oſſibus Baptiſtæ. De petra decollationis eius. [...] oſſibus Apoſtolorum Petri & Pauli, Iacobi fratris Dom[...]

ni, Andreæ, Thomæ, Barnabæ, Bartholomæi, Matthæi. Ex oſſibus S. Simonis. Sanctorum Innocentium. S. Stephani protomartyris. S. Laurentij. S. Felicis PP. & martyris. S. Anaſtaſij. Sanctorum. Feliciſſimi. Agapeti. Valentini. Ciriaci. Reliquiæ ex XL martyribus. Ex S. Bonifacij oſſibus. uliani. Stephani PP, & martyris. Donati. alterius Felicis. Vrbani. Porphirij. Mauritij. S. Clementis PP. & martyris. Nicolai. S. Blaſij. Alexij. Hilarionis. Amplius reliquiæ x capillis, ſanguine, & tunica ſancti Franciſci. Ex chorda, & Barba, Benhardi abbatis. Ex oſſibus & veſtibus B. Mariæ Magdalenæ. Ex oſſibus S. Agnetis. Praxedis, Fecitatis, Potentianæ. Cæciliæ. Sabinæ. Petronillæ. Scholaſticæ. Eufemiæ. Rufinæ. Margaretæ. Victoriæ. Conſtanæ. Columbæ. oſſa vnius ex vndecim millibus Virgium martyrum. Ex tunica velo, & capillis B. Claræ irginis. De planeta, & Cilicio S. Martini Epiſcopi. e Virga Aaronis. De terra ex qua formatus eſt Adaus. De manna quod pluit DEVS Iſraeli in deſerto, item aſtorale Thomæ Canthuarienſis Epiſcopi. Vlterius, cutella quædam lignea, ex qua veſcebatur Seraphicus ater, & phiala criſtallina, qua idem ſanctus in præſentia omitis Orlandi vti conſuêrat, dein pars aliqua cilicij & eſtis illius. Et Tunica cum pallio S. Ludouici Epiſcopi, ſa quoque cinctura Comitis Orlandi quâ nonnunquam Franciſcus ipſe accingebatur: eâque prædictus Comes ultis doloribus expeditus, maximè difficultate reſpindi, reualuit. Aſſeruantur ibidem & alia, vti chorda, habitus, & tunicarum ſciſſuræ, Beatorum Patrum Berndini de feltro, & aliorum, quorum nomina prolixum talogum exquirerent; atque hæc de montis Aluernæ ſas Reliquijs.

Quantum porrò ſpectat ad præmiſſi ædificij renotionem, abſit, vt cuiquam in mentem veniat, Patres noſtros,

noſtros, potiſſimum montis ſancti incolas, aut procuraſſe, aut tectâ quadam induſtriâ ſubornaſſe, diuitias & ornamenta, quæ ſtatum pauperis familiæ noſtræ iuratum dedecuiſſent. Quinimò pauperrima tuguriola, quibus aſſidue delituêre, clamant egeſtatem, & obſeruantiæ puritatem, qui modus conuerſandi, de manu in manum traditione quadam procedens, poſteros cum prioribus eodem ſpiritu conglutinauit. Niſi quod viginti ſex annis à felici B. Franciſci morte; multitudine fratrum excreſcente Ecclesia, & habitacula, ex lignis contignatis extrui neceſſitas compulerit, ne furentium frigorum gelu, in montano vertice, maxima Patrum copia, præcipuè qui imbecilliores eſſent, abſumeretur. Anno verò Domini M. CD LXXII. Ampliſſimus Cardinalis Senenſis, Franciſcus Piccolomini (qui poſtmodum Papa Pius tertius erat) cum ex intima deuotione verſus montem ſanctum, viſitatum eum venire paraſſet: iamque famulantium turba, neceſſarijs rebus onuſta, in monte verſaretur; caſu quodam infortunato, ſerui neglectos ignes, in tabulatis diſpergentes, tertiam cellularum portionem in flammas miſere, concremantibus itaque tuguriolis ſuis, miſeri patres in genua omnes coniecti, & voto facto diuo Laurentio ſi rei ſacræ paramenta, cum reliquijs, & magna ſuppellectilis parte Cardinalis iam dicti, (quæ omnia in flagranti ſtabant periculo) ſalua recepiſſent: Se in ſingulos annos commemorationem illius ſingularem, Sacramentis appoſituros. Stupenda res! adhuc vouebant illi; & ecce Beatum Laurentium in medio ignis, flammas auertentem & ignem ſuffocantem. Vndè ſingulis annis pro gratijs, perpetua commemoratio illius, ab ipſis interponitur, in officijs ſacris. Quibus commoti Conſules Florentini (de quibus ſupra) muros manſiuncularum

& l

& lapide & calce, & cæmentis alijs conſolidarunt, ne deinceps ab igne timendum eſſet.

Ædificatores locorum in ſacro monte varij fuere, & diuerſis temporibus diuiſi.

COSMVS Medicæus Sereniſſimus Dux Florentiæ, Anno M. D. XLIX. Infirmarium nouum, Refectorium cum penuario, & ambitu duplici, ære ſuo conſtituit; cui non minimùm Sereniſſima coniunx eius, Eleonora de Toleto, ſuffragata fuit, libraria verò quæ ſat copioſa eſt, eleemoſynis propemodùm Anno M. D. LVII. congeſta eſt. Et quondã commune Patrum Refectoriũ, cum dormitorio reparatum, & meliori modo concinnatum euaſit, opera & collecturis ex eleemoſyna ſuſceptis ciuis cuiuſdam Aretini, Ioannis de Vecchia cognomento, Anno M. D. XVIII. quib⁹ ædificijs adiecta fuit eodem Anno ciſterna aquis ditiſſima, quam Patres Anno M. D. XXII. induſtria ſua perfecêre.

Vnum Memorabile omittendum non eſt imaginis Patris Angeli, ſiue Agneli de Piſa, quæ politiori manu coloribus ſuis eleganter ornata, & in quadam cellula dormitorij pendula, ſtylum & praxin veterem obedientiæ expediendæ, ob oculos ponit: nam Seraphicus Pater eundem Agnellum in Angliam miſſurus, mandabat illi, vt ſequitur.

Ego Frater Franciſcus de Aßiſio Miniſter Generalis, præcipio tibi Fratri Agnello de Piſa, per obedientiam, vt vadas ad Angliam, & ibi facias officium Miniſteriatus

Frater Franciſcus de Aſſiſio.

ILLVSTRIOREM item hanc ædem reddit Capitulum Generale in ea celebratum, Anno M. D LXXXIV. cuius po-

tioribus votis, in Miniſtrum Generalem iam tertio ſuffectus fuit, B. P. Angelus de Clauaſio: ſed & alia congregatio Generalis, eandem domum famoſiorem extulit, quæ cum impenſis Sereniſſimi Coſmi Medices coaluiſſet, determinato conſilio, Reuerendiſſimũ Patrem Aloyſium Pozzo qui Generalatu functus erat in Commiſſariũ Generalem Tramontanum Anno M. D. LXIII. proclamauit. Hominem ſane id genus honoris, (Virtute, & bonitate veriſſimâ) benemeritum.

Ceterum vno longo codice indigeremus, ſiquidem, priuilegia, gratias, immunitates, indulta, fauores, honores, præeminentias, & quaſuis alias immunitates illius ſacri montis congerere libuerit. Interim tamen à paucioribus manus abſtinere non decet. Primò igitur experientia notiſſimum eſt; nulli propemodùm alteri loco, olim aliquandò tantoperè Chriſtum gratificatum eſſe, quantum Seraphico iſti Aluernæ monti, non ſecùs, atque ſi eum prouidés Deus, Arcanis cum Vexilligero ſuo Franciſco, ſecretis communicandis, reſeruaſſet, in quem prægnantem mirabilium ſinum effunderet. Secundò locus iſte ſanctus eſt, & merito dicendus, quod ipſius filij Dei creberrimâ corporali apparitione, & tandem vulneribus ibi ſacroſanctis cõmunicatis Seraphico Patri, clarus euaſerit. Tertiò non dubium eſt peculiare domicilium Spiritus ſancti fuiſſe montem illum, cum tot tantique Patres diuino flammantes amore (qui idem Spiritus ſanctus eſt) prodigia non rara ibidem patrauerint. Præterea B. Virginis Matris perſonali dignitate, & benedictione munitus eſt: Quippè, quæ formam, modumque fabricandæ ædis ſuæ in eodem monte patefecerit. Ipſi proinde Angelorum chori tabernacula in eo fixiſſe ex compluribus viſionum apparentijs viſi ſunt; & quomodo exercitus Angelorum abeſſet ab eo ſitu, qui Anteſignanum Ducis Angelornm Chriſti, Franciſcum inquam ſuſceperat?

Ad

Ad hæc priuilegiatus eſt præ cæteris Mons Aluernæ, ob literas patentes ampliſſimas, Bullas item, & Breuia, pontificum, Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Primatumque S. Rom. Eccleſiæ, quæ omnia & ſingula ſuis archiuis in montis domicilijs aſſeruantur. Gregorius Nonus relaxabat medietatem pœnæ peccatis debitæ, omnibus qui ſolenni ſacrorum ſtigmatum die, Capellam B Patris in mõte viſitaſſent, quam gratiã Bulla ſpeciali, & pendulo plumbo expedierat, cuius tenor incipit ſequentibus verbis (*Seraphin volabant iuxta Prophetam &c.*)

Jnnocentius Papa Quartus, montem illum ſub protectionem ſuam recipiens, magnificâ Bullâ eum ſanctum appellat, Lugduni Anno Pontificatus ſui octauo. Adiectiſque duobus Breuib⁹ papalibus, de eodem anno, & loco promulgatis, XL. dies pœnitentiarum remittit viſitantibus eum (*vt* ſuprà) aut certè quamlibet eleemoſynam fratrum iſtorum alimento erogantibus. Alexander PP. Quartus, breui Apoſtolico, Anno Pontificatus ſui primo, expedito, & incipiente (*Si Noua Militia*) ſerio mandabat Miniſtris, Guardianis, cæteriſque fratribus ordinis, ne quâ parte, nec in toto, montem illum ſacrum, dirui, minui, aut quouis modo labefactari paterentur, aut ipſi quouis prætextu diruerent; Idem Alexander, alio Breui dato, ſub anno Pontificatus ſui ſecundo, cuius initium eſt (*Ad promerenda ſempiterna gaudia*) viſitantibus Eccleſiam Seraphici montis, diebus D. Franciſci, S. Antonij, & S. Claræ ſolẽnibus, per octauas quoque eorum, centum dies pœnitentiæ iniunctæ, gratioſè relaxat. Rurſùm ille, tertio ſuo Breui, ſic inchoato, (*Sanctorũ meritis inclita gaudia*) dato Anno ſuo tertio, remittit centum dies debitæ ſatiſfactionis omnibus ijs, qui prædictam Eccleſiam, Deiparæ feſtiuitatibus, & octauis frequentauerint. Tandem is ipſe ſub anno ſuæ ſedis Apoſtolicæ ſexto, Breui nouo incipiente (*Olim dum &c.*) diſtrictè in virtute obedientiæ præcipit

 fratri-

fratribus vniuerſis, cuiuſque dignitatis, & præeminentiæ, ne de loco ſacri montis auferri quidquam, ſiue in alium locum transferri, trāſponiuè permittant, nec campanilia, neo ornamenta, neue cuiuſuis operæ vtenſilia: volens omninò, vt neque fratres eundem locum deſerendi, & aliò commigrandi licentiam habeant; conceditque in poteſtatis plenitudine, vtì ad miniſteria ſacri altaris, paramentis ex byſſo liberè coutantur. Nicolaus Quartus condonat expeditis literis, viſitaturis prædicta loca (feſtis allegatis & eorum octauis) vnum annum & quarantenam pœnitentiæ iniunctæ, conceſſionis tenor incipit (*Licet ſit is de cuius munere venit &c.*)

Benedictus PP. XII. ex ardenti deuotionis affectu in montem illum, & ordinem Seraphicum, eidem in vniuerſum copiam fecit, vt die ſacrorum ſtigmatum impreſſorum, Diuina, ritu duplici peragerentur. Bonifacius. IX. Bulla ſua, quæ incipit (*Splendor paternæ gloriæ &c.*) eaſdem indulgentias, (quas habet ædes Diuæ Virginis vicina Aſſiſijs, ſecundo Auguſti) 17. Septembris (quo die Seraphicus Pater impreſſionem de cælo recepit) ſæpè dictam Eccleſiam viſitantibus, liberaliſſimè dedit. Sixtus IV. Añō Pont. ſui Quinto Bullam expedijt, incipientem (*Dudum ſiquidem*) præmiſſas omnes indulgentias ratificando confirmans, addidit inſuper, vt Miniſter Prouinciæ illius, aut vicarius, ipſeque ſacri montis Guardianus, iſtis abſentibus poteſtatem habeant, Quatriduo præcedenti ſacrorum ſtigmatum ſolennitatem eligendi confeſſarios aptos, ad populorum confeſſiones excipiendas, Quos eadem authoritate, & licentiâ donatos eſſe voluit, quibus pœnitentarij Minoritæ ſacri Palatij Vatican gaudere conſueuerunt.

Jnnocentius VIII. tenore Bullæ, anno ſuo tertio emul gatæ, quam orditur (*Paſtoris æterni &c.*) omnia & ſingula confirmat, quæ Sixtus Quartus huic loco conceſſerat, adij

ciens

ciens omnes caſus Epiſcopis vel conſuetudine, vel ratione reſeruatos, à quibus Noſtrates eo loco fideles abſoluere poſſint; & indulgentias ibi lucrifieri poſſe omnes, cùm in veteri, tùm noua Eccleſia, ipſoſq; Fratres Confeſſarios commutare poſſe ſimplicia vota Religionis & Caſtitatis.

Præterea licere iiſdem ibidem adminiſtrare ſanctiſſima Sacramenta, ſepelire mortuos &c. Concedente quoque Nicolao V. Speciali ad hoc exarata Bulla, quinto ſuæ ſedis anno, Quatuordecim anni & quarantenæ totidem indulgentiarum adiectæ ſunt, ijs quidem potiſſimùm, qui conſeruandis Eccleſijs iſtis, & Conuentui, auxiliarem operam impendiſſent; Bullæ Principium eſt (*Inter ceteros &c.*) Deindè fauente Ampliſſimo Cardinale Domino Napolione, tituli Sancti Adriani, remittuntur centum quadraginta dies omnibus confeſſis, qui alterutram B. Virginis, aut Seraphici Patris Capellam viſitauerint, ſiue concioni interfuerint; fratribus autem poteſtatem idem indulſit, extra confinia montis prædicandi, & 40. dierum indulgentias Auditoribus ſuis elargiendi: afferentibus autem alimenta pro fratribus 100. dierum indulgentias reliquit.

Totidem dies relaxabat, Illuſtriſſimus Cardinalis Matthæius Epiſcopus portuenſis, Sedis Apoſtolicæ Legatus omnibus fidelibus locum ſacrum viſitantibus, quocunque Sanctorum præmiſſorum feſto occurrente, idemque in dedicatione, & in die Paraſceues per ſingulos annos. Ijſdem indulgentijs inſtitit Illuſtriſſimus Cardinalis Marcus Tituli Sancti Marci, deſignauitque inſuper pro lucrandis illis diem Palmarum, diem Dominicæ ſecundæ poſt paſcha, primamque menſis Auguſti, comprehendens illos ſub eadem gratiâ, qui loco illi ſacro, quouis modo ſuppetias tuliſſent.

Rurſùm Epiſcopus Arezzenſis, ſiue Aretinus, quadraginta dierum indulgentias benefactorib⁹ fratrum in monte commorantium impertitur; quam confirmauit eiuſdē loci

Epiſcopus ſequens, Reuerendiſſimus nempè Guilielmus, addens eandem gratiam, vel ijs quoque qui locum eum ſolummodo viſitaſſent.

Poſt eos, Guido de petramala Epiſcopus, & ipſe Aretinus, duplicabat indulgentiam ijs, qui cum deuotione ſingulari, in loco illo ſacro comparuiſſent. Iterum Angelus de Piſa Epiſcopus: Et Pizzimanus Epiſcopus Feltrenſis, ijs qui montis verticem ex deuotione petiſſent in compenſam laborioſæ pietatis, quadraginta dierum pœnitentias relaxarunt.

Guilielmus Vbertinus Epiſcopus Aretinus, literis ſuis Bibienæ ſub dato 21. Iulij. Anni 1275. emulgatis, quarum exordium eſt (*quoniam ad hoc niti debet humana frigilitas &c.*) decernit, fæminas arceri omninò à monte, nocturnis temporibus, nec virorum quempiam conſecrationis illius loci nocte, comparere debere, Ne choreis, ſaltibus & cantilenis indecentibus, alijſque peccatis (quæ dedicationum ferij[s] committi conſueuere) occaſio præbeatur: interdicens, a[d] hæc, grauiſſimè Diæceſanis omnibus, ne citra ſpecialem Guardiani licentiam, quæuis arbuſta & arbores in monte præcidere, vllo modo, præſumant; aut præſecta deueher[e] ſub pænis ingentibus, & ad libitum Epiſcopi determinan-dis. Ad extremum coluerunt hunc ſacrum montem præ-ſentia ſua vtriuſque ſexus Magnates, Duces, Principes, Comites, Barones, & inter illos, ſummo honorum culmine fulgentes Imperatores, & reges, ac Reginæ. In quibus prætereundus non eſt Henricus Septimus Romanorum Imperator Auguiſtiſſ. Qui Cæſareo patenti, Montem Aluern[am] cum incolis ſuis, in protectionem ſuam aſſumebat, cuiu[s] ſpecialis Clementiæ principium in literâ ſonat (*Henricus D[ei] gratia Romanorum Imperator &c.*) Hunc inſecuti, Ioanna Regi-na Franciæ, & Sereniſſimus Robertus Hieroſolymorum & vtriuſque Siciliæ Rex, cum regni conſorte Sanciâ, nec no[n]

primo

primogenito ſuo Carolo Duce Calabriæ, prædictum montem eximio quodam honore proſecuti fuere. Ipſa Græcorum Imperatrix Sereniſſima Ioanna, inducta viſcerosâ pietate, verſus eundem montem, & B. Virginem Aſſiſiatem, è regno Conſtantinopolitano, varijs periculis neglectis, corā ipſa, in locis iſtis comparuit, & impleto deſiderio, domum ex immenſâ peregrinatione, læta reuerſa, poſtquam in læthalem morbum incidiſſet, teſtamento ſolenniſſimo condito, ſuum corpus ad S. Franciſcum Aſſiſij, Tombâ regali ſepeliendum deferri mandauit. Inter Potentatus autem illos, non vltimo loco cenſendi ſunt Patroni Ducales, de monte, & Capellis Aluernæ meritiſſimi, fabricatores; quales fuêre Principes Sereniſſimæ domus Medicææ Florentiæ, eorumq; longè Excellentiſſimus anteſignanus Coſmus Medices Florentiæ Dux, qui quantis beneficijs cum tota ſua Proſapia, & poſteritate ad præſentem vſque diem in montem ſanctum, effuſiſſimè exundârit (ſupra libauimus) & teſtimonium eius rei perenne, conſtituunt arma Ducalia, quæ à progenie in progeniem illius inclytæ domus (ad loca montis appen-) regales animos eorum conteſtantur; quorum liberalitatem perindè loquuntur, paramenta ſacrarij, & planetæ cum veſtibus, aliâque dicatâ ſupellectili: quæ ibidem viſuntur. Et quid non habeat mons ille? quod admirationem humani ingenij promoueat? Breues erimus in recenſendis Patribus noſtris ibi in Domino dormientib⁹, quorum illa lucidiſſima exemplaria Patrum, cæterorum (quos tacemus) gloriam lectori proclamabunt: Concluſerunt ergò diem ibi celeberrimus Frater Laurentius Fabrianus, ob breuem ſtaturā, Zachæus appellatus, cuius Minoritæ Sacerdotis, profundiſſima humilitas, cum ardenti charitate, & contemplationū ſummantiori vſu, iuxta arctiſſimæ abſtinentiæ rigorem, ex diebus ſuis parem inuenêre: ibi rurſum tumulum accepit, obedientiſſimus Laicus Bernardinus de Aluerna dictus,

qui-

qui in eodem loco tribus & octaginta continuis annis commoratus, Deo in altiſſima paupertate, rigore, & ſumma deuotione deſeruiens, meruit ante mortem B. Virginis, Seraphici Patris, aliorumque Sanctorum apparitionibus vti, iiſque ad momentũ horridæ mortis animari; ibi porrò quietem cum ſpe glorioſæ reſurrectionis obtinuit. Deuotionum Archetypus ille eſt, Frater Laicus Marianus de Luco, quem Sathan innumerabili vexarum conturbatione laceſſere, & à precibus abſterrere conatus, aliquandò cattorum forma inſultabat oranti, aliâs, ſpecies aliorum pecorum induens, horrendo ſtrepitu, fremituque ſonabat, & tot inſolentijs petulciebat in monte, quot ab erebi incude cogitata, produci potuiſſent. At verò confuſus, illuſuſque proprijs machinis ſuis profugus hoſtis ab acie declinare coactus eſt. Victo Marianus in oratione triumphans, non modò non ceſſit contemplatione dilecti, ſed inſuper precibus ectaticis iun gens anhelos ſpiritus cordis & oris, perfectionem (quà lice in hac vita) conuerſationis cum Deo ſuo conſecutus, & em ritus contemplator, per ſpeciem in ænigmate, factus; volu diſſolui & eſſe cũ Chriſto, vt facie ad faciem dilecto frue retur, qui reformabit corpus humilitatis eius configuratum corpori claritatis ſuæ, qua viuit cum eo glorioſus in ſecula Amen.

Vex

Vexillum Seraphicum T Montis Aluernæ.

Vidi alterum Angelum volantem per medium cœli &c. vt Euangelizaret omnibus Gentibus. Timete Deum. Apocal. 14.

Delineato monte Aluernæ, meritò Vexillum Seraphici Ducis P. Franciſci, in eodem ereximus, quod ſequitur.

Hymnus Eccleſiæ Inuitans ad Timorem.

Spectator adſtat deſuper,
Qui nos, diebus omnibus,
Actuſq; noſtros proſpicit,
à primâ luce in veſperam.

SYMBOLVM SERAPHICVM.

Timete Deum. Apoc. 10.

Signa Tau,

Super viros dolentes Ezech. 9.

In hoc T. Signo vinces.

Honorabitur ſemen hoc, quod Timet Deū, Eccl. 10.

E
ER IMOR RE
ERO ORE
EROM MORE
EROMI T IMORE
EROM MORE
ERO ORE
ER EROMI RE
E

Gloriatur pauper per diſciplinam,
& Timorem ſuum. Eccl. 10.

D. Bernhard.

Timor Domini, cogit quaſi oculos timere camporum, & aures ſyluarum habere ſuſpectas.

Præam-

Preambulum ad Seraphicam Prolem.

MERITÒ, ſponſa Dei viuentis, Eccleſia Romana, congratulabunda ſibi, & feſtiua Deo ſuo, connumerat fructum vberrimum illum Seraphici Patris, quo totam eandem Eccleſiam longè lateque, fætu nouæ prolis amplificat; Fructum equidem Franciſcanum: quem, non alium reor, quàm Diuinum Timorem, quippè qui vnum ſit, ac primum Noue creature in Chriſto, ac Iuſtificationis inſtrumẽtum; Baſim eam poſuit, qui dixit, *qui abſque timore eſt non poterit Iuſtificari.* Timore ſolo cuncta per orbem renouatur Eccleſia. Timore conſtituitur, & ædificatur in templum ſanctum in Domino; *In domum non manufactam*; *in Tabernaculum cæleſtis Hieruſalem*, in Ciuitatem primitiuorum, quorum nomina ſcripta ſunt in cælis. quod innuens Spiritus Sanctus in Actis Apoſtolicis c. 9. *Creſcebat*, inquit & *ædificabatur Eccleſia Ambulans in Timore Domini*, vndè liquet, Eccleſiam Incrementum ſumere, & pergere in ædificio ſuo, mediante timore. Huius tam excelſi myſterij baiulus erat Angelus ille volans per medium cæli Apoc. 14. Cuius elogium & Legatio erat ad conciliandum Timorem, clamabat enim omni populo, *Timete Deum.* Satis erat, *Timete*, pro Themate concionis, cum in timore concludatur tota virtus actionis, per medium verò cælum volat præco Timoris, Nam & in cælo Timor locauit ſedem honoris, per medium cæli volat, quoniam omnes illuminandos inuitat. *Ex omni enim gente qui timet Deum acceptus eſt ei*: Beatus ille Seraph, alter inquam Angelus, ſignatus in myſterio, eſt Beatus Seraphicus Sanct[us] noſter, *cui donatum eſt habere Timorem Dei*, cui mandatum eſt vulgare pænitentibus Timorem excelſi. Cui concreditum eſt in ſymbolo geſtare figuram, Tau, quaſi primam litteram & Elementum Timoris. *In hoc ſigno vinces* Patriarcha Seraphice, Timore, non vano, ſed more Chriſtiano, firmato,

Non ore, ſed reipſa. Hoc ſignum tuum. Hoc ſymbolum victoriæ (*Timor*) in hoc ſigno vinces ô familia Seraphica, & domus ampla Franciſci, in hoc ſigno vinces (*Timore*) more, ore, Re. præuolauit alter Angelus: Timete Deum, ſequimini eum. Amplificate muros Eccleſiæ, Timete Deum, ſequimini eum. Nouate veterem hominem cum actibus ſuis, Timete Deum, ſequimini eum. Multiplicate Gentem magnificate lætitiam. Timete Deum, ſequimini eum. Dilatate ſponſam Chriſti nouâ prole fæcundam, Timete Deum ſequimini eum. Ventilate vexillum patris veſtri, Timete Deum ſequimini eum, ſtate in timore, priſtino more, vnanimi ore, paupere Re, æterna ſpe, Ducente Sancto Patre, Timete Deum, ſequimini eum.

Monitum ad Timorem, *Syrach.* 2.
Fili, accedens ad Seruitutem Dei, Sta
In iuſtitia & Timore
Metuentes Dominum ſuſtinete Miſericordiam eius, & ne deflectatis ab eo, ne cadatis
Eccli. 32. *Alienus, & Superbus, non pertimeſcet Timorem.*

Strena perpetua Seraphica ad omnes ſtatus.

DECVRSVS vniuerſæ vitæ noſtræ ſeptem dies ſunt, quotquot enim abſoluuntur anni temporis noſtri, ſeptendio ſæpius repetito eos remetimur, ſeptem dies hebdomadam menſurant: Hebdomades quatuor menſem adimplent, menſes duodeni conficiunt annum. adeoq; tota ratio iſtorũ omniũ, à ſeptem diebus exoritur, vbi iam annus

annus expeditus eſt, ſequitur octaua dies, quæ eſt prima anni ſequentis ac noui; Solennis illa, nam in illa circumcidicur puer, id eſt (ſecundum Spiritum) quilibet Chriſtianus renouatur, vt expurgatus in Chriſto, fiat noua creatura, Paulo exigente Galat: 6. *in Chriſto*, inquit, *Ieſu nihil aliud valet, neque præputium, neque circumciſio ſed noua creatura*, Hæc eſt autem, quæ naſcitur ex circumciſione vitioſæ carnis, de qua dē Paul⁹ ait. Coloſ. 2. *Vos circumciſi eſtis circumciſione non manufacta in exſpoliationem corporis carnis, ſed circumciſione Chriſti, conſepulti cum eo per baptiſmum in mortem, in quo & reſurrexiſtis ſecundum fidem operationis eius.* Sumus igitur circumciſi per baptiſmum ſecundum fidem & bonam operationem. Verùm quia prævaricationibus noſtris virtutem baptiſmi, fidemque & operationem eius, quotannis miſerabiliter obnubilamus, & conſequenter ſpiritalem illam circumciſionem noſtram prophanamus, adeò vt præputium vitioſæ carnis cum multa maledictione renaſcatur, neceſſario proindè in ſingulos annos circumciſio renouanda eſt: per quam in Chriſto denuò ſecundum interiorem hominem reformemur. Hanc circumciſionem ſeuerè mandabat Deus per os Moyſi Deut: 10. populo quidem veteris inſtrumenti, qui cum ſeriò reſoluiſſet vni ſeruire Deo, mox audiuit à Domino, *Circumcidite* *itur* (inquit) *præputium cordis veſtri*. Quo ſanè remoto, pergit homo placere Deo, & Angelis & hominibus: Et exiſtimo illum qui eò contenderet, vt circumcideret ſe, reuerſus prævaricator ad cor ſuum, habiturũ, ſtrenam egregiam & ſtrenuam currentis anni proſperitatem. Ego verò non acquieſco tanto bono, ſed maiora præmeditor in gratiam Charitatis Veſtræ, & talia quidem, ſine quibus nec vera circumciſio conſiſtere, & in quibus vnis illa valere, ac quælibet à Deo promereri poſſint. Vota aurea ſunt & Dona regia, quæ precor, & imprecor, & totis viribus opto Charitati Veſtræ.

Moris vtique Nationi noſtræ eſt à diebus antiquis,

ſtrenas nouas, id eſt, auſpicia noui anni cum multa gratula- tione mutuò comprecari, & verboſa quadam Charitate ple- nas inuicem buccas effundere, vt quilibet à Deo votis ſuis obtentis proſperè ac fæliciter vtatur ac fruatur. Tamen in- ter omnes precantes & imprecantes, nulli periculoſius op- tant, quam ipſi Eccleſiaſtæ & Concionatores, quorum ap- precationes, & optationes ſeruire debeant multitudini, (maximè hoc perplexo Iubilæo) populus autem trahitur in diuerſa, & ſtudia & deſideria, vt iam captu, & capite multi- plicatus, non poſſit vnius voti teneri propenſione, & affe- ctu. Quod enim huic ſtatui arridebit oblatum, hoc reſpuet alter, & quod vni nimis videbitur, reſpondebit alteri minus, vt nec Solonis prouerbium ſatagere poſſet animis more & amore diſparatis.

Ego tamen, neque territus iſtis, neque attentis, aude- bo conatu magno & ſupernè ſolidato, Charitati Veſtræ ob- tendere noui anni ſtrenam atque imprecationem adeò re- centem, nouam, puram, putam & omnibus fortè ſeculis in- auditam, vt in vniuerſum omnib⁹ & ſeorſùm pariter ſingu- lis ſtatibus, hominibus, gentibus, ac perſonis vtriuſque ſe- xus, ex voto ſuo conueniat, &, modò Chriſtiani aut Dei cul- tores audire velint, multa cum dulcedine & deſideriorum omnium complemento, vnicuiq; deſeruiat.

Et *primo* quidem ſtrena mea quam opto Charitati Ve- ſtræ, omnium rerum quæ ſub & ſupra ſolem comperiuntur, dulciſſimum qnid, & inter ipſas optimum eſt. Ecce quanto loco, in deſiderijs votiſque meis habeam Charitatem Veſtram.

Secundo Confert illa ſtrena, omnem benedictionem animo & corpori, tùm è cælo deſuper, tùm è terra deor- ſùm.

Tertio Beneplacitum Domini Dei noſtri totum conti- netur in ea.

Quarto

Quarto veram peccatoris conuerſionem habet.

Quinto Lectionem & doctrinam vulgò amabilem, præbet, quâ quilibet appetitui ſuo, & genio indulgere poſſit in omnibus. Exulta & lauda & hiñi præ lætitia, filia huius ſæculi, imò congaude filia lucis, talem enim ſtrenam nec auris accepit, neq̃ue in cor hominis aſcendit.

Sexto, Exhibet edulia & cibaria in abundantia; nunquid ridetis commeſſatores in delicijs affluentes? Hæc eſt, inquiunt, faba (modo non fabula) pro dentibus noſtris, & bolus pro palato, quem optauimus; at verò, aiunt, Concionator iſte Neoeuangelicis ſtrenam exhibebit, iſtis enim, nõ autem nobis Catholicis, particula boni diei, in commeſſationibus & ebrietatibus conceditur; illi fidem cum crapula tenent, de ſalute ſecuri. Nos autem aliter didicimus Chriſtum ex Paulo, ſi tamen in eum credidimus, dicit enim Apoſtolus *Rom.* 14. *Quia regnum Dei non eſt eſca & potus ſed Iuſtitia, gaudium & pax in Spiritu Sancto*, & alibî, *Eſca ventri, & venter eſca, Deus autem & hunc & illam deſtruet.* Tametſi illa non inficior Chariſſimi, manet tamen in vigore promiſſio ſtrenæ, quam dixi, abundabitis eſu & potu, videbitis & gaudebit cor veſtrum.

Septimo, Solidabit vos illa ſtrena in Domino, & potentia Virtutis eius: vt nec cadatis nec pereatis.

Octauò, qui eam tenebit, iam à Deo viuens in corpore, Beatus pronunciabitur, non attenta ſententia quæ monet, ante obitum ne laudaueris quenquam, per ſtrenam enim noſtram Beatus erit.

Nonò, promouebit ad gloriam, & magnos honores in hac vita.

Decimò. Strena noſtra, Iubilum & exultationem ſuſcitabit in cordibus veſtris.

Vndecimò. Certam legem & media ponet, in via pertingendi ad ſummum bonum.

Duodecimò.

Duodecimò. Vniuerſam laudem Dei illa ſola complectitur.

Decimo tertio. Nucleus miſerationum Domini, imò tota quanta miſericordia Dei, in illa comprehenditur.

Decimo quartò. Paternam curam Dei in ſe deriuat, & declinat.

Decimo quintò. Nulla penuria rerum quarumcunque timetur, vbi illa poſſidetur.

Decimo ſextò. Per illam omnium vota & ſacrificia, & oblationes & preces acceptæ fiunt Deo.

Decimo ſeptimò. Proximè coniungit hominem Maieſtati Dei noſtri.

Decimo octauò. Habet directos oculos magni Dei in ſe continuò.

Decimo nono. Certiorem reddit hominem, firmatum in ſpe, de ſalute.

Vigeſimò. Theſaurus eſt omnibus eum habentibus, ſanctus & permanens in æterum.

Vigeſimo primo. Complet omnem voluntatem hominis, & deſiderium eius.

Vltimo. Conducit ad omnia, tam in præſenti quam in futuro. Habens omnem promiſſionem à Deo, in Deo, ad Deum. quid amplius deſiderabitur? Et quidem ab humano corde, quod eſt inſcrutabile?

Eia properemus ad ſtrenam illam votorum noſtroum. Sanè iam liquet Charitati Veſtræ quam viſceroſâ dignatione Dei noſtri, ipſam hodie ſublimauerim, profectò ſi cui ſtrena illa non patrocinabitur, aut Chriſtianus non erit, aut non ſenſatus, potiſſimùm vbi prouentus & fructus & vtilitates ſtrenæ huius noui anni, in decurſu ſermonis animaduerterit.

Ex animo igitur & intimo corde, precor & opto Charitati Veſtræ & quod precor, ipſâ re præſto, vniuerſæ coniũctim,

ctim, & ſeorſùm multitudini, ſtrenæ loco & vice felicis anni: illud quod dulciſſimum eſt & optimum in cælo & in terrâ. Et vbi illud? & quodnam iſtud? *Timor Domini*: ipſum, nempe hoc nomine commendat Spiritus Sanctus *Eccli.* 22. affirmans, quoniam *nihil melius eſt, quàm Timor Dei, & nihil dulcius quàm reſpicere in mandatis eius.* Ecce vobis optimum & dulciſſimum in omni creatura.

Secundò. Precor & dono Charitati Veſtræ omnem benedictionem cæli & terræ, quam excipite in Timore Dei. Scriptum eſt enim Pſalm. 113. *Benedicti omnes qui timent Dominum puſilli cum maioribus.* Neque exiſtimetis me in parabolis & tropis figurarum occultis vobiſcum agere, dum tanta profero de timore Dei, reſpondeat cogitationibus veſtris Regius Pſalmiſta *pſal.* 30. Exclamans præ lætitia *Quam magna,* inquit, *multitudo dulcedinis tuæ Domine quam abſcondiſti timentibus te?* (nec Satis) *perfeciſti,* inquit, *eis,* quid? quomodo? *abſcondiſti eos,* inquit, *in abſcondito faciei tuæ, protexiſti eos à conturbatione hominum, à contradictione linguarum,* videat & ſignet Myſteria Charitas Veſtra, quàm ſecuri ſunt qui timent Dominum, protecti à turbis irruentibus, defenſi à detractoribus, gaudentes facie, in quam deſiderant Angeli proſpicere?

Tertiò. Precor & exhibeo Charitati Veſtræ omne beneplacitum domini, quod experiemini in Timore Dei, ſcriptum eſt enim *pſal.* 46. *Beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum, &c.*

Quartò. Precor & offero Charitati Veſtræ nouam ac delectabilem lectionem, & doctrinam acceptabilem, qua quidem genio veſtro & diebus bonis egregie indulgebitis. Hanc verò poſſidebitis in Timore Dei. Scriptum eſt enim, *Pſal.* 33. *Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? venite filij audite me, Timorem Domini docebo vos.*

Quintò. Precor & impendo Charitati Veſtræ veram conuerſionẽ peccatoris ad Deum ſuum, quæ ſola conſiſtit in

Timore, ſcriptum eſt enim. *Sirach.* 21. *Qui timet Dominum, conuertetur ad cor.* Et rurſum. *Pſal.* 118. *conuertantur mihi omnes timentes te &c. Prou.* 28. *Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus, nam qui abſque timore eſt, non poterit iuſtificari.*

Sextò. Imprecor & trado Charitati Veſtræ Beatitudinem ipſam in præſenti vita, quâ gaudere poteritis in Timore Domini. Nam ſcriptum nouimus. *Pſal.* 127. *Beati omnes qui timent Dominum qui ambulant in vijs eius.*

Septimò. Exopto & impendo Charitati Veſtræ eſualia, & victualia in abundantia, pro ſtatu, & guſtu, cuiuſcunque. His fruemini certo certius in Timore Dei, prout ſcriptum habemus. *Pſal.* 110. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.*

Octauò. Optaui, quod adfero Charitati Veſtræ fundamentum immobile, quo innitatur ſuper Deo ſuo, abſque pauore ruinæ, & recidiuæ defectionis, ecce hoc ipſum in TimoreDei, TeſteDeo, qui dictauit hanc veritatem. *Pſal* 24. *Firmamentum eſt Dominus omnibus timentibus eum.*

Nonò. Apprecor & importo Charitati Veſtræ omnem honorem & gloriam, qui obuiam veniunt in timore Dei, ſcripturæ teſtimonio. *Sirach* 10. *Gloria diuitum & pauperum honoratorum eſt Timor Dei.*

Decimò. Appeto & aduoueo Charitati Veſtræ cordis ſu lætitiam & Iubilum perpetuum, quæ nullibi ſolidiùs obti nebunt, quàm in Timore Dei. Text⁹ eſt ſcripturæ. *Pſal.* 84 *Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum Domine &c.*

Vndecimò. Comprecor & do Charitati Veſtræ laudem genuinam Dei noſtri, hæc verò non aliunde, cum merito naſcitur quàm ex Timore. Sic legimus. *Pſal.* 65. & 21. *Qu timetis Dominum, Laudate eum,* quaſi Spiritus Sanctus ſolos in uitet Deum timentes, & ſic eſt, non enim *eſt ſpecioſa laus in o peccatoris; nec decent ſtultum verba compoſita.*

Duodecimò. Congratulor reuerà Charitati Veſtræ de

leg

lege perfecta & viâ tutâ ſalutis, hæc apprehenditur in Timore Dei. Scripturæ teſtimonio. *Quis eſt homo, qui timet Dominum? legem ſtatuit ei in via quam elegit.*

Decimo tertiò. Congaudeo Charitati Veſtræ eidemque contribuo nucleum miſerationum Domini, quem guſtare licebit in Timore Dei. Hoc aſſerit verbum Dei. *Pſal.* 102. *Miſericordia Domini ab æterno vſque in æternum ſuper timentes eum.*

Decimo quartò. Añuncio Charitati Veſtræ gaudiũ magnũ, quod & manibus affero, ſtudium inquam & curam paternam magni Saluatoris in vos omnes, quæ poſſidebitis in Timore Dei, dicunt enim literæ Sacræ. *Pſal.* 102. *Quemadmodum miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus Timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum, & quia caro ſumus ſpiritus vadens & non rediens.*

Decimo quintò. Exopto & præbeo Charitati Veſtræ prouiſionem in omni neceſſitate, & penuriæ cuiuſcunque carentiam, quâ gaudebitis in Timore Dei, ſi dicenti credimus ei. *Pſal.* 23. *Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum.*

Decimo ſextò. Do, dico, dedico Charitati Veſtræ votorũ, ſacrificiorum, precum, oblationum, Decimarum, donorũque omnium acceptationem & ratihabitionem apud Deũ, quam ſecurè tenebitis in Timore Dei, Dauid enim non audebat illa litare & offerre Deo, niſi in Timoratorum conſortio & in Timore, dicit enim. *Pſal.* 11. *vota mea Domino reddam in conſpectu omnium timentium eum; Et* rurſum. *pſal.* 118. *Particeps ego ſum omnium timentium te & cuſtodientium mandata tua.*

Decimo ſeptimo. Peropto & perhibeo Charitati Veſtræ ſeriem propinquitatis amabilis & viciniſſimæ cum Deo ſuo, quam contrahere licet in Timore Dei, ſic ait infallibilis ipſe. *Pſal.* 84. *prope eſt Dominus timentibus eum.*

Decimo octauo. Defero & reddo Charitati Veſtræ benignos oculos diuinæ Maieſtatis, quos excipietis in Timore Dei, ſecundum ſcripturas. *Pſal.* 32. *oculi Domini ſuper Timentes eum, & in eos qui ſperant ſuper miſericordia eius.* Quod aſſerit Idẽ, Deus, *Eſa.* 66. *ſuper quem reſpciam, niſi ſuper pauperculum & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos.*

Quinimò, ibidem aſſeuerat, verbum ſuum non ſe concedere niſi timentibus, propterea inquit; *audite verbum Domini qui timetis & tremitis ad verbum eius.*

Decimo Nono. Profero & ingero Charitati Veſtræ firmam ſpem, qnam habebitis quaſi anchoram tutam in Timore Dei, Teſte ſcriptura. *Pſal.* 113. *qui timent Dominum ſperauerunt in domino, adiutor eorum, & protector eorum eſt. Et alibi. prou.* 14. *In Timore Domini fiducia eſt.*

Vigeſimo. Approprio Charitati Veſtræ Theſaurum ſanctum, indeficientem, æternum, quem occupabitis in Timore Dei, prout ſcriptum eſt. *Pſal* 116. *Timor Domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi.* Et rurſum. *Eſa.* 33. *Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia, Timor domini ipſe eſt Theſaurus eius.*

Vigeſimo primo. Precor, imprecor, apprecor Charitati Veſtræ voluntatis ſuæ & deſideriorum omnium complementum, quod realiter obtinetur in Timore Dei, repromittente Deo. *Pſal.* 144. *voluntatem Timentium ſe faciet, & exaudiet eos.*

Tandem ſtrenam concludens, opto, quod dono Charitati Veſtræ vitam longæuam in iſto ſeculo, æternam in altero, & quidquid arridebit in præſenti, Hoc liberaliſſimè depromit Timor Dei, ſcriptum eſt enim. *1. Tim.* 4. *Pietas* (quæ eſt Timor Dei) *ad omnia vtilis eſt habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.*

Hæc ſunt vota, imprecationes, deſideria, & precariæ deuotiones in Charitatem Veſtram: Imò in totum genus humanum. Et quid putatis? ſaturum eſſe me, & elinguem modò

modò in præconijs timoris Dei, non, non vtique puſillis iſtis donationibus effudi gremiũ Timoris Domini, enimuerò par & æquum eſt, vt qui Annum nouum dederim, offerã & fructus & vtilitates eius. Accipite igitur quotquot eſtis, & auetis Fructus Timoris Domini, vtimini & viuite.

I. Fructus Timoris Dei eſt.
Bona Mors.

SAPIENS *Eccli.* 2. hunc fructum ſeriò commendat, *Timenti*, inquit *Deum, bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur.*

II. Fructus Timoris Dei eſt.
Animæ Beatitudo.

QVAM aſſeruit idem ſapiens alibi. *Sirach.* 34. *Timentis Dominum, inquit, Beata eſt anima eius*, nam quod de Beatitudine ſupra dictum eſt, de corporis Beatitudine aſſertum fuit.

III. Fructus Timoris Dei eſt.
Amicitia bona ac certa.

HANC promittit timenti Deus, apud ſapientem. *Sirach.* 6. *Qui timet Dominum*, inquit, *aquè habebit amicitiam bonam, nam ſecundum Deum erit Amicus illius.* Non eſt laborandum de Amicis, Time Deum, naſcentur tibi de lapidibus.

IV. Fructus Timoris Dei eſt.
Comprehenſio fidei, Spei, Charitatis.

NAM ex timore deducit illas, *Eccleſiaſticus Sirach.* 2. iſtis verbis. *Qui timetis Dominum, ſperate in eum, qui timetis*

Dominum credite in illum, qui timent Dominum, attendent mandatis; iſti porrò ſunt qui diligunt eum.

V. Fructus Timoris Dei eſt.
Chriſtiana Conuerſatio.

ILLAM docet Princeps Apoſtolorum. *1. Petri. 1. In timore* inquit *& tremore incolatus veſtri tempore commoramini.* Et Pſaltes. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Ergò non eſt Chriſtiana conuerſatio, ſine Timore.

VI. Fructus Timoris Dei eſt.
Immanens dulcedo animæ.

QVAM definit Scriptura. *Sirach. 1.* ſuaui encomio, dum ait, *Timor Domini delectabit cor*; Et iterũ. *Sirach. 40. Timor Domini quaſi paradiſus benedictionum.*

VII. Fructus Timoris Dei eſt.
Eleemoſyna pro Deo.

MIRA verba, ſed vera, Dominus enim eleemoſynam accipit ab homine, dum homo timet eum, ſic atteſtatur Spiritus Dei, cum ad longum commendaſſet virum Timoratum. *Sirach. 31. Beatus*, inquit, *vir qui inuentus eſt ſine macula. qui probatus eſt, & perfectus inuentus eſt in illo* (in quonam?) ſequitur, *erit illi*, inquit, *gloria æterna, Qui potuit tranſgredi, & non eſt transgreſſus, facere mala & non fecit* (quare non fecit? timuit enim Deum) *& ideò ſtabilita ſunt bona illius in Domino, & NB. Eleemoſynas eius enarrabit omnis Eccleſia Iuſtorũ* (cui impendit eleemoſynam?) Deo ſuo, reddidit enim illi ſarta & tecta mandata, quæ fidei ſuæ commiſſa receperat. O Sanctam eleemoſynam, & fructum eximium Timoris Dei? Imò quod amplius eſt, Deus optim. Max, vectigal ſuũ & Telo-

Telonium conſtituit in Timore. Quemadmodum ait *Malach. 1. Si Dominus ego, vbi eſt timor meus? &c.* Ideò vrgebat Apoſtolus ad reddendum hoc debitum. *Rom. 13. Reddite*, inquit, *omnibus debita, cui vectigal vectigal, cui timorem Timorem.*

VIII. Fructus Timoris Dei eſt.
Propoſitus Scopus intentionis noſtræ.

IN Timorem enim Dei omnis actio & intentio collimare debent, vt valeant; hoc probat ſcriptura. *Prou. 12. Finis* inquit *modeſtiæ, Timor Domini eſt, Diuitiæ gloria & vita*; atqui modeſtia, Chriſtianorum virtutum omniũ moderatrix eſt, quam notam eſſe cupiebat Paulus omnibus hominibus.

IX. Fructus Timoris Dei eſt.
Aqua vitæ.

HANC promittit Deus in Timore. *Prou. 14.* Timor Domini, inquit, eſt *fons vitæ. Eſa. 16. omnes ergo ſitientes venite ad aquas emite abſque argento & auro & vlla commutatione.*

X. Fructus Timoris Dei eſt.
Pulchritudo formoſa Corporis.

ATTENDANT Mulieres, quæ dum comuntur, & parantur, annus eſt (ſecundum vulgatum adagium) formam quærunt, inuenient in timore. Aſſerit enim ſcriptura de formoſa Iudithâ. *Judith. 8. Timebat Dominum valdè, & ideò contulit quoque Dominus ſplendori eius decorem, vt omniũ oculis gratioſa videretur.* Nec deformes mulieres (modo timeant Deum) à communione pulchritudinis eiectæ ſunt ſed & illæ ex ſpecie laudabuntur, dicit enim Deus. *Pro. 31.*

quo-

quoniam *fallax gratia & vana eſt pulchritudo, Mulier timens Deum ipſa laudabitur.*

XI. Fructus Timoris Dei eſt.
Securitas ab Inimicis.

PROPHETA regius inſultabat inimicis ſuis, Hoc timore & illius fructu factus ſecurus. *Pſal. 26. ſi conſiſtant*, inquit, *aduerſum me caſtra, ſi exſurgat aduerſum me prælium non timebit cor meum, non enim timebo mala, quoniam tu mecum es.*

XII. Fructus Timoris Dei eſt.
Formatio veri Hominis.

NEc enim inter humanæ rationis conſortium cenſendus, ſed cum brutis reputandus eſt, qui non timet Deum, ſic epilogus finalis erat concionum Salomonis. *Eccli. 12. Finem dicendi*, inquit, *pariter omnes audiamus, Deum time, & mandata eius cuſtodi, Hoc eſt, omnis homo.* quaſi manifeſtè diceret, omnis homo, eſt ille, qui timet Deum; Nullus homo, ſed brutum eſt, qui non timet eum.

XIII. Fructus Timoris Dei eſt.
Liberatio ab Hoſtibus per Angelos.

HVNC Dauid expertus, teſtabatur, Deum ablegare Angelos in ſubſidium timoratorum: *Immittet*, inquit *Angelus Domini in circuitu Timentium eum, & eripiet eos* (*fortis ſepes eſt, quæ munitur Angelico præſidio.*)

XIIII. Fructus Timoris Dei eſt.
Liber monimenti pro Timoratis.

QVANTÆ lætitiæ ſit illud diuinum elogium, non poteſt humaua mens edicere. Ecce enim ait ſcriptura Memo

Memoriale, codicillum, & libellum monimẽti apud Deum conſcribi, in eoque nomina, & ſalutem eorum qui timent eum. Sic ait. *Malach.3. Scriptus eſt liber monimenti in conſpectu Dei, omnibus timentibus eum, & inuocantibus nomen eius. quid lætius & glorioſius?*

XV. Fructus Timoris Dei eſt.
Fælix connubium inter ſeculares.

HOc demonſtrat Angelus Tobiæ, cum Raguel nutaret huic dare reſponſum petenti ſuam filiam Saram, interponens ſe Angelus, *Huic*, inquit, *Thob. 7. Timenti Deũ debetur coniux filia tua, propterea nullus potuit habere eam.* At ſapiens propoſitum noſtrum multo ſagacius confirmat, dicit enim. *Sirach. 29. Pars bona, mulier bona, in ſorte bona Timentium Deum dabitur viro pro factis bonis:* id quod indubiè capiendum quoque eſt de mulieribus, quæ & ipſæ fruentur emolumẽto Timoris, ſi timuerint Deum.

XVI. Fructus Timoris Dei eſt.
Continuum epulum mentis.

NAm quamuis affirmet hoc Spiritus Dei in ſcriptura. Quod *ſecura mens ſit quaſi iuge conuiuium*, ſecuritas verò naſcatur ex Timore (vt ſupra deductum eſt). tamẽ adhuc apertiùs euulgat hoc, ſacer textus apud Tobiam, vbi ait, *Thob. 9. fecerunt conſcriptionem coniugij, & epulati ſunt cum gaudio in Timore Dei.* Ecce gaudium, & epulum in Timore. In hoc, gaudium epuli fuit.

XVII. Fructus Timoris Dei eſt.
Nobilitas incomparabilis.

HOc emolumentũ timoris annunciat Deꝰ aſſeuerãter in biblijs, vbi, inquit, *Sirach. 10. Non eſt maior illo, qui timet Deũ.*

XVIII. Fructus Timoris Dei eſt.
Exaltatio ſuper omnia.

ELEGANTIVS teſtimonium huius rei non eſt in diuinis ſcripturis, quã quod (apud Ieſum Sirach habetur. *Eccl. 25. & 27. Quàm magnus* inquit, *qui inuenit ſapientiã & ſcientiam, ſed non eſt ſuper timentem Deum, Timor Domini ſe ſuper omnia ſuperpoſuit Beatus homo cui donatum eſt habere timorem Dei, qui timet Deum, cui aſſimilabitur? Timor Dei initium eſt dilectionis eius*, fidei autem donum agglutinandum eſt ei; hactenus Sirach. quid amabilius?

XVIIII. Fructus Timoris Dei eſt.
Reputatio Diuina, quoad Timentem.

IPSE enim Altiſſimus, qui bonorum noſtrorum non indiget, tamen in conſpectu ſuo, & reputatione, vſque adeò ſtupendus eſt circa Deum Timentes, vt vnicum Timoratum maioris faciat, quàm mille impios, imò quàm vnam magnam multitudinem, ſic definit in ſcriptura. *Sirach. 16. Melior eſt*, inquit, *vnus timens Deum, quàm mille filij impij.* Et apud Eſdram. *pereat*, inquit, *multitudo quæ ſine cauſa nata eſt*; ſine cauſa verò naſcitur, qui neſcit ſeruire in Timore, ad quem creatus eſt homo. Iterum hoc confirmando alibi dulciſſimè concludit *Sirach. 14. Non enim*, inquit, *Deo neceſſarij ſunt homine impij*, quaſi dicat à contrario ſenſu, Deus quodãmodò neceſſarios habet homines timoratos.

XX. Fructus Timoris Dei eſt.
Deficientis animi ſolatium.

QVAM ſuaue hoc ſonat aurib⁹ noſtris cum defecerit vi[rtus] noſtra? aſſerit enim De⁹. *Sirach. 19. quia melior eſt q[ui] deficit ſenſu in Timore Dei, quàm qui abundat ſcientia & tran[s]greditur legem Altiſſimi.*

XXI. Fru[ctus]

XXI. Fructus Timoris Dei eſt.

Neq; negligere. Neq; negligi.

ET hanc vtilitatem decerpit homo timoratus. Scriptum eſt enim *Sirach. 34. Qui timet Deum nihil negligit*, verbum aureum, verô verius; Nec enim Deus aliquid quod ad eum pertinet negligere poteſt, nec homo talis è conuerſo aliquid intermittere ſolet, quod faciat ad honorem Dei. pactum eſt inter vtrumque.

XXII. Fructus Timoris Dei eſt.

Ablatio Timoris Moriendi.

QVA ratione enim mortem timeat? qui timet Deum? Saluator namque hoc apertius inculcare volens, ait, *Math. 10. Ego verò oſtendam vobis quem timere debeatis qui cum perdiderit corpus, poteſtatem habet animam quoque mittendi in gehennam, ita dico vobis, Hunc timete; Nolite autem timere eos, qui occidunt corpus &c.* vnde clarum eſt, eum qui timet Deum, nec debere timere mortem, aut gladium, aut quidquid vitam præſentē adimere poſſit. Ecce quant⁹ fruct⁹ timoris Domini!

XXIII. Fructus Timoris Dei eſt.

In naufragio ſubſidium.

APERTVS in ſcriptura locus eſt, qui fructum illum nobis commendat, in Ionâ prophetâ, qui cum datâ ſorte in mare proijciendus eſſet, plenus reſpectu diuino & reuerentia, intonuit ſententiam contra mare & fluctus eius *Ionæ. 1. Deum cæli*, inquit, *ego timeo* (mirabile dictu) dixit verbum Timoris, & manſit illæſus in vndis, præparante Dei manu cete grandiſſimum, in cuius viſceribus ſecuri⁹ quam in dormitorio nauis, habitaret ille, qui timebat Deum.

XXIV. Fructus Timoris Dei eſt.
Peccati odium.

HIc fructus de medulla Timoris eſt. Sic habet ſcriptura *Eccli. 1. Timor Domini expellit peccatum.* Et denuo. *Timor Domini odit peccatum.*

XXV. Fructus Timoris Dei eſt.
Architectura Dei.

NE timeant à frigoribus niuis, qui habitant in tabernaculis Domini, Timentes eum; Nam ecce ſtupendum nobis ſolatium: Cum obſtetrices Hebræorum negligerent præceptum Regis (quod erat de occidendis paruulis Hebræorum) ipſæque magis timerent Deum, quàm Regē, dicit ſcriptura, quod Deus in gratiam iſtarum Timentiū ſe, ædificare cœperit domos ipſis, Architecturâ Dei potitæ ſunt, quia timebant Deum. *Exodi. 1. Timebant enim*, inquit, *magis Deum quàm Regem & ideo ædificauit eis domos*, quàm fælix ergo prouentus Timoris, qui vtitur Architectore Deo?

XXVI. Fructus Timoris Dei eſt.
Conſeruatio gratiæ acceptæ.

NOn minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri. Qui volet continuare decurſum gratiarum à Deo, recurrat per timorem ad eum ipſum Deum, ſolus enim timor ſepes eſt donorum, quæ à Deo accepimus, alioquin facilè diripitur poſſeſſio multis annis collecta, & domus ſpiritualis ædificij corruit ſine Timore, ſic ait Sapiens. *Eccl. Sirach 27. Si Non in Timore Domini tenueris te inſtantèr, citò ſubuertetur domus tua.* Quod ampliꝰ eſt, Deus nullam exigit gratitudinē ab homine fideli; præterquā ipſum timorē Dei. Nam cum populo Iudaico totam legem ac ceremonias atq; iudicia ſua per

Moyſen

Moyſen, longâ ſerie commendaſſet, facit periodum ſolam & breue compendium in Timore. *Deuteron. 10. & nunc*, inquit, *Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit à te? niſi vt Timeas Deum tuum? & ambules in vijs eius?*

XXVII. Fructus Timoris Dei eſt.
Lucrum temporalium bonorum.

IMò in Timore Domini, acquiruntur principatus atque Dominia totius orbis, exemplum viuum patet in Ioſepho, qui cum ex Timore Dei ſtuprum toties oblatum recuſaſſet, eò quod. *Gen. 39. non auderet peccare in conſpectu*, inquit, *Domini ſui*, factus eſt Princeps Ægypti; Et nuncupatus *Saluator mundi. Gen. 40.* Non aliundè quam ob ſolum Dei Timorem, & quidem Timore ſuo adeò commouerat viſcera Dei, vt Spiritus ſanctus diceret. *Miſertus eſt, inquit, Dominus illius in carcere, & dedit illi gratiam in conſpectu principis.*

XXVIII. Fructus Timoris Dei eſt.
Inamoratio & Philtrum Domini.

DEvs enim benedictus dicitur ardentiſſimo amore agglutinatus. *Deuterom. 10.* quibus? Iudæis timoratis: Teſtatur enim ſcriptura ibi, *en, Dei tui cælum eſt & cælum cæli, & tamen agglutinatus eſt patribus veſtris ardentiſſimo amore?* quia nempè timebant Deum, & ideò eundem timorem paciſcebatur ab iſtorum filijs. Quinimò illectus Deus Timore, nihil aliud quærit in mundo, aſſerit enim in ſacris elogijs. *Sirach. 34. Spiritus Timentium Deum quæritur.* Nam & ſuper ipſum Chriſtum Hominem requieuit Spiritus Timoris Domini, tanquam vltimum donum, & cæterorũ omniũ complementum.

XXIX. Fructus Timoris Dei eſt.
Protegmen in omni neceſſitate.

AFFIRMAT & hoc ipſum ſcriptura; *Timor, inquit, Domini vmbraculum ab æſtu, & adiutorium caſus &c. Sirach.* 34. quæ in fine, ſuo loco deducentur.

XXX. Fructus Timoris Dei eſt.
In paupertate Solatium.

ILLVD egregiè demonſtrat Senior Thobias filio ſuo, quem à iuuentute Timere Deum docuit. *Noli*, inquit, *Timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus ſuper terram, ſed multa bona habebimus, ſi Timuerimus Deum, & receſſerimus à malo, & fecerimus benè Thob.* 4. Quod autem mirabilius eſt, etiam pauper gloriatur & exultat in Timore, teſtatur hoc ſcriptura. *Sirach.* 10. *Pauper*, inquit, *gloriatur per diſciplinam & Timorem ſuum.* Ex aduerſo nihil vilius & deſolatius eſt eo, qui non timet Deum, *Qui me contemnunt*, inquit De⁹, erunt ignobiles. Et alibi. *Sirach*, 23. *Qui expellit à ſe Timorem Dei, vbi non putauerit apprehendetur.*

XXXI. Fructus Timoris Dei eſt.
Continuum examen conſcientiæ

EO ipſo namque quo quilibet mouetur Timore Dei, ſollicitam curam gerit conſcientiæ ſuæ, prout aſſerebat Timoratus Apoſtolus, Hoc vnum eſſe & exercitium & ſtudium ſuum, habere bonam conſcientiam. *Actor.* 34. *In hoc*, inquit, *Studeo ſemper habere bonam conſcientiam ad Deum & Homines*; quod autem hæc conſcientia bona ſeruetur in Timore, confirmabat Moyſes cum ex ore Dei doceret populũ *Deuteronomij* 4. *diſcat* inquit, *populus meus Timere Deum ſuum omni tempore.* Hoc ſtudium hominis fidelis eſt.

XXXII. Fru-

XXXII. Fructus Timoris Dei eſt.

Sanctus Tremor & aßiduus.

HVNC neruoſè capiebat Iob, cum diceret. *Iob. 31. ſemper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non valui*; rurſum idem; *Iob. 9. verebar, inquit, omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti.* Dauid orabat configi carnes ſuas Timore. *Pſal. 118.* confige *Timore tuo carnes meas, à Iudicijs enim tuis Timui.* Et prudenter illi quidem, cognoſcebant enim quod poſtea exſplicuit. S. Auguſtinus, Timorẽ Domini, eſſe quandam acum, per quam ducatur filum amoris Dei, & conſuatur veſtis nuptialis ad vitam æternam.

XXXIII. Fructus Timoris Dei eſt.

Ante faciem ſuam videre Deum.

PSALM. 15. *Prouidebam, inquit, Pſaltes, Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dexteris eſt mihi, ne commouear, propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit ſpiritus meus*, vtique quis non lætaretur viſo Deo? è conuerſò, Timore Dei recedente ab oculis, ſubitò conſequitur omnis malitia, vt teſtatur idem Dauid. *Pſal. 35. Dixit iniquus vt delinquat in ſemetipſo, non eſt Timor Dei ante oculos eius.*

XXXIV. Fructus Timoris Dei eſt.

Conſeruatio naturalis vitæ.

QVEM fructum Spiritus Sanctus gratioſè omnibus obtulit hominibus per os Moyſi; *Deuteron. 10. & 4. & 5. Time*, inquit, *Deum tuum vt poſſis viuere.* Et rurſùm *Elige itur vitam vt viuas.*

XXXV Fru-

XXXV. Fructus Timoris Dei eſt. *Poſſeßio Cordis Diuini.*

PER Timorem enim homo acquirit quaſi poſſeſſionem & dominium ſuper cor & viſcera, & voluntatem Dei; nihil aliud namque deſiderat Deus, nihil optat, nihil magis orat Hominem, quàm Timorem ſui; quis non miretur verba propria tanti Dei? *Deutero.* 4. *&* 10. *Quis*, inquit, *det populo meo talem habere mentem, vt timeant me? Et benè ſit eis, & filijs eorum poſt eos?* Ecce deſiderium cordis diuini, Time Deum, poſſidebis illud.

XXXVI. Fructus Timoris Dei eſt. *Nihil aliud pauere extra Deum.*

HOc aſtruit Sapiens, eum qui timet Deum, nihil timere præter eum. *Sirach.* 32. *Qui timet Deum*, inquit, *Nihil pauebit.* Contra verò, qui non timet Deum, timet omnia extra Deum. *Prou.* 28. *fugit*, inquit, *impius nemine perſequente*. Et rursùm. *Prou.* 10. *Quod timet*, inquit, *impius veniet ſuper eum, deſiderium autem ſuum iuſtis dabitur.* Et Dauid, *contritio*, inquit, *& infelicitas in vijs eorum* (ſcilicet impiorum) quare? *Non enim eſt timor Dei ante oculos eorum.* Timeto Deum igitur vt nihil timeas, ſi non timueris eum, conſumet te omnium timor extra Deum.

XXXVII. Fructus Timoris Dei eſt. *Reſpectus Parentum & Superiorum.*

NAM *qui timet Deum*, teſte ſcriptura. *Prou.* 10. *Honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt.* Et Paulus hoc extendit ad ſuperiores. *Epheſ.* 5. *ſubiecti eſtote*, inquit, *inuicem in Timore*, quaſi diceret, Timete Deum, & ſubijciemini, timor enim ſubiectum facit.

XXXVIII. Fructus Timoris Dei eſt.
Facere bonum

NON enim eſt otioſus timor, minus quidem quàm amor, qui nunquam feriatur, vbi eſt. Sic aſſerit pagina ſacra. *Sirach. 15. Qui timet Deum faciet bona.* alioquin *ſcienti bonum & non facienti, peccatum eſt illi, monente Iacobo, c. 4.*

XXXIX. Fructus Timoris Dei eſt.
Paratum eſſe ad Tribunal Chriſti.

HOc luculenter affirmat Apoſtolus, vbi dicit 2. Cor. 5. *omnes nos oportet manifeſtari ante Tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque prout geſſit in ſuo corpore. Scientes ergo hæc,* ſubinfert ille, *Timorem Domini ſuademus hominibus.* Quid ita? Paule? quia Timor Domini paratos ad iudicium efformabit, & vrgebit, & inſtimulabat. Qua de cauſa, exclamabat mirabundus Ioannes in viſione ſua, *Quis non timebit te Domine, & inuocabit nomen tuum? quia tu ſolus pius es,* (nempè timentib' ſe) Qui deſideras ergò bonam mortem, beatitudinem, conuerſationem bonam, Time Deum. Qui peroptas bonos dies, victum & amictum, honorem & gloriam, Time Deũ. Qui apprecaris tibi diuitias, firmamentum in lubrico, iubilum & lætitiam, Time Deum. Qui concupiſcis legem Domini, laudem eius, miſericordias Dei, paternam curam eius, oculos tantæ Maiſtatis; Time Deum. Qui exoptas plenitudinem rerum, carentiam neceſſitatis, ſpem firmam, Time Deum. Qui exſpectas propinquitatem Dei, theſaurum vitæ, voluntatis tuæ complementum, promiſſionem vitæ præſentis & futuræ, Time Deum. Qui deſideras bene mori, & cum ceteris fructibus feliciter emori, Time Deum. Qui ex animo diſſolui cupis & eſſe cum Chriſto, Time

Deum, ſuauiſſimè quod optas obtinget tibi, authore Paulo, 2. Cor. 5. vbi cum timorem Domini commendaturus erat, erumpens cum lætitia, *Audemus*, inquit, *& bonam voluntatem habemus, peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum, & ideò contendimus ſiue præſentes, ſiue abſentes placere illi, &c. Timorem ergo Domini ſuademus hominibus.* Hucuſque Paulus. Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Timentes autem Dominum glorificat: eius pietas & miſericordia, quæ ſuos, vt pupillam oculi reſeruat in ſecula. Amen.

OATIO TIMORATI.

In qua pulcherrima Corolla Timoris Dei, ex Scriptura ſancta contexitur. Sirach. c 34.

OMNIPOTENS, tremende, colende, adorande Deus Maieſtatis, quē omnia pauent & tremunt à vultu virtutis tuæ, quoniam importabilis eſt gloria magnificētiæ tuæ. Immenſa verò & ineueſtigabilis Miſericordia promiſſionis tuæ; Benedic Domine coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate, benedic, inquam, coronæ tuæ, duodecim gemmis tui Timoris fulgidæ, quam in verbo tuo ſancto nobis aperuiſti, dicis enim. *Sirach. 34.* Et gaudio impletur cor noſtrum. Quia timor tuus. 1. eſt *fortitudo noſtra 2. protector potentiæ. 3. firmamentem virtutis 4. Tegimen ardoris 5. vmbraculum meridiani 6. Deprecatio offenſionis 7. Adiutorium caſus. 8. Exaltans animam 9. Illuminans oculos. 10. dans ſanitatem 11. Et vitam. 12. Et benedictionem.* Hæ namque ſpiritus tui gemmæ, & verba ſunt. Da timorem tuum Domine qui fortificet nos. Qui protegat potentiam populi tui. Qui firmet virtutes noſtras. Qui tegat & protegat ab ardore tentationis. Qui obumbret nos ſub alis tuis. Qui deprecetur offēſam, in multis enim offendimus omnes. Qui adiuuet cadentes

tes & præſeruet à lapſu. Qui animam è cæno exaltet in cælũ. Qui aperiat oculos vt videamus te. Qui det ſanitatem laborantibus. Vitam in incolatu ſuo impatienter exſpectantib⁹, & tandem benedictionem migrantibus, & ad te properantibus, Deus Deorum, qui talia locutus es, confirma verbum tuum, imple corollam plenitudinis Timoris tui, & repleantur campi tui, animæ noſtræ, actiones noſtræ, ſtudia noſtra, vbertate ſancti Timoris tui. Sit timor tuus fulmen in oculis noſtris, Tonitru in auribus noſtris, Terræ motus ſub pedibus noſtris, gladius bis acutus penetrans vſq; ad diuiſionem animæ & ſpiritus noſtri. Fac tremende Deus, Numen terribile, vt Timeamus te, Timore caſto, Timore honorabili, Timore reali: Timore innocente: Timore ſuaui. Timore tenero. Timore magnanimo. Timore ardenti. Timore nobili, Timore decenti. Timore electo. Timore laudabili, non vili, non ſeruili, non humano, non vano, non ficto, non falſo, non mutabili, non molli, ſed conſtanti ac virili, memores enim ſumus vberum tuorum ſuper vinum. vbertatis inquam tuæ, quæ fluit ex Timore. Per eum, Senex Timoratus Simeon Verbum tuum caro factum in vlnas recepit, & conualuit ad vitam ſempiternam. Per Timorem Suſaña ingemuit & ſaluata eſt. per eum Iob ſuſtinuit in fimo miſeriam, & duplo benedictus euaſit; per eum omnes ſancti placuerunt magnitudini tuæ, fac vt timeamus, & tandem placeam⁹; Qui viuis & regnas potens & magnific⁹ in Maieſtate, per omnẽ æternitatem, Amen

Sermo definitorius Timoris DEI, & ſpecierum Timoris

VENITE Filij, audite me, Timorem Domini docebo vos, Timor ſanctus permanens in ſeculum ſeculi, per quem conſcribuntur cælorum ciues, beati, dilecti electi, amici, filijque omnes immenſi Dei noſtri, *Mirabilis eſt in Sanctitate, delectabilis in operatione, inæſtimabilis in comparatione ineffabilis in dignitate, exoptabilis in cogitatione, ſanabilis in languore placabilis in offenſa, durabilis in æternitate: adamabilis coram Dei Maieſtate:* Multa dicimus & deficimus verbis, ipſe Timor, conſummatio noſtra eſt in omnibus: cui adæquabimus eum, & quod nomen eſt eius, ſi noſti, o mortalium genus? Oculis animæ caligantibus & tremulantibus explicemus eum. *Eſt enim: Timor Dei, pudoroſa quædam, debitaque, ſed gratuita Verecundia, & Delicata atque Tenera, & continua Reuerentia, quaſi coràm præſente Deo, quæ manum, ſimul ac mentem prohibet à delicto, propter honorem & amorem ſolius Dei dilecti.* Magna dixi, grandia intonui, ſed minora dignitate Timoris: dixi, *Pudoroſa quædam Verecundia*, quoniam anima timens Deum, Virginalem pudicitiam Filiæ Virginis, imitatur, erga parentem ſuũ, quæ quanto pudore verſetur in poteſtate parentis carnalis, experientia nouit, & illam verecundiam verſus Deũ parentem exigit Timor ſanctus. Dixi, *debita, ſed gratuita*, Timor enim ex conditione naturæ noſtræ debetur Domino Deo noſtro, quia Dominus eſt, creator, parens, redemptor eſt, ſi Dominus, vbi ergò Timor eius? nonnè ei iure debetur? Dixi, *gratuita reuerentia*, non enim Timor ille oculos & animos reflectit ad vtile ſibi, ſed beneplacitum Deo. Dixi, *Timor eſt delicata reuerentia*, quia, vt maximum ſic quoque minimum genus offenſionis Dei ſui faſtidire

faſtidire & nauſeare ſolet , ſicut moris eſt delicatis hominibus , qui ſubitò ad ingratum cibum aliquem , obortâ nauſeâ , ſtomachantur : quanti momenti ſunt coram Deo , tales enimæ bonæ ? delicatæ Dei deliciæ ? Dixi *tenera reuerentia* , nam ſenſu tenerrimus eſt Timor noſter , vt extemplò , motum , actum , guſtum , viſum , ceteraque ſenſuum & cognitionum obiecta , ſi contra Deum ſuum ordinentur , perſentiſcat , & leuiſſima prope ſenſatione percipiat. Dixi *continua reuerentia*, quoniam prouidet Dominum in conſpectu ſuo ſemper , ne commoueatur ; & licet ipſo actu , & tractu continuo non aperiat oculum ad præſentiam Dilecti ; tamen ſuper cuſtodiam Innocentiæ ſuæ nunquam dormitat , nec ſepitur affectus ; vigilat memoria illius , cum pulſat tentatio ; memoria , inquit , memor ero & tabeſcat in me anima mea ; vigilat habitus radicalis in præcordijs , cùm occaſio delinquendi occurrit in foribus , confixit enim Timore Dei carnes ſuas. O ſanctam reuerentiam ! Dixi (*quaſi coram præſente Deo*), nam cum mitiſſimo Moyſe , Inuiſibilem tanquam videns ſuſtinet , & ideò omni puncto contendit , ſiue in abſentia ſiue in præſentia placere Deo. Dixi *Reuerentia quæ prohibet manum ſimul ac mentem à delicto* ; non enim ad oculum ſeruit , exterius , ſed homagium Deo fundauit interius , vt qui interior eſt cordis homo , in incorruptibilitate (ſecundum Petrum) modeſti & manſueti Spiritus , diffundat humorem ſanctum , in hominem exteriorem , & mortalia membra , quæ ſunt ſuper terram. Ligat igitur ſancto reſpectu manum ne faciat malum , mentem ne deſideret , & eo minus , ne cogitet. Dixi (*Reuerentia propter honorem , & timorem Dei dilecti*) homo quippè Timoratus digniſſimum æſtimat Dilectum ſuum , cui præſtetur ad honorem hæc reuerentia ; illius enim honor agitur , illius

dignitas, & Maieſtas, in Timore tenetur. Sanè vel propter amorem meritiſſimus Deus eſt, cui impendatur Timoris reuerentia, cum tantum tamque amabile bonum, natura compellente rationabili, extorquere debeat ac valeat à nobis reuerentiæ reſpectum. Sic balbutimus vt paruuli Timorem Domini, ſic explicamus non currente calamo potiùs, quàm volante mentis affectu. Hic eſt *Timor ille Filialis tantis votis & encomijs in Eccleſia commendatus*, *ſocius & nutritius aureæ Charitatis*, ſine quo nec illa perfecta, nec perſiſteret perficienda, ille quippè manet ſanctus in æternum. Ne verò cuiquam ſcrupulus oriatur ex 1. Epiſtol. Ioan. cap. 5. vbi definitur, *quoniam Timor non eſt in Charitate, Sed perfecta Charitas expellit Timorem, & qui Timet, non eſt perfectus in Charitate, Timor enim pœnam habet*, Verba iſta Ioannis & Dei ſunt, & Filialem amorem noſtrum in valore confirmant. Loquitur enim Secretarius IESV, de Timore, qui pænam in viſceribus fouet, abſit hoc à Timore filiali, qui delectat cor (ſecundum ſcripturas) quique eſt hortus irriguus & paradyſus benedictionum, qui beneplacitum Dei in ſe tenet, & fructus illos immenſos in omnem redundantes conſcientiam Timoratam, de quibus audijmus ſuprà. Aſſeruit ergò Ioannes de Timore ſeruili, deque initiali, à doctioribus ſic vocato, horum vterque non ſuſtinetur à Charitate, ſed perfecta charitas expellit Timorem, quare? quia Timores vtriq; nominati pænam habent: Vis noſſe, quam pænam? Ecce Timor ſeruilis ille eſt, qui in corde mortalis peccatoris, ante iuſtificationem, oculum mentis aperit, ad flagella commerita, ad pænam Gehennæ, ad carentiam fruitionis Dei, ad damnum beatitudinis; ſine dubio cruciatur ille Timor, & pænam habet, & tametſi ab Eccleſiæ Concilijs valdè ſalutaris, ac bonus ad Sacramentum pœni-

pœnitentiæ, deprędicetur, tamen non habet locum in charitate, ſed perfecta charitas hunc expellit Timorem; pergit quidem ille vt laudabilis animæ comes, ad iuſtitiam; verum vbi venitur ad terminum reconciliationis, domina Charitas ſocium eum, dedignatur habere poſſeſſionis; concurrit, ergò non peruenit, quia pœnam habet, charitas vero perfecta, libera eſt ab omni vrente paſſione, merſa & demerſa in gremio & iucunditate Dilecti. Timor autem initialis quem dicunt, non longè procul abſcedit ab altero, eſt enim introitus in delicias Dilecti, ſternit ille viam, aperit oſtium Iuſtificationis iuſtificando, ſed non hæret in iuſtificato: vbi enim ille officio ſuo defunctus eſt, in puncto conſequitur filialis Timor, ſanctus ille noſter nutritius, & ſocius Charitatis. Itaque & ille Timor initialis expellitur à charitate, quoniam & pœnam & pœnibilem materiam habet; quid enim eſt aliud dolor & fletus pro peccatis, & remordens cogitatio, quam pœna doloris? dum ſancto labore pergitur ad amorem? quem perdiderat anima non caſta pudore? Et nunquid pœnibilis materia eſt, oculum habere ſauciatæ conſcientiæ, in id, quod pudet, admiſſum contra Deum, tametſi pudeat propter eum? Quidquid igitur reſpectum habet extra Dilectum, pœnam habet, & ideò expellitur à plenitudine Charitatis, quæ pœnam non habet. Hoc Apoſtolus ad Rom 8. demonſtrat. *Non enim*, inquit, *accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba Pater*: vbi contraponit ſpiritum filialem, id eſt, Timoris filialis, ſpiritui Timoris ſeruilis: nam hic, non audet erigere ceruicem, quia memoriâ flagelli curuatur & premitur. Iſte vero filiali libertate erectus, clamat, & inuocat bonum & amoroſum parentem, ille foras expellitur, Iſte ſanctus manet in ſeculum ſeculi. Et eam ob cauſam, etiam caſtus nuncupatur Timor, quia nec ad pro-

propriam dulcedinem nec commodum ſpectat, Timeret enim Dilectum, & ſi nulla dulcedo conſequeretur. Et ideò caſtus eſt, id eſt caſtratus ab omni affectu, & omni eo quod eſt ſine Deo. Dicitur & mundus, Timor noſter filialis, quia mundis oculis intuetur dilectum, nec immundum contingeret, propter vniuerſum mundū. Dicitur Fidelis, quia quod habet charum, ſeruat Vnum Vni. Dicitur modeſtus, honoratus, mitis, humiliatus, verus & alijs compellationibus innumeris, quoniam vbi talis non eſt, Timor verus non eſt; Timor enim nihil negligit Per Timorem illum Sancti placuerunt Deo, ſine dubio in dilectione & Charitate, quomodò enim ſancti & Beati ſine Charitate? ſine Deo? qui charitas eſt? & qui manet in charitate in Deo manet, vnde ſequela inuincibilis eſt, filialem illum Timorem per quem ſancti omnes placuêre Deo, imò & ipſi ſancti nomen meruerunt, illum inquam Timorem, in ſe concludere charitatem & conſeruare eam, velut cineres ignem: Vt verò ſolidiùs ſpecies Timoris ſancti imbibamus, ex communi ſententia, & ſcripturâ, ſequentes particulæ ſtabiliantur. Prmò igitur laborandum eſt Timenti vt ſit Timor caſtus, ad modum honeſtæ coniugis, quæ licet virum non habeat in præſentia, nihilominus propter eum, quaſi præſentem timet, Sic Paulus 2. *cor. 5. Timorem Domini inquit, ſuademus hominibus*, ideo contendimus ſiue præſentes ſiue abſentes placere ei. Secundò *ſed Timor, cautus* eſt, imò & verus filialus Timor, vt caſtus, ſic & cautus eſt, quomodo? vt nihil vllo ſenſu ſuorum admittat, quod offendere poſſit dilectum, vel per occaſionem, & ex obliquo aut indirectè præbeat periculum offendendi. 3. *Timor Filialis, eſt, hilaris, hilarem enim datorem diligit Deus*, nec poteſt aliter eſſe in bona conſcientia, nam *ſecura mens eſt quaſi iuge conuiuium*. 4. *Eſt Filialis Timor reſtrictus*, nam quia in medijs

hoſtibus

hoſtibus verſatur, carne, mundo, Satana ſeptus; reſtringit ſuperfluum, ne pabulum exhibeat inimicis contra Timorem. *Nam ſi præſtiteris animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in deriſum inimicis tuis.* 5. *Filialis Timor* Indagator & Explorator eſt ſagaciſſimus, præoccupat enim, ſicut bonus miles, omnes angulos ſtationis ſuæ, id eſt animæ propriæ, vbi, quoue modo, in paſſionibus, vel naturæ imperfectionibus lateat hoſtis, aut latere queat. 6. Sollicitus eſt, vt meritò ille qui maximum Theſaurum poſſidet, vt Paulus aiebat. 2. Cor. 4. *Habemus autem Theſaurum hunc in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & nō ex nobis*, ergò cuſtodi animam tuam, & ſepem eius ſollicitè. 7. Taciturnus eſt, quia in ſilentio cuſtodiuntur miſericordiæ & gratiæ Dei, dicit enim Hier. Thren. 3. *bonum eſt in ſilentio præſtolari ſalutare Dei.* 8. Memor eſt fragilitatis propriæ, & experientiæ, vt non præſumat. Sed è contra ſummopere humilietur, ruminans illud Iobi 4. *Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem, quanto magis hi qui habitant domos luteas, & terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea?* Sed *quia non intelligunt, in æternum peribunt.* Memor ergò ſit *Timor*, ne diſſipetur. 9. *Attentus eſt Timor ad omnia ſolertiſſimè*, primò quid Deo, maximè placeat in vocatione, & ſtatu ſuo, idq́; incunctanter exſequitur. Secundo à quo potiſſimum vitio ſæpius moleſtetur, nam illud ſepem ſubuertere valet, ideoq́; omnes machinas pœnarum, & tormentorum animoſè eo deriuat, vt diuerberet hoſtem, nec quieſcit donec eum ſuppeditet. 10. Numerat quotidie aliquoties, vel ſemel ſaltem in die, imperfectiones ſuas Domino, vt auxilium & gratiam obtineat, ne ſolus in prælio ſuccumbat: Nil enim meretur accipere, qui ſuperbiens nil putat poſſe amittere. 11. Dubitat aſſiduè (tamen mente ſerenâ) vtrum in omnibus Dei beneplacito reſponderit, & ſuſpicatur in bonum, quia bonarum mentium eſt ibi culpā timere, vbi culpa non eſt. 12. Examinat etiam iuſtitias ſu-

as & opera bona, fuerint ne aliqua circumſtantiâ maculata: fortè nec tempore nec loco, nec bono fine, nec cui, vel quomodo, oportebat, diſpoſita, nouit enim Deum Iudicem eſſe renum & cordium. Nam ibi ſepes noſtra, clandeſtinis cuniculis inimici non rarò diſſuitur. Nunquam igitur *Timor ſecurus eſt*; ſed ē diuerſo committunt, *qui Timore carent*, vt affirmat Eccleſiaſticus 8. *Sunt impij* inquit *qui ita ſecuri ſunt, tanquam iuſtorum facta habeant*. Quare? quia non examinant delicta, quid? examinarent illi iuſtitias? vt timoratus? cum nullas habeant? Et quod deterrimum eſt, ſubiungit ſapiens in prædicto loco. Et *quia*, inquit, non fertur citò in malos ſententia, filij hominum abſque vllo timore perpetrant mala. Et patientia, & bonitas illos reprobos extulit, cum tamen ad meliorem frugem eos ſtimulare debuiſſet. O Benedicta ſepes noſtra! Beatus Timor ille! Ego meis verbis decolorabo eum, quem optat habere anima mea. Eſt enim. *Timor Domini, in carne ſua Dominus*, regit enim & dominatur in eam. 2. in *Habitaculo ſuo pacificus*. 3. in *Hoſtico Triumphator in Hoſtes* 4. *in Requie mellitus*. 5. *in Iuſtitia, ſanctus*, 6. *in Sententia innocens*. 7. *in Tumultibus liber*, fortem & tenacem propoſiti virum ſi fractus illabatur orbis impauidum ferient ruinæ. 8. *in Morte ſecurus*. 9. *in Actione diſcretus*. 10. *in Neceſſitate prouiſus*. 11. *in Dubijs directus*. 12. *in Exilio virilis*. 13. *in Laboribus fortis*. 14. *in Bello intrepidus*. 15. *in pace modeſtus*. 16. *in Opinionibus facilis & tractabilis*. 17. *in Grauitate benignus*. 18. *in Veritate reſolutus*, Amicus illi Plato, amicus Socrates, ſed magis amica Veritas. 19. in idæa diuinus, quidquid enim apparet foris in homine timorato, ſpirat aliquam diuinæ præſentiæ fragrantiam. 20. in Zelo prudens & ſciens, vt ſciat æmulari quæ Dei ſunt vſq; ad mortem, ſecundum Zelum ſcientiæ, quæ nouit, ſcit, aut præſupponit aliquod gratum, vel ingratum Deo, ſuper quo zelandum ſit & æmulandum. Deus timoris det virtutem & benedictionem vt æmulemur

charif-

charisſmata meliora continuò, quæ ſunt in dono timoris, & viuemus in æternum.

Oratio inuectiua ad omnis Generis peccatores, pro conciliando Timore Dei.

IN *illo Tempore, loquebatur Timor Domini Phariſæis, Saducæis, Eſſæis, Jebuſæis, Heuæis, Phareſæis, Amorrhæis, Gomorrhæis, Judæis, clamans ſuper tecta; Et in parabolis, atq; in occulto locutus eſt nihil.* Væ vobis Phariſæis, Scribisq; Væ, qui decimatis mentam & rutam, & timorem Domini negligitis. Væ vobis qui curatis culicem, & camelum glutitis, parua crimina declinatis, maiora committitis, contra Timorem Domini; Væ vobis qui paretis extra monumenta, intus autem eſtis plena oſſibus mortuorum, paretis timorati, Timorem non habetis. Væ vobis qui ſuper cathedram Moyſi ſedetis, quæcunque dicitis non facitis, vbi eſt Timor veſter? (medice cura te ipſum). Væ vobis Phariſæis, qui ferè, ferè ob vnam offulam Timorem Domini contemnitis. Væ vobis Eſſæis, qui ob negotia ventris proditis Deum veſtrum & Amicum eius Timorem, in *Epulis* veſtris eſtis *maculæ, conuiuantes ſine Timore, oculos habentes plenos adulterij & inceſſabilis delicti, maledictionis filij.* Væ vobis Saducæis, qui prorſus ita viuitis abſque Timore, quaſi Reſurrectio non eſſet ſperanda, nec timendum Iudicium. Væ vobis Iebuſæis, ciuibus Iebus, quæ fundata eſt ſuper filio occiſo primogenito; Væ vobis qui ſine Timore in Iebus (in Hieruſalem terreſtri) rurſum crucifigitis filium Dei vnigenitum, Ieſum Chriſtum: & fundati in peccatis veſtris, ſpem & conſolationem veſtram poſuiſtis in ſanguine Chriſti. Væ vobis Iudæis, vſurarijs, campſoribus, qui populum Dei emungitis, & montem miſericordiæ extenuatis, gratis accepiſtis gratis date, cur ſpem miſericordiæ (Timorem Dei traducendo) diſſoluitis. Væ vobis Heuæis,

qui ab Eua matre, nomen & rem habentes, inuito Deo & mandato eius, ac timore peſſundato, colluditis cum antiquo ſerpente & conſilijs eius. *Timeo,* inquit Paulus 2. *Cor. 11. ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidatis à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu,* ſimplices enim ad Timorem, faciles ſunt, vos non eſtis. Væ vobis Amorrhæis, æſtuantibus Luxuria & Amore (turpes Amorrhæi) qui peius Sodomâ & Gomorhâ, æſtimatis corpora veſtra non eſſe templũ Spiritus ſancti, qui habitat in vobis, ſed ſpeluncam Latronum, Væ qui membra Chriſti, quæ vos eſſe debebatis, facitis membra meretricum, nidum petulantiæ: & incentiuum pæſtilentiæ. Væ vobis Gommorrhæis Gummi infernali glutinatis, hoc eſt deſiderio rerum pereũtium, vt nec Timore Dei ab ijs diuellamini, ſed mortem præſentem cum æternâ comparantes, (*inuito me Timore Dei*) indignationem ter optimi maximi Dei, cum confuſione veſtra, & gaudio rabidorum dæmonum vobis perenniter emercamimi. Quibus auditis, repleti ſunt ira in Sinagoga (id eſt carnalium hominum commercium) Phariſæi, Phereſæi, Eſſæi, Saducæi, Iebuſæi, Iudæi, Heuæi, Amorrhæi, Gommorrhæi, & duxerunt Timorem in ſupercilium montis: quis ille mons & ſupercilium? quis? Oliuæ mons, mons eſt apex miſerationum Domini: quid ibì facturi? quid cum Timore? forte vt eum, ſepem habeant & cuſtodiam, miſericordiæ ſuæ? Non inquit textus, ſed vt præcipitarent eum. Quomodo fex illa Phariſæorum Eſſæorum & reliquorum præcipitaret Timorem Dei ex monte? monte oliuæ? omninò, dicunt enim miſericordiam Dei tam excelſam, & ſublimem, vt hemo perire non poſſit, faciat quodcunque velit. Tota enim Schola malignantium apud Iudæos, Hæreticos, Paganos, Turcas, perfidos Catholicos, Hæbreos, & Græcos, vociferatur, *Deus miſericors eſt, miſerator Dominus,* & in hac præſumptione non vtique vera ſpe, totum fermè perit Genus Humanum, vt

egregiè dixerit ſanctus Auguſtinus, *ſperando & deſperando, totum perit genus humanum*; hoc eſt, hominum malignorum conciliabulum; & ſperando quidem alij pereunt, qui vſque in extremam horam differunt Timorem Domini; illiq; pereunt deſperando, qui cum præoccupati iaceant in mortis agone, iam animos in temporis inſtanti (quoniam vrget eos mors) deſponderunt. Hi tamen ciuitatem ſuam in monte locant (vt Euangelium ait) ciuitas enim illorum eſt habitaculum præſumptionis, ſuper monte ſitum miſerationis, præcipitare autem nituntur primi Timorem à monte miſericordiæ, quia Timorem cum miſericordia nullo vnquam tempore voluerunt; Sed quid agit Ieſus, & Timor ſanctus? Textus ſonat, *Ieſus autem tranſiens per medium eorum ibat*, quid autem Timor? *Timor ſuper omnia ſe ſuperpoſuit*; omnium iſtorum ceruicibus in die Iudicij ſupereminebit, & Iudex ſuperſedebit: cogentur habere Iudicem, qui conſortem noluerunt. Ieſus tranſit eos, & miſericordia, Hebræos, & Heuæos iſtos tranſit miſeratio, nunquam illic figet pedem in oleo. Et Timor quidem ſuperimpendebit gladio ſententiæ in eos diſtricto, & iudicat illos de facto 4. Eſdræ. 3. *omnia* inquit *opera Dei mouentur, & tremunt Deum*, ſola malignantium ſchola non tremit. Hoc querulatur Deus, *Eccli 29. Ingratus ſenſu*, inquit, *derelinquit liberantem ſe, & cum perdiderit reuerentiam*, (id eſt Timorem) relinquetur ab eo (à Deo &c) quem ipſe dereliquerat: concludamus ſepem noſtram, audientes mirabilia pro terrore, & ſimul ſolatio bonorum ac malorum.

2. Paral. 19. curabat Deus moneri, populum dilectum, *Sit* inquit *Timor Domini vobiſcum, agetis enim in Timore Domini fideliter*, quaſi diceret, promitto vobis omnem felicitatem, & fidem à Deo. Aureum illud Dei elogium eſt. Nam contrario ſenſu capiatur, vbi Timor non eſt ibi pœnalis infernus eſt: Et peccatorum Ægyptus eſt, exuberans plagis

immenſis, quas auris nondum audiuit. Ecce Abraham *Gen. 20.* peregrinus factus in Ægypto, videns non timeri Deum, ad mendacium coactus eſt, dicendo Sarai ſororem ſuam (quæ Vxor erat) addidit cauſam dicti, *Fortè* inquit *non eſt Timor Dei in loco iſto*, Notate phraſin & emphaſin Spiritus ſancti in hoc dicterio, *Non eſt* inquit *Timor Dei in iſto loco*, quid inde ſequitur? Abraham amice Dei, quid infers? ergò inquit ſtuprabunt vxorem meam, me occident, adulteri ſunt, fures, mæchi, homicidæ ſunt in loco, vbi non eſt Timor Dei, & valet optimè conſequentia, in forma veritatis diuinæ, nam vbi Timor non eſt, ibi obſeruantia mandatorum Dei non eſt, nec cuſtodia præceptorum Eccleſiæ, neque obediētiæ Regulæ, & ſtatus cuiuscunq; hominis, ergò vbi Timor non eſt, omnes transgreſſores legum conſtituuntur. Carnales, adulteri, molles, vſurarij, hæretici, periuri, infideles apoſtatæ, & quidquid cogitari poteſt ſcelerum in vniuerſo mundo. Ah Domine IESV, abſit illa terribilis ſententia ab ædibus, & ciuitate noſtra non eſſe Timorem in loco iſto: egregiè Sirach aſſenſit nobis in præſentia, cum diceret Eccl. 7. *Verecundia* inquit *Hominis ſuper aurum*, imò dico ſuper omnem Theſaurum. Hoc enim experientia ſimul, & omnis ſenſus habet, & memoria docet: Quod, quantum vbique Timoris inuenias, tantum ibi & conſcientiæ; parùm timoris, arguit parùm conſcientiæ, nihil Timoris, nullam conſcientiam. 2. Rurſùm quantum Timoris, tantum & honoris, parum Timoris parum honoris, nihil Timoris nihil honoris, *Eccleſ. 10. gloriatur pauper per diſciplinam & timorem ſuum.* 3. Quantum Timoris tantum Religionis, parum timoris parum Religionis, nihil timoris, nulla Religio. 4. Quantum Timoris, tantum coram Deo iuſtitiæ; parum & nihil Timoris, parum, & nihil Iuſtitiæ. 5. Quantum Timoris tantum ſalutis, parum vel nihil Timoris, parum quoq; vel nihil ſalutis. 6. Quantum Timoris tantum Tituli Chriſtiani, nullus

Timor,

Timor, nullus Titulus; nec dignus eſt nomine Chriſtiano, quicunque ſine Timore. 7. Quantum Timoris, tantum modeſtiæ. Nullus timor nulla modeſtia. 8. Quantum timoris tantum Amoris; nullus timor Domini, nullus Amor; probatur, *Qui habet mandata & ſeruat ea ille eſt qui diligit*, Timor autem ſeruat mandata, ergo quantum Timoris tantum dilectionis, in obſeruantia mandatorum. 9. Quantum Timoris in homine tantum Natiuitatis diuinæ in ipſo eſt. Hoc explicat *S. Joan. 1. Joan. 3. Omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, & non poteſt peccare* (manendo in timore) *quia ſemen Dei in illo eſt.* Notate verba ſignate myſteria. 10. Quantum Timoris, tantum doloris in paſſione Chriſti, & in offenſa Dei, nullus Timor, nullus dolor; & ſatius eſſent de ſorte dœmonum tales homines, quàm quod ſuæ naturæ habentes conſortem Deum, nolint tamen timere eum. 11. Quantum Timoris, tantum electionis, parum & nihil Timoris arguunt nullam electionem; & quid iuuat multos vocatos ad ordinem, & vota ſpiritualia? nam ſi carent Timore, vocati ſunt non electi, & ſicut ſterquilinium in fine perdentur. 12. Quantum Timoris, tantum loci apud Deum, vt inferius audiemus, quoniam Timore magno proximè ad Deum acceditur. 13. Quantum Timoris, tantum bonorum, etiam in mundo, nam licet Dauid aſſerat *Pſ. 36. Ecce peccatores in ſeculo obtinuerunt diuitias*, tamen alibi cogitur fateri, quia Timorem non habēt, non poſſe continere diuitias, *vidi* inquit *impium ſuperexaltatum & eleuatum* ſicut *cedros libani, & tranſiui, & ecce non erat*: de male quæſitis non gaudet tertius hæres. 14. Quantum Timoris, tantum Patriæ cœleſtis in corde, vbi nihil Timoris, nihil Patriæ manentis in æuum. 15. Quantum Timoris tantum orationis ac deuotionis: nullus Timor, nulla oratio. 16. Quantum Timoris tantum obedientiæ, nihil Timoris nihil obedientiæ, conteſtor omnium parentum & ſuperiorum inter filios & ſubiectos œconomiam, & experientiam.

17. Quan-

17. Quantum Timoris, tantum Gratiæ, nullus Timor, nulla Gratia. 18, Quantum Timoris, tantum vitæ ſpiritualis, nullus Timor, nulla vita, manet enim talis homo in morte. 19. Quantum Timoris, tantum fidei, qui nihil timet, nihil credit. 20. Quantum Timoris tantum Felicitatis, & proſperitatis, nihil Timoris, nihil fortunæ, videatur (amabò) inexſpectabilis, & ineuitabilis miſeria hominum non timoratorum, aut non timentium Deum: Nusquam ſua lege, & rege contenti ſunt, qui enim Deum non timent, neque regem nec legem verebuntur. 2. Horrent vbi non eſt horrendum. 3. Replentur omni maledictione legum. 4. Incidunt in manus periculorum, & hoſtium ſuorum, & in mala inſperata, *Qui enim expellit à ſe timorem Dei, vbi non putauerit apprehendetur.* Eiusmodi canitur elogium impijs per Prophetam, *gladium timuiſtis, & veniet vobis, peſtem metuiſtis Ezech. 11. & apprehendet vos*, &c. 5. Subitaneâ morte tolluntur, communiter, vel ad vitam naturalis complexionis non attingunt. Quia *Timor Domini eſt fons vitæ. At viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos* Pſ. 54. 6. turpem vitam turpiori exitu dedecorant. 7. Mendaciorum ingluuie viuunt, ſiuè in ſeculo, ſiue degant in ordine. Mentiuntur enim pollicentes Timorem in Baptiſmo; mentiuntur Regibus, & Rebuspublicis, mentiuntur Prælatis, mentiuntur Deo, mentiuntur in perniciem Animæ ſuæ, qui ſine Timore deprehenduntur. 8. Audent aggredi omnia ſcelera, ideo nulli huius farinæ, fidendũ eſt, qui non timet Deum. Cauete vobis. 9. Natales maiorum ſuorum conſpurcant atque contemerant. *Vtcunq; defecêre mores* (canebat Poeta) *dedecorant* tamen *benè nata culpæ:* Audite hæc omnes Gentes, audite Phariſæi, Phereſæi, & ceteri de gente non timentium Deum (inquiebat Timor filialis) an non accepiſtis fratrem meum in diſpoſitione Angelorum? quis eſt frater meus, nunquid initialis timor? Timor iuſtus? qui iuſtos efficit? Hunc annunciante Angelo percepiſtis,

volante

volante per medium cœli, & dicente, *Timete Deum.* Huius autem Timoris proditores, & homicidæ fuiſtis. Et me nunc vultis interimere? in vanitatibus veſtris? non ſic impij non ſic, ſed ſicut puluis quem proijcit ventus à facie terræ: non conſurgetis impij in iudicio, niſi vt damnemini, proijciamini, perdamini, in æternum. *Quod ſi audieritis me, bona terræ comedetis. Quod ſi non audieritis, viuo ego, in ſolitudinem eritis.*

10. Impij non timentes, Deum nullum habent, dum non timent Deum, quia inter omnes mortales (inquit Gentilis vnus.) Primâ ſemper eſt de Dijs opinio, nempe colendo reſpiciendo, reuerendo. 11. Diaboli mancipia, eo ipſo quo non timent Deum, conſtituuntur, homo enim alicui ſeruire, & ſeruus eſſe debet, igitur excuſſo iugo diuini Timoris, efficitur verna Diaboli. 12. ENERVATVR corpore & animo qui non timet Deum, quomodo? timendo omnia extra Deum, ſed & ipſum Deum, vt ſuum vindicem, ſiquidem cum iam omnia ſua cuſtodire non poſſit contra iratum Deum, timet omne genus pœnarum quod infligi poteſt, ac nouit, ab ipſo Deo; igitur timet carni ſuæ, cuti ſuæ, honori ſuo, rebus ſuis, & omnibus donis, ac delicijs ſuis ne peſſundentur. Vnde incipit ſuſpicari, & odiſſe omnes creaturas, quæ aliquatenus poſſent eſſe inſtrumenta diuinæ iuſtitiæ & vindictæ, ex eo ſequuntur pugnæ, rixæ homicidia & ſimilia, ac proindè nouus vermis conſcientiæ, miſerum vſque eo exagitat, vt ſalutem maiorem habere non poſſit, quàm ſummam deſperationem. Vide quid valeat Timoris carentia? profectò *fœdiſſimus carcer eſt libertatis humanæ.* 2. *Homagium inferni eſt.* 3. Ruina *indeclinabilis.* 4. *Infelicitas omnis miſeriæ.* 5. *Stadium deſperationis.* 6. *Studium maledictionis.* 7. *Tœdium veri boni.* 8. *Mors prima.* 9. *Armarium infidelitatis.* 10. *Nutrimentum ſcelerum.* 11. *Duellum contra Deum.* 12. *Exercitium dolorum.* 13. *Luctamen conſcientiæ.* 24. *Breue reprobationis.* 15. *Punctum fluoris miſericordiæ.* 16. *Obliuio donorum omnium.* 17. *Obex gratiæ.* 18. *Grauamen*

men omnis creaturæ. 19. *Venenum diuini amoris.* 20. *Vale vltimum ſalutis æternæ,* Hæc eſt carentia Timoris; hæc penicillo & lingua & calamo propalanda ſunt, & omni rationabili creaturæ depingenda, inculcanda, imprimenda, adumbranda, ſeriò proponenda. *Nemo ſit excuſatus, ſonitum Buccinæ audÿſtis, qui ſeruauerit animam ſuam vita viuet, qui ſpreuerit, ac neglexerit, ſanguis eius ſuper caput ſuum,* Scriptura ſatis intonuit, inſonuit, ac tremefecit: Vox maieſtatis intonuit, audita eſt vox in terra noſtra: Paulus ipſe valedicens ſuis ad extremum. *1. cor. 2. In tremore* inquit *multo fui apud vos,* & iterum *Actor. 12. Innocens* inquit *ego ſum à ſanguine omnium, nihil enim ſubterfugi vtilium quominus annunciarem vobis*; Quam vtilitatem ais, Paule? *Timorem* inquit *& tremorem in hoc enim conuerſatus ſum, apud vos manens, factus omnibus omnia in Timore, vt omnes Chriſto lucrifacerem.* Ergo ne Paule Timor Domini vtilitas tua eſt? quam Chriſtianos monuiſti? & docuiſti? omninò inquit, *Pietas enim* (quæ eſt & ipſe Timor) *vtilis eſt ad omnia habens promiſſionem vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.* Illa eſt omnium vtilium ſumma & compendium. Quàm verò ſit horrendum carere Timore Dei, ingeminat *S. Eſaias,* cum ait, *c. 63. Induraſti cor noſtrum Domine ne timeremus te,* hac profectò indurati reprobationẽ infert, & proiectionem; vnde? quia caret Timore: Ideò cum ſapiens ſupplicaſſet Deo ſuo pro dono continentiæ, *auffer à me* inquiebat *ventris concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me,* ſubitò medium expoſuit Deo, per quod omnia iſthæc, & alia mala caueri poſſint, *Animo,* inquit, *irreuerenti & infrunito nè tradas* me, ac ſi palam peteret, Domine irreuerentiam, id eſt Timoris carentiam, longè facà me, ipſa eſt enim, quæ infrunitum ac ſine fronte pudoris efficit, & impudentem, & impudicum, nolentem, & quaſi non potentem erubeſcere: *Hanc peſtem Domine longè fac à me*: eſt enim *irreuerentia contra Deum,* proxima cauſa internecionis humanæ, vt apertum eſt in Chronicis Regum, ait enim. *2. paral. 33.*

Spiri-

Spiritus ſanctus, Regem Amon impium filiũ Manaſſę Regis, à proprijs ſeruis in ſua domo trucidatum eſſe, eo quod nõn timuiſſet, & ſe irreuerenter habuiſſet contra Deum, *non eſt* inquit, *reueritus faciem Domini Dei ſui, ſicut Manaſſes pater eius, & interfecerunt eum ſerui ſui in domo ſua.* At è contra, reuerentia Timoris, extemplo fit cauſa ſalutis, ſicut in eodem habetur Chronico, quoniam Ioſias pius Rex euaſerat maledictionem à Deo interminatam, *eò quod reueritus eſſet faciem Domini*, ſanè, nonnè palam eſt de gente Hæbræorum, quia ex irreuerentia, expulerint filium Dei à vinea & hæreditate ſua? & forâs proiectum interemerint? vt *Marci 12. & Matth. 21.* legimus? & quid ambagibus vtimur, non eſt ſapientia vlla ſine Timore, *ſapiens enim in omnibus metuit.* Eccl. 8. Et *initium ſapientiæ eſt Timor Domini.* Vndè quanta inſania eſt multis conari, inſudare ſcientijs? cùm principium ſapientiæ non obtineas? qui eſt Timor Domini? eſt ergò *carentia Timoris Domini*, verè *carcer libertatis humanæ*, nullus enim ſtultior eſt quam qui ſe captiuat, omnes autem qui non timent Deum captiuantur in delictis ſuis, funibus peccatorum ſuorum, vndè turpiſſimi ſerui nuncupãdi ſunt qui nobilem libertatem Dei tam nauci vendiderunt. 2. *carentia Timoris eſt, homagium & iuramentum fidelitatis* inferni, nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire, hoc ipſo igitur quo abdicatur Deus, præſtatur fidelitas Diabolo, ſed quæ conuentio Chriſti ad Belial? putatis vtriſque ſeruiri poſſe? Legite de gentibus Samariæ, quæ ſimul Domino ſeruire deſiderabant, & dijs ſuis 4. Reg. 17. *Miſit* inquit Scriptura, *Deus in eos, Leones qui interficiebant eos.* 3. *Carentia Timoris, eſt ruina hominis indeclinabilis*, vt ſapiens ait, *Timor Domini fons vitæ vt declinet à ruina mortis*, quaſi diceret, nemo declinat à ruina mortis, niſi epotauerit liquorem Timoris, 4. *carentia Timoris eſt, infelicitatum omnium Barathrum*, quia non timens, neque ſecuritatem habet à Deo, nec ab homine, vt miſeris Tyrannis comparari poſſint, de quibus egregiè quidam

Poeta, *Ancipites*, inquit, *retinent arces, trepidiq; minantur*. O Miſeriam ſine Timore Dei! 5. *Carentia Timoris Domini, eſt ſtudium deſperationis*. Nemo enim melius promouetur ad gradum Magiſterij iniquitatis, quàm non timendo. Qui enim non timet Deum, hoc ipſo ad omne ſcelus procliuis eſt, cum non ſit maior ratio ſceleris vnius, quàm alterius; ergò & in vno die, deſperationis diſcipulus erit, & Magiſter, qui non timet Deum. 6. *Carentia Timoris Dei eſt*, ſtadium maledictionis, in quo, quanto maiores moras nexuerit homo, tanto maioribus plagis ſtudebit. Et tamen tam parui æſtimatur nobilis ille Timor! 7. *Carentia Timoris, eſt tædium veri boni*, quo ſcelere profectò, maiùs vix eſſe poſſit in homine rationali; Sic filij Belial, abſque iugo, & timore, in deſerto cœperunt nauſeare ſuper cibo Angelorum, id eſt, Manna, *nauſeat* aiebant *anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo*, vndè hæc ſacrilega nauſea? quia non timebant; vndè pudenda nauſea in Sacramentis noſtris oboritur? & quod vix ægrè loquamur, vel audiamus de ſummo bono? vnde? quia non eſt Timor Dei ante oculos eorum, ecce tœdium ſumi boni, vt benè S. Auguſt: (de Peccatore.) diſplicet illi Deus, inquit, quia diſplicet Deo, imò nō cupit placere Deo. 8. *Carentia Timoris Dei eſt*, Mors prima, id eſt priuatio gratiæ, quamprimum ille expellitur, cedit & ipſa gratia. Et moritur anima, morte primâ, vt inde moriatur morte ſecundâ; quare in Apocal. Ioannes, *qui vicerit*, inquit, *non lædetur à morte ſecunda*, quæ eſt æterna damnatio. quid eſt qui vicerit? id eſt timuerit, nam *ſolo Timore declinat omnis à malo*, vt ſapiens affirmat. 9. *Carentia Timoris eſt armarium infidelitatis*, nam terra quæ caret timore, patet omnibus erroribus, omnibus ſectis, omnibus malis, cum bona opera habere non poſſit ſine Timore. Paulus autem ad Timotheum monet. *1. Tim. 1. cura vt bonis operibus præſint, qui credunt Deo, à quibus aliqui aberrantes, etiam in fide naufragauerunt*, perdito ergò Timore, pereunt opera bona, illis ablatis, naufragatur

tur in fide, fide ſublata, fit vna mera Gentilitas, & Atheiſmus. 10. *Carentia Timoris Domini, eſt nutrimentum ſcelerum*, quantiſpèr enim remanet illa infelix carentia, impoſſibile eſt illuminari, & placere Deo. Sed ex eâ nutrimentum ſuum, habebunt vitia; ſicut ex Timore virtutes. Item *eſt Nouerca omnium ſtatuum*, omnes enim ſtatus, vel ipſi Angelici & perfectiſſimi diſſoluuntur carentiâ Timoris Dei, adeo vt ex ipſo Angelo, emergat Diabolus. 11. *Carentia Timoris eſt duellum contra Deum*, cum enim creatura, ideò facta ſit, vt ſubſit, & ſeruiat creatori, homo non timendo, vim conatur inferre Creatori, cum tam luculentèr, Timorem exigat benignus Creator. 4. Reg. 17. vbi ait, *Dominum Deum tuum, ipſum timebis, ipſum adorabis, ipſi immolabis.* 12. *Carentia Timoris Domini eſt exercitium dolorum, & tribulationum ſpontaneè aſſumptarum* ſinè vllo merito, vt inſigniter habet Paulus ad Romanos 2: *gloria*, inquit, *& pax in omnem animam hominis operantis bonum, Iudæi primûm & Græci, tribulatio autem, & anguſtia in omnem animi hominis operantis malum.* 13. *Carentia Timoris Domini eſt Luctamen perpetuum Conſcientiæ*, vt quotidiè percipimus, quod ſi aliqui ſunt, qui luctam il[illegible]m non adeò ſentiunt, (ah dolor) non emanebit in agone mortis, ibi augebitur, & duplicabitur, ad extremam vſq; deſolationem. 14. *Carentia Timoris Domini eſt. Breue reprobationis*; qui in ſeculo à ſede Apoſtolicâ, ſuper quacunq; re Breuia recipiunt, ſua quidem opinione, & in veritate ſecuri ſunt, habent enim Breue, quod aiunt Apoſtolicum (in ſui defenſionem) pari omninò via, qui Timore Domini carent, Breue Apoſtaticum habent, futuræ damnationis, & præſentis reprobationis, non opus eſt longis de perditione ſermonibus; ſufficit Breue reprobationis. 15. *Carentia Timoris, eſt punctum fluoris miſerationum Dei*, quemadmodum qui punctum facit in contextu literali, ſententiam iàm præcedentem abſoluit, ſic miſer ille qui non timet Deum, punctũ imponit literis miſericordiæ, vt amplius non fluat gratia,

ſed maneat prima determinata,& punctata omnium hominum ſententia, *morte morieris.* 16. *Carentia Timoris eſt, Obliuio donorum Dei,* quæ eſt maxima ingratitudo,& merita quæ,nec in momento toleretur à Deo. 17. *Carentia Timoris eſt Obex omnis gratiæ,* Timor enim maximè initialis, debet aperire ianuam cordis, vt introeat filialis ipſe Timor, & mater omnium virtutum charitas, igitur dum abeſt Timor, obex eſt in corde, & remora gratiarum. 18. *Carentia Timoris eſt Grauamen omnis Creaturæ* (hoc ita capietis) quoniam omnis creatura ordinata eſt à Deo, vt ſeruiat homini, tremat hominem, per vnum hominẽ reddat omnia debita, & obſequia Creatori; Si verò iam deficiat Homo in obſequio Timoris ad Deum, ecce tota inferior creatura grauatur in homine, non enim tendere poteſt ad finem ſuum, qui eſt Deus niſi per hominem, qui iam obicẽ poſuit non timendo: 19. *Carentia Timoris Dei eſt Venenum diuini Amoris,* vbi enim radicitus euulſa eſt ſtirps Timoris, ſubitò loco amoris, naſcitur amaror intolerabilis contra Deum, quo aliqui mallent Deum non eſſe, quam eſſe, licet & ipſi perire deberent. O venenum! 20. *Carentia Timoris Dei, eſt Vale vltimum immeriti Dei,* tanquàm homo manus porrigeret Patri ſuo Deo, inſtar eius prodigi abeuntis, ſic qui non timet Deum, exauctorat ſe, & abdicat à domo paterna: malum quo nullum maius! Sed inquies, *Ego Deum timeo*, non enim comperio talia in anima mea; *faciamus periculum, experientia docebit*; pono aliquot probationes Timoris.

Prima Timoris Dei probatio ſit iſta: ponatur caſus talis, potes peccare, manebit peccatum occultum vniuerſo mundo, non ſequetur aliud damnum perſonæ cuiusdam tertiæ; viſne credam Timori tuo in domino? ſta in Timore, (caſu occurrente) relinque non ſolum tunicam, ſed vitam & ſanguinem, vt nè offendas Deum tuum. Dic cum Ioſepho, *Ecce Dominus concredidit mihi bona ſua*, beneficia ſua, dona ſua, *& quomodò poſſum peccare in Dominum meum?* Sic perſuadebis.

Secunda

Secunda Timoris probatio. Ponatur caſus, venit Rex tuus, Princeps, Dominus, Amicus, frater, Regina, Domina &c. Sollicitat te ad ſtuprum: niſi commiſeris, minatur expulſionem ab ædibus, à ſeruitijs; vel ſi cauſam habes pendentem in Iudicio, comminatur condemnationis ſententiam: locus ſolitarius eſt, nemo te videt, quid ages? *Viſne credi Timori tuo?* rumpe moras, clama, fuge, per vim, violentiam pelle, ſi potes, ſi non potes, ob præoccupationem, leua cor, & oculos cum Suſanna in cœlum, dic verbum Timoris, *melius eſt mihi mori quàm delinquere in conſpectu Dei mei*; ibi etſi non ſuſcitabit Danielem tibi Deus, duplicabitur ad coronam violentum iſtud martyrium, *hoc fac, vt timere credaris.*

Tertia probatio Timoris eſt. Ecce ponatur caſus, *ſi diſſimulare volueris, & conniuere in materia prohibitionis diuinæ*, conſeruabis vitam, honoraberis, ſuſpicieris ab alto, ergò vel conniuendum, vel moriendum tibi; vt viuas ergò, ſimula. *Viſne credam timori tuo*? prorue cum Eleazaro. *2. Mach. 6.* qui cum ad ſimulandum moneretur, vt fingeret edere ſuillam carnem, (ad vitam ſuam conſeruandam) amici namq; carnes alias veſci licitas offerre ipſi properabant: proſiliens ille maſculo Zelo, *non eſt ætati* inquit *noſtræ dignum fingere, malo præmitti in infernum quàm vt propter modicum corruptibilis vitæ tempus, ſenectuti meæ maculam acquiram; certè manum omnipotentis, nec viuus, nec mortuus effugiam*, O nobilem Timorem! Mathatias Dux Machabæus, pro Timore Dei ſui adeò reſolutus erat, vt nuncijs Antiochi contra Deum imperantibus, liberâ voce regereret, *etſi* inquit *omnes gentes obediant Regi Antiocho, vt vnusquisq; diſcedat à legibus* patrum ſuorum *ego tamen & filij mei, & fratres mei, & domus Patris mei, non diſcedemus à legibus Dei noſtri, propitius ſit nobis Deus.*

Quid, quod ſacrificulus ille Baalam, qui non adeò Deo complacebat, tamen dum propheta eſſet, vſq; eo ſe in timore continuit, vt nec contra Timorem Dei oblatas regias gazas

zas

zas admitteret; *ſi dederit mihi* inquit *Balac Rex domum ſuam plenam auro & argento, non potero loqui, quàm quod mandauerit mihi Dominus.* Si Timori credendum eſt; in periculo, & occaſione probandus eſt, non vt quæramus occaſionem, ſed vt caueamus præſumptionem, tentatio quippe virum demonſtrat. *Time Deum, & conſeruabit te Timentem*, ſiuè in camino flammæ ardentis, ſiue in profundo abyſſi, ſiue in morte palpitaueris. *Timor promiſſionem habet auxilij, charitatem adoptationis, poteſtatem redditionis*, time Deum, omnia poſſibilia ſunt timenti. Viue Timens, moriare timens, mereâre Timore; ſola timorati prœmia ſarta manent.

Time Deum vt viuere poſſis in perennes æternitates.

TYPVS

TYPVS
Tendentiæ ad perfectionem, ad quam ſpiritualis homo tenetur.

Octo illi
Neceſſaria ſunt in ſeipſo.

1 Amare Deum ex omni potentia.
2 Seipſum verè odiſſe.
3 Extirpare vitia.
4 Plantare virtutes.
5 Vincere Inimicos.
6 Seruare Vota.
7 Benè facere.
8 Mala pati.

Ad animi quietem
Neceſſaria ſunt quinque

1 Fugere conſortia.
2 Non altercari, neq; contendere.
3 Tacere.
4 Nulli rei ingerere ſe.
5 Sanctè fingere & diſſimulare.

Exercitium.
Religioſi potiſſimum, conſiſtit in Quatuor.

1 In Charitate, & Compaſſione.
2 In Patientia, & mortificatione.
3 In Oratione, & Lectione.
4 In Meditatione Vitæ & paſſionis Saluatoris.

Exercitium puræ
Conſcientiæ per confeßionem obtinendæ, conſiſtit in diſcuſſione 14. punctorum.

1 Cogitationum immundarum.
2 Murmurationũ, & detractionũ.
3 Temerarij Iudicij.
4 Corporalium defectuum, & paſſionum.
5 Affectuum & Inclinationum.
6 Actuum proprietatis.
7 Turbationum pacis publicæ.
8 Perditionis temporis.
9 Verborum otioſorum.
10 Euagationum mentis.
11 Operum factorum, aut omiſſorũ.
12 Tranſgreſſionis Votorum.
13 Differentiæ peccatorum.
14 Exigui propoſiti, tendendi ad perfectionem.

Obligatio Religioſi
Ad prælatum ſuum, conſiſtit in iſtis

1 Amet eum tanquàm Patrem.
2 Honoret tanquam Dominum.
3 Audiat, vt Doctorem.
4 Obediat, quaſi Chriſto.
5 Temerariè eum, non iudicet.
6 Sed in patientiâ ſupportet.
7 Ad ſpem & confidentiam eum animet.
8 Et Deo ipſum commendet.

Obligatio Religioſi
Ad ſuum proximum, requirit vt

1 Spiritualiter eum diligat.
2 Promptè illi miniſtret.
3 Dulciter admoneat.
4 Longanimiter compatiatur.
5 Exemplum bonum exhibeat.

Obligatio Prælati

Ad ſubditos eſt, vt eos,

1 Amet æqualiter.
2 Ad ſtatus Obſeruantiam ducat.
3 Agat cum ijs de Deo.
4 Ijs prædicet, factis.
5 Hortetur ſuauiter.
6 Corrigat ſapienter.
7 Mulctet diſcretè
8 Confidentes eos reddat.
9 Interueniat orando pro ijs.

Nouem tenetur

Fugere Religioſus.

1 Commercia mulierum.
2 Singulares cibos.
3 Otioſorum conſortia.
4 Iuuenes curioſos.
5 Adulationes & palpones.
6 Omnem iniquitatem.
7 Omnem proprietatem.
8 Linguam mendacem.
9 Voluntatem & complacentiã ſui.

In officio diuino

Tenetur ad Quatuor.

1 Fugare cogitationes ex corde.
2 Rectè pronunciare verba.
3 Attendere ad eorum ſenſum.
4 Non properare ad finem.

In Communione digna

Ad ſex obligatur.

1 Præſcindere tempus alijs negotijs.
2 Sedulò ſe colligere.
3 Mundare cor interiùs.
4 Orare cum feruore.
5 Petere ſuffragium & auxilium Sanctorum.
6 Stare in Timore, ne, non dignè manducet.

Poſt communionem

Quinque exiguntur.

1 Occultare ſe quantocius ad ima cordis.
2 Effundere Deo ſuo neceſſitatem ſuam.
3 Inebriari dilectione illius
4 Offere ſe totum illi.
5 Deprecari pro quibus tenetur.

Studium ſapientiæ

Religioſæ, eſt cognoſcere velle ea, quæ melius & vtilius ſciuntur.

Nempè.

1 Cognoſcete propriam infirmitatẽ.
2 Dei bonitatem.
3 Aſtutias Inimici.
4 Doctrinam Chriſti.
5 Regulam, quam promiſit.
6 Statum officij commiſſi.

In

Jn Oratione
Septem requiruntur.

1 Subtilis inquiſitio ſui.
2 Exacta pænitudo peccati.
3 Expulſio vagantium cogitationũ.
4 Verſatio in operibus Chriſti.
5 Cognitio beneficiorum eius.
6 Mentis aſcenſio ad Choros Sanctorum.
7 Supplicatio ſollicita pro viuis ac defunctis.

Loca propria
Religioſi ad quæ properare debeat.

1 Ad Eccleſiam.
2 Ad Cellam.
3 Ad Confeſſionale.
4 Intra ſemetipſum.
5 In Deum.

In cellâ tenetur
Ad quatuor.

1 Legere, vt bene operetur.
2 Meditari, vt inflammet, & inflammetur.
3 Extirpare & expellere Secularia foras.
4 Verſari in oculis cuncta cernentis.

In Refectione.
Obligatur ad iſta

1 Mortificare ſenſualitatem.
2 Tacere cum modeſtiâ.
3 Sobriè paſci.
4 Nec vorare, nec ructare.
5 Attendere lectioni.
6 Oculis demiſſis intendere ſibi.

Obligatio Religioſi
Extra clauſtrum.

1 Claudere oculos vanitati.
2 Negotia cõmiſſa expedire celeriùs.
3 De Deo loqui cum omnibus.
4 Grauitatem cum modeſtia oſtendere.
5 Petere cum diſcretione, & ſale.
6 Curioſa refutare.
7 Declinare nouitates.
8 Ædes ſacras libenter inuiſere.

Opus Incipientium
In ſpiritu, eſt Mortificare propriã voluntatem, & paſſiones animæ, quod fit.

1 Renitendo voluntati.
2 Silendo.
3 Humiliando ſe.

Frangitur voluntas
Optimè exteriùs.

1 In omnibus (citra peccatum) cedendo alterius voluntati.
2 Hilariter conſentiendo.
3 Faciliter obſequendo.

Tribus
Religioſus vbique cuſtoditus eſſe debet, & diſciplinatus.

1 Verbis.

2 moribus.
3 Senſibus,

Tribus caſibus.

Idem, compati tenetur, proximo & ſupportare eundem.

1 In verbis.
2 In moribus.
3 In defectibus, ſiue infirmitatibus.

Religioſi eſt, quotidiè.

Se diſcutere cum emendandi propoſito, Tribus medijs.

1 Prece.
2 Pœnâ.
3 Fugâ.

Opus

Proficientium eſt.

1 Omnia ordinare ad honorem Dei.
2 Finē loquētis patiēter exſpectare.
3 Contraria dulcitèr accipere.
4 Et (vbi opus eſt) tempus deliberandi petere.
5 Omnia in melius interpretari.
6 Cum nullo contendere.
7 Temperatè viuere.

Opus

Pefectorum eſt.

2 Intùs apud ſe manere.
2 Ab intùs operari
3 Omnia de manu Deì (tanquam optima ſibi) accipere.
4 Et accepta omnia, (cùm gratiarum actione) in Deum refundere.
5 Frequenter diè, noctuque, cor apertum in Deum erigere.

Compendioſa

Diſtinctio, incipientium, proficientiū, & perfectorum.

Actus Incipientiū ſunt, Humilitatio ſui. Et Abſtractio ab omni Creaturâ.

Actus proficientium ſunt, Abnegatio ſui, Et Nudatio ab omni turba phantaſmatum.

Actus perfectorum ſunt, Reſignatio ſui. Et mentis continua Eleuatio.

CONCLVSIO
ET
CORONIS TOTIVS OPERIS NOSTRI, ET SANCTI TIMORIS.

Ad pulcherrimam mulierum, ſtellis coronatam, Induperatricem cœlorum, complementum magnum operum Dei, Matrem pulchræ dilectionis, & Timoris, & magnitudinis, & ſanctæ ſpei, Conceptionis immaculatæ gloriâ decoram, principio huius opellæ, noſtris immeritis verbulis ornatam, ideoque & felici exitu ornandam, velut largitricem eorum quæ cœpimus, quæ conduximus, quæ expleuimus: & ſperatam adiutricem eorum quæ puſillo conatu, olim vita comite, in eam lucubrabimus: virginem Deiparam, Deiferam, Deificam, melle dulciorem, in qua ſunt omnes fructus honoris, & hæreditas ſuper mel & fauum.

Ad ipſum hoc Aluearium fructuum Timoris, Mariam vnicam vnicè dilectam, deſtinamus cum opere, ſequentem Coronidem, & decadem, congratulantes multitudini gaudiorum ſuorum.

AVREÆ CORONÆ.
I. Rithmus.

RECORDARE Virgo Pia,
Venerabilis Maria,
Mellis abundantioris,
Iucundiſſimi honoris,
Quibus læta redundabas,
Cum iàm noſſes (quem amabas)
ingenti ſolamine,
Ieſum, lege Charitatis,
Et decreto Trinitatis,
Ab æterno deſtinatum,
Te parente Virgine,
Tuo, mirè fabricatum
Naſciturum ſanguine.
O dignata, Maieſtatis
Ore, Mater puritatis,
Stillam horum gaudiorum,
Funde deſideriorum
Noſtri cordis intimo,
Impleantur eius Ima
Tua gratioſa primâ
Dote, pro qua ſupplico.
Eia Virgo me Conſortem,
Fac mearum ante mortem
Precum: ſicut opus eſſe,
Noſti pia Virga Ieſſe.
Hoc per tuum præſta Ieſum
Quem gemiſco per me læſum.
Sic quieſcam Tumulo.

AVE MARIA.

AVREÆ CORONÆ
Rithmus II.

RECODARE Nunciata,
Angeloque ſalutata.
Benedicta, gaudioſa,
Quanta dona dulcoroſa?
Quantos Iubilos honorum,
Hauriebas ante Thorum
Spiritus Paracliti?
Flos pudoris illibatus,
Paranymphi verbo ratus,
Sartus poteſtate Patris
Tectus arte filij,
Certò cum promittebatur;
Et hæc replica dabatur
Ecce Ancilla Magni Dei,
Qua reſpirant omnes Rei,
Plena Cæleſti flamine
Prægnans diuinâ Sobole
Incarnatâ Virginali
Carne, ſub præcordiali
Habitante culmine.
Tu quæ fluis, iſtis donis,
Impetra Communionis
Sortem mihi, quâ cor meum,
In neceſſitate Deum
Verè ſentiat pacatum,
Chriſtum Ieſum tuum Natum.

AVE MARIA.

AVREÆ CORONÆ.
Rithmus III.

RECORDARE, quàm gignendo
Iubilabas? Intuendo
Vagientem Natum, purâ
Generatum geniturâ,
Abſque Virginis læſurâ,
Sine corporis rupturâ.
O quàm Caſta creatura!
Rerum primogenitura!
Matris priuilegium!
Oſculata, baſiabas
Innocentem quem amabas;
Oſculatus, oſculari,
Et labellis inhiare
Cæpit nectar vberum,
Tu leuabas, hic tenebat;
Ambos amor vinciebat;
Virgo parens, hoc memento
Ne me priues, vel momento,
Hoc honoris gaudio.
Quod abundat, ſolùm peto,
In hoc almo Lilieto,
Da, quo, potes, tu carere,
Et me valet adimplere
Suprà id, quod audeo.
Per Tenellum Ieſum Chriſtum,
Tu me Mundi felle miſtum,
Sana, Virgo, leua ſursùm,
Vt vos exaltando rursùm
Exultem tripudio.

AVE MARIA.

AVREÆ CORONÆ.
Rithmus IIII.

RECORDARE, Regum Trium,
Proclamata per Brauium:
In exceſſu lætabunda,
Cum te Camelorum vnda
Circum dabat in honore,
Tu, cum bello Ieſſe flore,
Purpurata, ſedens Auro,
Septa Myrrhâ, Thure: lauro
Iucundata Deitatis,
Præcellebas cunctis Natis
Vatum prouiſa Munere

Parens ſuauis, vita dulcis,
Vt quid, non, orantem mulces?
Hoc bonorum flumine?

Fac me gratioſi tui
Nati ſuauitate frui,
Imple cordis mei velle
Gratiarum fuſo melle.
Explendo deſideria,
Per Ieſum noſtrum, omnia.

AVE MARIA.

AVREÆ CORONÆ.
Rithmus V.

RECORDARE quod in Templo,
Profeſſorem, cum Exemplo
Obſtupendo Legiſtarum,
Reperiſti Ieſum Charum.
O Tenella, o pudica,
Cedat gaudiorum mica
Vna nobis talium:

Amittebas duodennem,
Recepiſti ſed perennem
Ad Nutum, tibi filium.

Ab æterno ordinata
Dei Mater honorata,
Potiamur copiâ

Feſtiuorum Iubilorum,
Expellatur vis dolorum.
Et cordis inopia.

Sic per Patrem, atque flamen,
Et per Ieſum, precor Amen.

AVE MARIA.

AVREÆ CORONÆ.
Rithmus VI.

RECORDARE Paſcha latum,
Quod, dolorum poſt ſpinetum,
Rediuiuus nunciabat
Natus, & irradiabat
Primò, Matri Virgini.
Quis te videns hilaratam,
Cordis aulâ dilatatam,
Eultantem in exceſſu
Piæ mentis; & Inceſſu
Comitatam filij,
Non ex corde gratuletur?
Et Parenti collætetur
Bonorum abundantia?
Quis te Virgo non miretur
Conſolatam, vt Iuuetur
Melliflua fragrantia?
O Fidelis, Reuerenda,
Extra & intus adimplenda,
Hæc eſt ſumma, & Complenda,
Quam exegerat Legenda
Viſus tui, propè Crucem,
Cum videres mortem trucem
Quæ per Cellam introiuit,
In quâ vita Mundi viuit
Remordens cor Altiſsimi.
Fac, ſim compos exultandi,
Cum priuabor vſu fandi,
Trahens graue ſuſpirium.
Iuua tremulum Miſellum,
Trans hoc vltimum duellum
Per Ieſum Tuum Filium.

AVE MARIA.

Richmus VII.

RECORDARE nùnc Aſcenſum
Nati, quando in immensùm
Tota quanta lætabaris,
Et ſuſpenſo ſequebaris
Greſſu, Natum gradientem
Ad Deum ſuum Parentem,
Spoliatis Inferis.

En impleta, quæ prædixit.
Tempus Redemptoris vixit.
Reſtat porrò valedicat,
Et triumphans benedicat
Secuturæ Virgini.

Huius recordare vale,
Specioſa, Tu tæthale
Nobis ſana malum Mortis,
Antequam ſonet in Portis
Iudex Dei Filius

Per hunc Ieſum almum Natum,
Votum da deſideratum
Spirantibus in exitu.

AVE MARIA.

Richmus VIII.

RECORDARE venientis
Inſtar venti vehementis
Pracleti Spiritus,
Cum in viſione pacis,
Chori Media veracis
Diſcipulorum precibus
Præſes, flammeum ſermonem
Senſeras, & vnctionem
Miſſam tibi cælitus.
Quantus honor! quæ dulcedo!
Quis delicarum Medo
Inhæſit medullitùs?
Mater eras, quæ merebas
In amoris igne tædas
Primas ab origine.
Perſentiſcam, Inflammata,
Docta verbis Aduocata,
Opem in caligine.
Non confundar, non peſſunder,
Sona vocem, quâ refundar
In auram ſacri Flaminis
Dum me mori eſt neceſſe,
Noli, pulchra Radix Ieſſe,
Palpitanti tunc abeſſe
Per fructum tui ſanguinis.

AVE MARIA.

Rithmus IX.

RECORDARE ſummum vitæ
Diem, quandò Deus, mite
Mortis dabat hoc reſponſum,
Vt quantocius ad ſponſum
Euolares, extra luctum,
Et gauderes iuxta fructum
Ventris, in perpetuum
O Receſſum, & Abſceſſum,
Reuelatum, & Conceſſum,
Citra doloris impetum!

Diua potens, non eſt locus,
Terra, tuus: Tantus focus
Hic non habet latibulum.

Surſum, verſùm, quidquid terſum
Eſt, nec vlla labe merſum
Fertur in præſidium,

In ſubſidium bonorum,
Ne quà fortè malignorum
Laſſentur ludibrio.

O Exuberans puella,
Inter media duella,
Dulci Nati præſentia

Dona Ieſum in agone,
Fac de cæli regione
Certos, ac ſententiâ.

AVE MARIA.

Rithmus X.

RECORDARE ſublimata,
Super Choros exaltata,
Qualis laus, & Harmonia,
Quam decora Symphonia,
Reſonabat vndequaque
Cum naturâ in vtraque,
Ferebaris in opimis
Roſa vernans, pulchra nimis,
Aſſumpto cum Ergaſtulo?
Hoc nequibat rumpi tabe
vndè Deus ſine labe
Venit, quaſi nidulo.
Fragum vitæ, Flos odoris,
Qui te cæli locatoris,
Heram ſummam & Reginam,
Is, Te, piam Medicinam
Dedit nobis, O Beata!
Memorare coronata
Non eſt honor hic ſolius,
Sed medela pro totius
Seculi remedio.
O Beata, ter, & quater
Soror, Sponſa, Nata, Mater:
Inſta, pete, manda: Pater
Sponſus, Natus, tuus Frater:
Nil negando, vult, vt Crater,
Cœli facta, fluas muſtum
Quo reſtinguas mundi guſtum,
In præſenti ſeculo.
Alta Mater, Alti Nati,
Tantis donis ſimus grati;
Celſa ſoror, Celſi Fratris
Sortiamur illa gratis.
Alma Nata almi Patris,
Ruminemus hæc in ſtratis,
Mira Sponſa miri Dei,
Quæſo, memor eſto mei,
Hoc rupto tabernaculo.

AVE MARIA.

AVREÆ CORONÆ
Complementum.
Ad Rithmos & oratiunculas ſuperiores.

HANC precariam Coronam,
Damus in Deuotionem
Tibi, Mater Sacroſancta
Cui honor, poſt, & antè.
Virginalis Puerpera.

Nobis cedat in Iuuamen,
Peccatorum expiamen.
In lugentium ſolamen.
Contritorum ſubleuamen.
Et Hæreſeon purgamen.
Amen, Virgo Mater, Amen.

Præſta mihi, quamuis Reo,
Secundante Nato Deo,
Per hos terreos honores
Tuos, cælicoſque flores.
Solidam iucunditatem,
Pectoris ſtabilitatem,
Peccatorum veniam,
Et certam Aſsiſtentiam.
Vt poſt vitam Chriſtianam
Tandem metam Marianam
Merear, per Ieſum Chriſtum,
Per Te, precor, & per iſtum.

Salue, Rithmicum:

SALVE Miſerationum,
Pelagus Curationum
Mater, Spes, dulcedo, vita.
Salue ſole Redimita.
At te clamat proles Euæ,
Et ſuſpirat longum à væ,
In hac valle lachrymarum,
Eia, Aduocata, Charum
vultus miſerantis lumen
Mica Nobis, præbe Numen,
Et oſtende Ieſum nobis
Poſt exilium, Duobus
Solis vobis, O Maria,
Clemens, dulcis, Virgo pia,
Noſtra conſtat Harmonia
Cæleſtiſque œconomia

Verſus:

Iuua cunctos Tribulatos Præſenti exilio,
Recolentes, cælo datos
Parentem cum filio.

ORATIO,
Seu Collecta Rithmica

Ad Te Ieſu Dominator,
Noſter gemitus orator,
Ratione peccatorum
Supplex, inſtat ante Thronum,
Vt parentis interuentu,
Dulcis Virginis accentu,
Omnem diluas reatum
Dones ſtatum mortis gratum,
Eia, Tu qui vitæ Cenſor,
Et factorum es dimenſor,
Aduenturus in rigore,
Parce Reis, in Amore
Matris more, Patris ore.
Iſt hinc odoremur florem,
Illinc ſentiamus Rorem,
Et perpetuum decorem.
Amen

INDEX

RERUM, AC NOMINUM, BEATORUMQUE HUIUS OPERIS, LOCUPLETISSIMUS,

Diſtinctus numero foliorum quibus quælibet reperienda ſint.

ADIECTA EST AD CALCEM, PAUCORUM operis Erratorum fidelis caſtigatio.

A

F. Andreas eximiæ ſanctitatis Laicus ſepultus in Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum, vixit ab ingreſſu in religionem, ſolo pane & aqua, &c. 10
Alphōſus à Cruce, minor factus, quomodo?
P. Aſiles.
P. Alphonſus ab Horrera claret exemplari vita. 19
F. Angelus Pincianus aſſociat ſe P. Ioanni de Guadalupe. 66
P. Angelus obtinet breue pro Reformatione Cuſtodiæ S. Euangelij. An. 1507. 88
Procurator 18. annis Romæ. Item pro Reformationis negotijs. 18 nudis pedibus Romam adijt. 92
Aduerſa multa cū patientia ſuperat. 94
Eligitur in Miniſtrum Generalem 1520. 100
Moritur Romæ. 1531. 103
P. Antonij de Ciudad 4. de 12. in Regnum Mechiocanem miſſi Apoſtoli, vita laudabilis. 176
Epiſcopatum nouæ Galliciæ recuſat. 177
Moritur 1553. ſepultus in Conuentu Mexicano. 177
F. Andreas de Corduba Laicus è duodecim Apoſtolis Indorum, in nouam Hiſpaniam miſſus. 192
P. Alphonſus de Herrera Commiſſarius S. Euang. Prouinc. piè ibidē moritur. 218
P. Alphonſus de Scalona, Senex dierum in Indiam abit, iterq́ difficillimum patienter ſuperat. 220
Fuit aſperrimæ vitæ, paupertatis, &c. 221
Penetrat ſecreta cordis. 223
Paſcitur miraculosè bis. 223
Moritur anno 1584. in Conuentu Mexicano. 224
F. Alphonſus de Molina. 227
P. Antonius de Rozas. I. Commiſſarius Generalis nouæ Hiſpan. mortuus in Mex. Conu. ibidemq́ ſepultus. 231
P. Antonius Beteta præſciuit horā mortis ſuæ, cantando te Deū laudamus. 241

P. Alphonſus Ordenez, ob ſanctitatem ſuam, liberauit ſigno crucis mulierẽ poſſeſſam à diabolo. 347
P. Andreas de Caſtro vir egregiè doctus, innumeram quaſi multitudinẽ Indorũ ad fidẽ conuertit, moritur 1577. 249
P. Antonius S. Ioannis, ſepultus Mexici
P. Antonius de Nuete. 253
P. Alphonſus Eras, mortuus in itinere verſus Indiam. 261
P. Alphonſus Braſtillo. 261
P. Alphonſus Betanzos Coſtaricanorũ primus Apoſtolus obijt anno 1566.
P. Franciſcus Marquinus. 280
P. Antonius Segabrienſis. 180
P. Angelus Valentinus prædixit horam mortis ſuæ, in extaſi poſitus creditur viſitatus à B. Virgine Maria. 181
P. Antonius à Collare Martyr effectus. 293
P. Andreas de Olmos vita certè præclara, auſteritate &c. tuguriolum eius ſtramineum telis ignitis non comburitur, iacula miſſa retorquentur in miſſores: Paßionis meditatione immerſus mortẽ ſuam præſciens alteri prædixit. Mors eius ſancta miraculis comprobatur. 316. 317. 318. 319. 320. &c.
P. Andreas ab Aiala interfectus à Guanamotis. 324
P. Auguſtinus Rodriquez Martyr. 329
P. Aloyſius Vilalobos Martyr. 333
De Archangela Reformata ex tertio ordine. 728
De illius inæſtimabili patientia. 730
De mirabilibus ante & poſt mortem eius editis & ſacris ſtigmatibus. 731

B

Benefactrix fratrum liberatur à S. Franciſco à ſententia damnationis. 20
F. Bernardinus à Laredo laicus obit. 21
F. Barnabas laicus, liberat mulierem proximam morti. 28
Beatrix à Silua linquit ſeculum, & latet in monaſterio Toleti Ordinis S. Dominici. 34
Moritur 1490. 37
Prædicitur ipſi hora mortis. 37
P. Bernardini Marmorei vita virtuoſa. 257
P. Bernardus Coſin primus introiuit ad Chichemecas Indorum gentes, & Martyr efficitur. 287
B. Bartholomæi Salutini Encomium. 667
De primordijs Seraphici Patris. 670
Typus Martyrij ob virginalis pudicitiæ tutelam. 671
Bernardina de Rota. 701
Brigita Gonzalez. 703
Beatrix Gerao. 706
Bernardina de monte maiore. 721

C

Capitulum centeſimum generale, & ſextum generaliſſimum celebratur Romæ. 1506. 76
Capitulum ſeptimum Generaliſſimum. 1517. 97
Conceptionis ordo inchoatur. 1484. 25
Concepcio D. V. M. probatur varijs argumentis. 47. 8. 9. 50. &c.
Conuerſionem Indorum conatur diabolus impedire. 212
P. Chriſtophorus Zamorenſis, ſepultus ac mortuus in Prouin. S. Euangelij. 235
P. Chriſtophorus Ruitius. 246
Cibi Indorum quales. 354
P. Commiſſarius animas Chriſto lucratus

ad men-

ad menſam regiam inuitatur.
De Patre F. Cæſare Pergamo annotatio breuis. 659
B. Catharina Ruiz.
Cappucinarum ſororum origo. 734
Catharinæ tertiariæ ſororis vita. 725
De Conuentu montis Sion. 747
De Conuentu S. Sepulchri. 749
De Conuentu Bethlehemitico. 750
De Conuentu Vallis Ioſaphat. 751
Et alijs 753

D

Diſcalceati fratres 12. facilè admittuntur in regnum Mexicanum 1523. à Leone X. Pontifice, & Adriano VI. miſſi; ex Prouincia S. Gabrielis prouenientes. 114
P. Didacus de Olarte, ex milite ſeculari efficitur miles Chriſti egregius. 238
P. Didacus Bidonez. 261
P. Didacus Aluachius, ſiue Peſquius. 261
Reuerendiſſimi Didaci Landa vita miraculis conſpicua. Inter concionem ſæpe ſuper caput eius ſtella viſa eſt. 273
Mortuus 1579. ſepultus in Cathedrali Eccleſia Iucatanici Epiſcopatus. 274
F. Daniel Italus Laicus. 282

E

Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum cumbuſtio 1495. 8
Eadem Eccleſia cum toto monaſterio ſecundo comburitur 1543. 9
Exſtruitur Anno 1490. 6
. Euangelij Prouinciæ inſtitutio. 71
Extremaduræ cuſtodia conſtituitur. 96
Extremadura Cuſtodia, Prouincia efficitur. 98
ub titulo Gabrielis 1519. 22. Iulij. 99
Euangelij Prouincia in Regno Mexicano inſtituitur. 1635. 116
Ebrietas morte punitur apud Indos. 345
Eliſabethæ Reytenſis vita & obitus. 682
De paupertate & inedia illius. 683
De fabrica & clauſura & triennali ieiunio. 684
De fraude & tentatione Diaboli. 685
De commento iniurioſo dæmonis excogitato. 686
De memoria paſſionis & ſacris acceptis ſtigmatibus. 688
De fonte ab illa impetratro, morte, & miraculis eius. 689
Eliſabetha Lopezia. 691
Eliſabetha de S. Cruce. 695
Euphraſiæ Rodriquez vita. 702
Epitome compendioſa de quorundam patrum vita. 661
Eliſabetha de Rota. 721

F

P. Franciſcus Generalis & Cardinalis Regulã & ſtatuta dat Sanctimonialibus Conceptiouis Immaculatæ. 37
P. F. Franciſcus Ximenius Generalis omniũ ordinum in Hiſpania. 39
Viſionem habuit de ordine Immaculatæ Conceptionis. 39
R. P. Franciſcus Angelorũ, dedit ſororibus Immacul. concept. ſtatuta 1516. 41
Condiditq́ ſtatuta pro Reformatis in officio Generalatus, electus anno 1523. in Capit: Generali 104., in Ciuitate Burgenſi. 103
Franciſc⁹ à Soto III. de 12. num. Indorũ Apoſt. vita eius & reſiſtentia cũ loco Ioãnis de Zumaraga in Archiepiſcopũ peteretur, moritur. 1551. in Mexicano Conuentu. 171. 173.

P. Fran-

P. Franciſci Ximenij 10. de 12. Gabr. Prouin. vita Virtuoſa, & mors pretioſa, moritur in Conuentu S. Franciſci Mexici. 191
P. Ferdinandi Baſſacij labor in India & vita, qui primus Indos in Conuentu inſtruxit. 215
P. Franciſci de Ledeſma vita & mors. 217
P. Franciſci Legonenſis. 233
P. Franciſ. Simbron. 235
P. Ferdinandi à lieua. 236
P. Franciſ. de Las Naucas, qui primus Indos Populocas ad fidem conuertit, & duobus menſibus 12000. baptizauit, ſepultus Mexici. 246
Reuerendiſsimi P. Franciſci de Toral Primi Iucatenſicum Epiſcopi Vita:, mortuus 1571. Anno. 251
P. Franciſci de Corannia, redolet corpus ſuauiter poſt mortem. 253
P. Franciſ. à Cruce mirabilis in Conuerſione & in ſanctitate vitæ, in morte eius campanæ nullo motore, per ſe ſonuerunt. 258
P. Franciſ. Turrigianus in Conuerſione laborioſus. 258
P. Ferdinandus ſingularis paupertatis amator, terræ motu oppreſſus obijt. 259
P. Franciſcus de Valderas. 261
P. Franciſcus Colmenarius, eius Chyrographo vlcus alicuius morbidi ſanatum eſt. 264
P. Franciſc. de Turre, ſpiritu Prophetiæ donatus, & in aera ſubleuatus orans viſus eſt. 272
P. Franciſcus Orapeſſanus. 282
P. Franciſci Laurentij vita & Martyrium, fugit à nuptijs ad monaſterium. 294
Penetrat ad Gentem coronas in modum Monachorum habentẽ in capite, vndè Prouincia Fratrum dicta eſt. 301
P. Franciſcus Ægidij interfectus à Guanamotis Indis. 325
B. P. Franciſ. Donzelis Martyr. 328
B. P. Franciſ. lopez Martyr. 331
B. P. Franciſ. Torniellus. 604
Principia Reformationis promotæ. 608
Franciſca de Sancta cruce. 710
Franciſca Maria. 706

G

Generalatus officium ad Obſeruantes & Reformatos ſolos transfertur 1517. 97
Gabrielis Prouincia non ſine Numine vocata, & confirmata à ſede Apoſtolica: eiuſdem Prouinciæ ſitus. 1519. 100 104
P. Garſiæ 7. de 12. Prou. Gab. miſſi, vita, Primus Prouincialis Prou. S. Euangelij. 183
Oſſa eius in Conuentu Mexicano S. Franciſci. 182
P. Gonſaluus Mendez, Finis eius, & mors Anno 1582. prædicta. 261
Vita P. F. Guſmanni. 603
P. Gottefridi Angli. 663

H

P. Hieronymus de Cruce. 282
F. Hyacinthus Laicus vocatur mirabiliter ad ordinem, tandem poſt multos labores obdormiuit in Domino; eius corpus poſt annum exhumatum, integrum, ſuauem odorem edidit. 316
Hæredes Indorum quomodo ſuccedant.
B. Helene de Lato.

I

Ioannis à Soto Maioris, ſeu de la Puebla, conuerſio. 5
Induit primò ordinem Patrum Hieronymitarū: deinde à Sixto IV. Sūmo Pontifice recipit Habitum Obſeruantiū: Demùm Anno 1489. incipit Reformationem in Hiſpania. 7
Initiū Prouinciæ Mariæ Angelorū. 1518
Ioannes idem moritur. 1495. 6
R. P. Ioannes Barrienſis Archiepiſcopus apud occiduos Indos. 22
P. F. Ioannes Petrochius ſepultus.
Ioannis ab Atayde conuerſio ad Religionem, vita miraculoſa, & mors, &c. 22
Conſolatur Regem Portugalliæ,
Sanat contactu manus, infirmos.
Fugat Mauros mirabiliter.
Recipit iterum habitum, quem inuitus dimiſerat. 25
Sollicitantes meretrices duas, conuertit alloquio ſuo. 26
Sanatur mulier ex contactu oſsis huius ſancti. 27
B. F. Ildephōſus Laicus miræ ſanctitatis. 29
R. P. Ioannes de Guadalupe fundator Prouinciæ S. Gabrielis. 57
Mira eius humilitas & ſapiens inſipientia. 60
Obtinet Breue introducendi Reformationē in regno Granatenſi. 1496. 61
Ioannes Paſchalis aſſociat ſe P. Quadalupo.
Ioannes Quadalupes primam domum ædificat in Extremadura Anno 1500. ſicut multas alias. 66
Primum Monaſterium Olliſiponæ, Prouinciæ Pietatis exſtructum à P. Ioan. Guadalupe. 69
R. P. Guadalupes moritur. 1506. menſe Septembri. 77
P. Ioannes Piretius Obſeruans, primus ex Ordine ingreditur nouā Hiſpaniā, ibiq; Monaſterium ædificat 1495. 110
P. F. Ioannes de Ribas Prouin. S. Gabri. VI. de 12. Apoſtolis. 181
Zelotes Regulæ moritur 1552. in Conuentu Texcucano. 182
R. P. Ioānis de S. Franciſco vita VIII. de 12. Apoſt. Prouinciæ S. Gabrielis, miraculis laudabilis, & exemplo mirabilis, Idola confringit, Diabolum occidere ſe volentem confundit, Sacerdotem Idololatram conuertit, mortuum puerū reſuſcitat, 184. 185. 186. 187. &c.
Mortuus 1556. apparet poſt mortem fæminæ, &c. 188
F. Ioannes de Palos Laicus, XI. de 12. Apo. Prou S. Gabr. in Indiam miſſis. 192
R. P. F. Ioan. Zumaraga Epiſcopus Mexicanus primus. 199
Mittitur in Hiſpaniam. 199
Eius perſecutio. 199
Largus in pauperes. 200
Præuidit obitum ſuum. 203
Archiepiſcopus primus Mexici inuitus eligitur. 205
Moritur Anno 1648. ſepultus in Eccleſia Mexicana. 207
Prohibuit ſaltationes, quæ prohibitio miraculo confirmata. 209
Epiſtola eius ad Generalem ordinis. 208
P. Ioannis à Perpiñano vita & mors. 213
P. Iacobi de Teſtera vita & mors, Cuſtodis Prouinciæ S. Euangelij, & Commiſſarij Generalis Indiarum. 215
P. Iacobi ab Almonte vita laudabilis. 216
F. Ioann. Burnonis vita laudabilis, videt Chriſtum in Hoſtia apparentem. 226

P.Ioannes de Granata Commiſſarius Generalis Indiarum. 228
P.Iacobus de la Pēna, mirabiliter ſeruatus cum puero pro ordine, mortuus in Mexici Conuentu. 230
R. P. Ioãnis Fucheri vita & doctrina præcellens. 232
P.Iacobi Dani de Regia Danorũ ſtirpe vita laudabilis, mortem Caroli V. cognoſcit mirabiliter. 239
P. Ioannes à Sancto Michaele. 239
P. Ioannes de Gaona vita imitabilis, edidit aliquos doctiſſimos libros. 241
F. Ioannes Oſorius Laicus. 251
P. Ioannes de Beiar. 255
P. Ioannes de Almeda. 257
P. Ioannes à Cruce Aquitanus. 257
S. Iacobi de Quatemala Ciuitas inundatur aquis et derelinquitur, ab Hiſpanis alia exſtruitur. 265
P. Ioan. Pizarri Martyrium & vita. 278
P. Ioannis à Padillia Martyrium. 288
P. Ioan à Cruce creditur etiam Martyrium ſubyſſe. 290
Ioannis Caleri Martyrium. 291
F. Ioannis de Tapia Martyrium. 313
B. P. Ioannes à Ferraria Martyr. 328
B. P. Ioan. à Sancta Maria Martyr. 329
Indorum ſtatura generaliter & habitus & ornamēta. Infantes recēs natos quomodo alloquebantur. 350
Et natiuitas quomodo celebratur apud Indos. 351
Et quomodo pueros caſtigent, & mendaces. (351
Nobiles Iuuenes in Congregationibus educabantur ab vno Magiſtro incluſi. 352
Indorum mores occidentalium, & conuerſatio. 365
Bella illorum quomodo fiant. 366
Idolorum Indorum ſeries. 370
Sacrificia & feſtiuitates Indorum occidentalium. 371
Epiſcopatus octo ibidem. (382
In Ecatlau Ioan. Calerus occiſus An. 1541.
P. Bernardus de Almonte. 384
In Cumana Inſula cæperunt noſtri primo concionari. 1516. 383
Religioſorũ noſtrorũ in Indis perfectio. 401
Cultus indicus erga ſuos. 402
Sepulturæ Indorum. 402
Indorum commercia & modus procedendi in illis. 403
Templorum ſituatio apud Indos. 404
Sedendi modus Indorum. 404
Tripudia, &c, Indorum. 405
Indorum ingenia, mores, & honores. 405
Compellatio Indorum inter ſeſe. 405
Modus & actio quibus Indi à noſtratibus ad fidem conuerſi ſunt. 405
Ad obiecta dicentium Indos Chriſtianos vi & metu conuerſos. 408
Zelus Indorum conuerſorum ad Sacramēta & Sacramentalia. 410
Indorum ad confeſſionem propenſio. ibid.
Contritio & reconſiliatio inimicitiæ. 411
Teſtamenta Indorum. 412
Feſtiuitates. ibid.
Iubilæum. 413 Communio. ibid.
Celebritas Miſſarum. ibid.
Indorum in Chriſtum & Magiſtratum reuerentia. 414
De fructibus Indorum & auro. ibid.
Laus Ferdinandi Corteſij Indorum domitoris. 415
Laus noſtratum Recollectorũ Diſcalceatorũ ad prædictas expeditiones operã ſuã nauantiũ. Quare in noua Indorũ cõuerſione non tanta ediderit miracula Deus? quanta operabatur in ſolidatione primitiuæ Eccleſiæ. 417

De meritis Recollectorum Patrum ex Obſeruantia quæ ipſis in vinea Indorum, à cœlo & terra debentur. 418
B. Ioanna de S. Cruce. 697

L

R. P. Ludouici de Iuenſalida IX. de 12. Apoſt. Prou. *Gabr. in nouã Hiſpaniã miſsi vita, & mors, inter cætera virtutũ genera, clarebat claritate raptuũ.* 189
F. Lucas de Almadabor admirabilis in curandis ægrotis, poſt mortem eius Crux viſa eſt. &c. 229
P. *Laurentius Bienuenida vnus de 12 fundatoribus* Prou. *Iucatanicæ, maximè laborauit in Conuerſione Indorum.* 268
Litteræ Mexicanorum Quales. 340
Leonora de S. Ioanne nuncupata, 717
De locis vſui noſtratum relictis terræ ſanctæ, & illius cuſtodia. 737

M

Modus viuendi fratrum in Eremo S. Mariæ Angelorum. 12
Monaſterium S. Ludouici extruitur. Anno 1494. 20
Mariæ Patrocinium *liberat deuotum fratrem ab fame vrgenti.* 21
P. *F. Michael de Angelis Cordubenſis recipit Reform.* 68
Martyres primi ex ordine in noua Hiſpania 111
Mexicanum Regnum *& Hiſpanis oppugnatur & ſubigitur. 1520.* 111
P. *Martinus de Valentia primus in Mexicano regno Cuſtos.* 115
Ortus & Conuerſio eius. 119
Eius miraculoſa vita. 120. 121, &c.
Retardatur à Cartthuſiæ ingreſſu. 121
Grauiſsima eius tentatio. 123
Reuelatio de Conuerſione Indorum, & eius deſiderium. 124
Martyrij, item Chinarum reuelatio. 125
Mira eius humilitas apparuit in corrigendo alios, & in ingreſſu in patriã. 129
Mirabilis Ectaticus. 136 (137
Mirabiliter indigẽti, Deus parat menſam.
Moritur 1534. Quæ facta circa & poſt mortẽ, & de miraculis poſt mortẽ. 140
Excitat mortuum puerum. 142
Epiſtola eius ad Patrem *Commiſſarium Generalem. 1531.* 143 (146
Sepultura & veneratio Reliquiarum eius.
Maria Angelorum Initiũ ordinis Seraphici & eiuſdẽ quoq́ Reformationis. 30
Martini de Valentia & Martini Lutheri mirabilis Comparatio, & duellum ſtupendum. 150. &c.
Martini de Caruhna vita, Conuerſio, mors & introitus cum ſocijs & rege conuerſo Sihuanga in Mexicanem & Xaliſcũ. Cuſtodia primo ab illo, illis in partibus erecta 1535. Quæ poſteà in Prouinciam *emerſit, ſub titulo S. Apoſtolorũ* Petri *&* Pauli *1565.* 157. 167. &c.
Apparet ſub eius ſepulchro, Fratri clarus & ſplendens. 169
R. P. Martini Gilberti acta & facta in Côuerſione Indorum, itemq́ eius obitus & ſepultura. 217
P. *Michaelis de Garrauillas vita & mors.* (224
F. Marcus de Nicia 226
R. Martini à Sarmiento ſecundi Tlaxcallæ Epiſcopi, & Generalis Commiſſarij per totã nouã Hiſpaniã, vita ſpectabilis, & quomodò præſagierit puerul9 Epiſcopũ futurum ſe. 244
P. *Michael de Torreion Zillio.* 255
P. *Melchior à Beneuento.* 257
P. *Michael à Bononia.* 259

F. Michael ſocius R. Patris Franciſci Laurentij ſacrificulos ligatos funibus adducit ad Patrem Franciſcum imo chorda Fran. Laurentij exigua conſtrinxit multitudinem.
Matrimonia Mexicanorum. 341
De mortuis quid ſentiant Indi; Mexicani præſertim. 347
Et de eorum ſepultura & potiſſimum Regis. 348
De F. Mariano in Chinis. 520
Martyrum quatuordecim Pragæ necatorum narratio. 522
De Mariæ Monachæ vita. 716
De Maria Gomez. 713
De Maria Mugnoz. 720
Mariæ Ruiz vita. 697
Maria de fonte. 700
Maria Gonzalez. 703
Mons Aluerna: Eius Initium. mirabilia. Sanctitas. Item de reliquiis eius & ſepultura beatorum Patrum. 764 ibid & ſequent.

N

Nuptiarum tranſactio apud Mexicum olim. 353
De Nuncia ſorore tertiaria. 737

O

Obſeruantia cæpit in vmbria. 1378. 1
Obſeruantes acceperũt Generalatũ. 1517. 2
Ordo Immaculatæ Conceptionis inſtitutus à Sancta Beatrice. 1484. 35
Obſeruantiæ Patres tres miſſi in nouam Hiſpaniã à Corolo Quinto. 1522. 217
Oſoria ſoror tertiæ regulæ. 729
Obſeruantes duo Martyrio affecti.
Oeconomiæ Indorum Pars prima. 337
De Olalia vidua Gomez. 714
Ordo militum, ſepulchri quo pacto inaugurentur à Guardianis. 743

P

Peccatrix famoſa accepto ſacro viatico in eremo latitans in pœnitentia moritur. 10
R. P. Petrus de Clauib⁹, ſeu de Chiaues. 28
F. Petrus Melgarius Cuſtos conſtituitur àb Ioan. Guadalupo. 71
Eius ortus & Patria, miraculoſa liberatio ex carcere. 78
Conuerſio. 79
Impetrat Idem Breue pro Reformatione à Iulio Secundo 1506. 34
Eligitur idem Pater in Miniſtrum Prouincialem. 89
Moritur in Cõuentu Dominæ noſtræ Conſolationis de Nemore, propè Borbã, in Cuſtodia Pietatis Regni Portugalliæ. 91
Vita excellens F. P. de Gandauo Laici. 94
Mors duorum ſociorum eius, ſcilicet Ioannis Tecty, & Ioannis de Aora Sacerdotum. 194
Humilitatis magnæ fuit, quia nec Sacerdotium, multo minus Archiepiſcopatum ſuſcepit oblatum. 196
Moritur 1572. in Conuentu S. Franciſci Mexici. 197
P. Petri à Garralob[illegible]s vita. 233
P. Petrus de Coſtallo. 237
B. P Paulus ab Azzeuedo Martyr. 327
B. P. Petrus Burgenſis Martyr. 327
Potus Indorum. 355
B. Paſchalis illiterati doctrina, & Dæmonum tentatio. 577
Deſiderium ſalutis animarum. 578
Miracula ſigno Crucis edita. 579

Quo-

Quomodò obierit, & fratres illum ſepelierint. 581
Miracula poſt tumulationem edita. 585
Vide de eodem plura, infra eâdem litera. p.
De ſitu & Cultu corporis Beati. 587
B. Pet. Alcantara quãtus hoſtis fuerit Bacchanaliorum. 460
Quæ illi⁹ exercitia fuerint illis dieb⁹. 461
Quam pudicus & Virginalis fuerit. ibi
Ortus educatio, Religionis ingreſſus, puritas & Simplicitas eius. 429
Prudentia, Compoſitio, mortificatio oculorum aliaque dona. 432
Maxima eius aſperitas & mortificatio corporis, oratio eius continua & ardentiſſima. 436
Oratione duos Adoleſcentes conuertit: vnum ad pœnitentiam, alterum ad ſtabilimentum religionis. 444 &c.
Mirabiliter tempore famis fratribus oratione prouidet. 448
Mirabiliter repertâ aquâ reficitur. 449
Deficiens in viâ, paſcitur miraculosè. 449
Tertia vice transfertur abſque remige & naue per aquam. 451
Efficacia ſermonum eius. 453
Mirabilis deuotio in celebrando. 454
Volat in Extaſi per aërem. 455
Spiritu Prophetiæ donat⁹. 455
P. F. Petrus Nicolaus Factor. 631
De ætate & religionis ingreſſu. ibi
Eius pudicitia à Domino probatur. 633
De Auſteritate & pœnitentia. 635
De ieiunio, tentationibus &c. 638
De amore Caſtitatis & Nominis Ieſu. 640
Teneritudine paſſionis Domini in Extaſin rapitur. 641
Quantus amator Dominicæ paſſionis & B. V. fuerit. 642
De raptibus & feruore ſinaxis. 644
Adhuc de raptibus & efficacia Nominis Ieſu. 645
De Raptibus inter alios Religioſos & Prophetico ſpiritu. 647
Perſecutiones patitur, à Recollectis tranſit ad Reform. &c. 648
Tranſit à Capucinis ad ſuam Recollectionem &c. 649
De morbo & exceſſu & mirabilibus. 650
P. Petrus *Meaci Conuentum locat.* 470
Quare P. F. Petrus *Baptiſta in vincula conijciatur.* 479 (511
P. Petri *ab Aſcens. Martyrij delineatio.*
De aliorum fratrum profectione in Iaponiam. 474
De ſingulari Martyrum crucifixione 496
Martyres Capitalem ſubeunt ſententiam. 489
De crucifixione duorum puerorum. 500
Miracula quæ B. P. Crucifixionem ſecuta ſunt. 502
Duæ Epiſtolæ teſtium huius Martyrij. 503
De Miraculis ante & poſt mortem perpetratis. 506
Acta B. F. Paſcalis Baylon. 563
De ortu & moribus in ſæculo. ibi
De puritate, ſilentio 564
De Caſtitate & Humilitate. 565
De oratione. ibi
Documenta de oratione. 566
De exercitijs ſpiritualibus. 569
Exercitium viæ illuminatiuæ per ferias hebdomadæ. 569
De alijs exercitijs. 571
De obedientia ſingulari. 573
De paupertate & Charitate. 574

Mirabilia fidei defendendæ contra Hæreticos. 575

Litera Q.

Quabacondonus Taicoʐama ſuperbus Iaponum Cæſar, qua ratione noſtros orbes concupierit. Franciſcanos Diſcaleatos admiſerit: demùm eos trucidarit.
Lib. IV. poſt vitam B. Petri *Alcantaræ.*

R

Reformationis introductores & principium. 3
Reformatio tribulatur, 1502. ab Obſeruantibus. 72
73 &c.
Reformati iubentur ſe ſub[...]re Obſeruantibus à Summo Pontifice. 86
Reformationis augmentum in noua Hiſpania. 115
P. *Rodericus Bienuenida, tot Indorum millia conuertit, vt ipſi vix ſimilis fuerit.* 116
255
Rex Mexicanorum quomodo inſtitutus olim. 344

S

Sodalitas Immaculatæ Conceptionis incipit Toleti 1506. 42
F. Simon à Bruxellis Laicus. 259
P. *Stephanus ab Antiqua Mellaria terræmotu opprimitur.* ibid.
B. F. Saluatoris ab Horta Elenchus. 588
De Natalibus & Religionis ingreſſu. ibid.
De Humilitate & Simplicitate. 589
Cultor B. V. ſingularibus priuilegijs donatur. 590
Patrat miracula inaudita. 591
Compendium miraculorum eius. 596
Certat miraculis cum principe Apoſtolorum. 599
Certamen aliud eiuſdem tenoris. ibid.
Aliud eiuſdem metri. 600
Aliud in eoſdem Certatores. ibid.
Exordia Reformationis in Prouincijs *Italiæ.* 601
De B. F. Stephano à Molina. 603
De Martyre P. *Sebaſtiano.* 517
De Patre *Sotelo & Conuerſione regni Voxuani* 531
Amplitudo & fæcunditas Voxu. 533
Pro *Conuerſione Regis Voxu compos voti efficitur.* P. *Sotelo.* 537
Confundit Hollandicæ factionis legatos. 544
Ab Imperatore Iaponum legationis honore ad Catholicum Regem expeditur. 545
P. *Sotelum Rex Voxuanus Romam ablegat.* 547
In Sotelum à Bonʐijs noua excitatur Tyrannis. 548
P. *Sotelo Imperatoris filius* Princeps *mortem molitur.* 549
Liberatus ſoſpes ad Regem Voxu reuertitur. 552
Iaponem linquit. ad Papam *B. N. defuncturus legati one concedit.* 553
P. *Sotelus nanciſcitur occaſionem de fidei negotio.* 540
Rex Chriſtianæ fidei teſtimonium palàm effatur. 541
Rex delubra deorum diruit, 542
Patruelis *Voxuani Regis, operà* P. *Soteli conuertitur.* 545
Argumenta publica authoritate conuincentia illius hoſtoria. 556

De ſan-

De ſancia miraculoſa. 723

T

F. P. Toribius Matolinia prodit Beneuento, Aſſociatur Recollectis duodecim, quorum ille quintus in Conuerſione Indorũ fuit. Moritur ſanctè, & ſepelitur in Mexicano Conuentu. 178 179
Baptizauit quat. cẽtẽa millia Indorũ. 180
Tereſa Sanchez. 718
Terræ ſanctæ loca, à minoritis exemplarioribus inculta. 739
Terræ Sanctæ Guardianus Delagatus eſt Papæ: eius authoritas: & numerus priuilegiorũ illius & ſuorum. 739
Creat equites S. Sepulchri Saluatoris. 743
Terræ Sanctæ Martyres. in ſeq
Timor Domini Vexillum montis Aluernæ
Poſt montem Aluernæ, vide infrà in Appendice.

V

Vbi quædam miſcellanea.
Vnio differentiarum in ordine Fran. 83
De Beata Vraca Rodriquez tertiariâ. 711
De Violanta de Corduba tertiariâ. 713
Vexillum Seraphici Patris Timore: More Ore. Re. exſoluitur Vide delineamentum eius. 794
Adulteri & Adulteræ quomodo puniantur apud Mexicanos. 340
De Fratre Angelo de Paſſio. 612
De Natiuitate & ingreſſu religionis. ibid.
Quid ſit paſſus propter Reformationẽ. 615
Oſculatur pedes Sixti V. &c. 616
De ordine ſtudiorum eius. 619
Catalogus librorum. ibid.
Amator ſolitudinis & ſilentij quantus fuerit. 622
De modo orationum, & deuotione in ſinaxin. 623
De miraculis & obitu eius. 624
Carmen ad caput & pedes defuncti 625
De Excellentia eius, Teſtimonia. 626
De compoſitione ad mortem, & ſpiritu Prophetio. 628
Carmen tumbæ appoſitum. 629
De Patre F. Alphonſo Lupo 655
Quo pacto obſeruantiã ingreſſus ſit. ibid.
De integritate, eius & in dicendo vehementia. 656
Dæmon procurat ſuſpendi eum ab officio prædicandi &c. 627
Anna Sanchez. 698
Angela Martinez. 704
B. Aldonſa Palencia. 709
Aula Cæleſtis ſacrarum Monialium. 657
De F. Antonio Martyre. 517
Timor Domini Vexillum eſt Seraphici Franciſci. 793
Timoris Domini Tau ſignum, & prima litera ad Minoriticam domũ ſpectat. ibi.
Timoris notabiles ſpecies: Timoris incomparabiles fructus ex ſcriptura promiſſi. Imò omne bonum.
Timoris oratio & proſopopæia ad omnes peccatores. ibid. & ſeq.
Regulæ perfectionis ad ſtatum Religionis. exquiſitæ. ſeq.
Requiſita Incipientium, proficientium, perfectorum. ſeq.
Coronis & Corollarium Decadis gaudiorum Virginis Matris, Rithmicè concenta, ac pro gratiarum actione, operiſque exacti colophone repoſita.

FINIS.

Errata ſic corrige.

*Conſternati lin. 19. fol. 8. Nullius 10. 23. loti 28. 46. ſies 7. 44. retento 2. 64.
Vltramont 5. 64 demandabat eaſq; 28. 59 Congregatione 473. Clauſulæ 29. 88
Mediolanenſis 3. 109. diſceptabant 16. 112. noua continenti 28. 110. fundata 27.
110. Myſterio 21 99. Hoyo 5. 101. contigerunt 16. 135. vbiuis 16. 130. ſcirentur
26. 133. deſtinatam 1. 129. liberaliſsime 2. 30. recordaretur 5. 177. canticum 1.
ibidem. religioſi 1. ibid. Badia 5. 165. Romam 23. 120. Domorum 1. 265. turba ca-
leſtium 7. 273. commiſimus 9. 283. expiraſſe 13. 236. paranimphus 22. 209. fi-
dem 10. 117. parceret 9. 222. contriſtet 21. 223. Auguſtini 15. 225. pincerna 30.
254. doctiſsimis 1. 249. Appellitabatur 1. 260. domorum 1. 265. conuentus 33.
2. 66. annectere 4. 273. potius 31. 276. homo mitis 9. 280. Barbara 20. 291. Cæ-
ſar 31. 141. ſuſceperat 35. 328. pium 14 329. Vaccarum 23, 332. conſueuerunt
3. 333. odorifera 25. 348. Eleuatas 4. 457. celebrantur 8. 361. hauſtu 12. 371.
Quatriduum 1. 381. Inferiores 18. 386 maximo 33. 386, eiulatu 33. 385. De-
monſtrabant 30. 407. parte 3. 357. Guatemala 1. 383. diuerſis 31. 408. feruorẽ
31 410. Paſsibus 26. 435. vel nictu 1 435. Palantia 16. 457. Minoritarum 2. 563
Iarandæ 20. 468. rigidior 22. 469. reſipuêre 11. 476. Nangaſacchium 15. 488.
ſpecta 514. puritate 1. 56[illegible] articulo 1. 576. falſos 5. 493. aliquot 26. 579. fieret
24. 581. Seraphici 7. 582. ſanitatibus 21. 582. precioſiſsima 23. 583. inſtar 28.
583. publica 21. 585. flagrabunt 29. 595. appellantem 33. 606. cæleſtis 2. 675.
Pullulantis 3. 670. opere 13. 611. priuſquam 29. 616 quod 5. 618. orationem 6.
619. futura 4. 628 mos 629. aufer. 15. 634. dilecte 17 645. ſuſpenderetur 33.
645 Intentator 2. 666. iuuenem 20. 671. manente 18. 678. pereundum 3. 690.
deſumpſimus 12. 691. dominicam 33. 692. compuliſſet 12 693. inquit 31. 731.
annorum 10. 740. Excommunicatis 29 741. Calixto 1. 742. Apoſtolica 8. 742.
filij 11. 745. Domine 24. 745. eum 1. 746. negationem fleuit 22. 748. fontes. 15.
728. tribus 28. 728. dolorum. 29. 729. publice 13. 731 fratres 16. 652. Caput
XXII. 2. 760. infidelium 20. 753. eundo 22. 776. æternum 18. 800. toga & mi-
litia NB. in Dedicationis Epiſtola folio integrali 14. linea 16. Errores Carminum in
Imaginibus. Imagine 10. fol. 184. loco (Minorita) lege minor iſte. proclamato fol.
7. ad lectorem.*

Omnia ad maiorem DEI, DEIparæque, &
S. FRANCISCI gloriam.

-06214
Sobolewski
Sale
11 July 1873

YA625
M333g